derogatoria non obſtante aliqua conuentione ſupra-
ſcripta, & infraſcripta eſſet ſine effectu, quod non eſt
dicendum.c. ſolitę. de maiori. & obed. & quod no.
Bal. in rub. C. de contrahend. emp. in.lx.q. facit.l. ſi
qñ. in prin. ff. de leg. i. & .l. ſi quando. in princi. C. de
46 inof. teſta. † de cuius clauſulæ natura eſt impedire va-
lentiam ſequentium actuum & facere quod primum
in ordine verborum ſit ſequens in effectu.l. ſi quis. in
princip. teſtamenti. ff. de leg. iij.l. ſi ita. ff. de leg. l.l. cla
ri, vbi Bal. C. de fideicom. Item putarem conſideran-
dum cuius fauore fuiſſet illa clauſula derogatoria ap-
poſita, quia ſi fuiſſet appoſita fauore communitatis
non fuiſſet contra eam interpretãda.l. quod fauore. C.
de legi.l. q̃uis. in prin. & quod ibi pulchrè no. Bart.
ff. de pig. act. Pau. de caſt. & Alex. in.l. iiij.§. ſi ex con
uentione. ff. de re iud. & hoc ex tenore conuentionum
47 concipi potuiſſet. † An autem tunc illa uerba ſeruen-
tur iura intelligerentur de futuris & superuenientibus,
colligitur ex notatis per Bar. in.l. ſi ita. ff. de aur. & ar
gen. leg. & Anto. de bu. in.c. quia circa, in pe. colum.
de priuile. per Imo. in cle. ſi. in.xi. colum. cum multis
ſeq. de reſcrip. p Bar. & doct. in.l. ſi ſtipulatus.§. cum
ſtipulamur. ff. de uerbo. obligat. cum concor. per eos
allegatis.

SVMMARIVM.

1 *De origine ſtatutorum & iurium fœminas à ſucceſſione propter maſculos excludentium.*
2 *Diſpoſitio legis Moſaicæ inter iudæos ſeruanda eſt.*
3 *Ordo ſucceſſionis graduum quem Dominus Moiſi dedit annũciandum populo.*
4 *Plura de iure longobardorum & unde proceſſerit.*
5 *Iure longobardorum filia per patrem aut fratrem maritata debet eſſe contenta.*
6 *An hodie iura longobardorum poſſint pro legibus allegari.*
7 *Ex uarietate locorum & temporum leges diuerſimodè fiunt.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

CIRCA Secundum articulum princi-
1 palem videndum eſt † de origine ſtatuto
rum & iurium fœminas à ſucceſſione
propter maſculos excludentium, & pri
mò ſumpta comperiuntur ex lege moſai
ca, vt habetur numeri.xxvij. & ſi. & refert Angel. in
ſua diſputa. incip. nobilis quidam genere. & in conſi.
ccxcix. incip. ſtatuto ciuitatis terdone, Cardi. floren.
in conſi.ij. in ſi. Saly. in.l. cũctos populos. C. de ſum
ma trini. & Cardi. in conſil.xxx. incipiẽ. an ſi iudęus
2 ſub rubrica de teſt. † vbi conſuluit diſpoſitionem.d.
l. moſaicæ eſſe ſeruandam inter iudęos, ſequitur Cor-
neus conſil.cxv. incip. in hac.ij. colum.ij. volu. & cõ
ſil. cl. incl. circa præſentem.ij. colum.ij. vol. & . clxx.
incip. in conſilijs.ij. colum.ij. volu. & conſi.cxxiii.
incip. licet colum. ſi. iij. vol. cum enim filiæ Salpha-
ad ſine liberis maſculis defuncti à Moiſe paternam
hæreditatem peterent eo q̃ nullos filius maſculus ex eo
ſupereſſet, adiſſentq́; moiſen dicitur in.d.c xxvij. q̃
Moyſes ad iudicium domini ſeu Dei cauſam earum
retulit, & dominus inter cætera dixit ad eum, ad filios
3 Iſrael loqueris hæc: † Homo cum mortuus fuerit
abſq́; filio, ad filiam eius tranſibit hęreditas, ſi filiam
non habuerit, habebit ſucceſſores fratres ſuos, q̃ ſi &
fratres non fuerit dabitis hæreditatem fratribus pa-
tris eius, ſin autem nec patruos habuerit dabitur hære-
ditas his qui ei ſunt proximi, eritq́; hoc filijs Iſrael ſan
ctum lege perpetua ſicut pręcepit dominus Moyſi, &
ſi ex lege diuina exiſtentibus filiis maſculis filiæ fœmi-
næ patri non ſuccedunt, quod ius diſcrepat à iure com
muni non tantùm in differentia ſexus, verum etiam in
ſucceſſione aſcendentium iuxta.§. conſequens in auct.
de hæredi. ab inteſt. demum inuenio ex ciuili diſpoſi-
tione quòd lex.xij. tab. cognatos & eos qui per fœmi.
ſexus neceſſitudinem iunguntur à ſucceſſione eorum
qui ex maſculorum linea deſcendebant excludebat in-
tantùm, vt matrem excluderet à ſucceſſione filii & fi-
lium à matris ſucceſſione, per quam legem etiam ex
capite cognatorum eis hæreditas non deferebatur,
quæ diſpoſitio poſtmodom fuit per prætores limitata
& immutata per ſenatuſconſul. tertul. ac imperiales
conſtitutiones, vt patet inſtitu. ad tertul. in princ. & p
totum titulum, & . ff. & . C. eo. & hæc lex in aliis mu
lieribus. & ſi agnata vellet agnato ſoccedere & filia pa
tri uel vlterior deſcendens non faciebat differentiam
inter maſculos & fœminas.§ & quemadmodum. In-
ſti. de hære. quæ ab inteſt. deſe. & .§. hoc quidem. inſti.
de legi. agna. ſoc. demum ſuperuenit media iuris pru-
dentia quæ fœminas omnes à ſucceſſione agnatorum
excludebat exceptis ſororibus, & maſculos etiam ſi
longiſſimo gradu erant, putà ẽt in decimo iuxtà.§. fin.
inſti. de ſuc. cogna. ad ſucceſſionem fœminarum vo-
cabat, & q̃ fortius eſt tales fœminas vltra ſorores nul
lo mõ ẽt ex capite cognatorũ admittebat §. cæterũ, inſt.
de legi. agn. ſuc. Itẽ ſuperuenerũt prætorũ edicta, quę
matres & tales fœminas vltra ſorores ex capite cogna
torũ vocabãt, & eis agnatos præferebant.d §. cæterũ
uer. ſed quia ſanè. & Inſti. ad tertul. in prin. Superue
nit ẽt quoddã ius quod inter filios & filias primi gra
dus in ſucceſſione parentũ differentiã nõ faciebat, ſed

nepotes

nepotes vel pronepotes ex fœmina poſtponebãt ne-
potibus & pronepotibus maſculis vel fœminis ex
maſculis progenitos in ſucceſſione aui & auiæ, tam
paternę quàm maternę, quinimmo eos qui ex filiabus
deſcendebant poſt agnatos & cognatorum loco vo-
cabat. § item vetuſtas, inſti. de ſuc. quæ ab inteſt. deſe.
Poſtmodum ſuperuenerunt quædam Imperiales con-
ſtitutiones per quas diſpoſitum fuit deſcendentes ex fi-
liabus ſuccedere unà cum deſcendentibus ex filiis ma-
ſculis. Ita tamen ut deſcendentes ex filiabus minus ter-
tia parte caperent, tam in hæreditate auita uel proaui-
ta ex patre, quàm ex matre prouenientę: & ſi concurrebant
cum agnatis nihil diſponebat. d. § item vetuſtas, verſi.
diui autem, & l. ſi defunctus. C. de ſu. & leg. & l. il-
lam. C. de colla. Inſuper ſuperuenit quędam conſtitu
tio imperialis, quæ natos ex filiabus concurrentibus
agnatis admittebat, & agnatis præferebat, eo excepto
quod agnati in quartam partem ſubſtantiæ defuncti ſucce
debant. d. § item vetuſtas. Poſtremò ſuperuenerũt cõ-
ſtitutiones Iuſtiniani per quas primo in ſucceſſione
deſcendentium ſublata fuit omnis differentia ſexus, ut
in. l. fi. C. de ſuis & legi. & § fi. inſti. de ſuc. ab inteſta.
Idẽ fecit Iuſtinianus inter agnatos, vt. ſ. fœmina agna-
ta in quouis gradu ſuccedat cum maſculis agnatis in
pari gradu exiſtentibus, vbi de ſucceſſione agnati agit
l. lege. xij. tab. C. de legi. her. & § nos uero, inſti. de le-
gi. ag. ſuc. idem etiam fecit in ſucceſſione aſcenden-
tium. § conſequens, & § hæc autem, in auct. de hære.
ab inteſt. quinimmo matrem cum fratribus & patre
ad ſucceſſionem filij admiſit § nos vero, & § ſed cum
antea. inſtitu. ad tertul. & C. eo. ti. l. ſi quis, iuncta au
then. & cum ſolis, & auct. defuncto. & prædictę iuris
ciuilis differentię ab inteſt. ſibi locum vendicabãt. Ex
teſtamento autem inter maſculos & fœminas talis erat
differentia, quia filios neceſsè erat vel hæredes inſtitue
re, vel nominatim exhæredare filias autem non erat ne
ceſsè nominatim exhæredare, ſed inter cęteros exhæ-
redari poterant, quinimmo & ſi non inſtituebanẽ, nec
penitus exhæredabantur, ualebat patris teſtm̃, ſed eis
certa portio iure accreſcendi præſtabatur, ſcilicet dimi
dia eius quod ab inteſtato fuiſſent habiturę, & hæc in
filiabus iam natis conſtituta erant. In poſthumis verò
fœminis ſtatutum etiam erat vt non foret neceſsè uel
filias hęredes inſtituere, uel nominatim exhęredare,
ſed poterant inter cęteros pariter exhæredari, dummo-
do ſibi tunc aliquid legaretur, ne videretur obliuione
præterite. l. maximum vitium, in fi. C. de libe. præt. §
i. & ſeq. inſti. de exhær. lib. quod licet fuiſſet immutatum,
tandem fuit per Iuſtinianum ex toto ſublatum, qui di
ſpoſuit ſexus differentiam, ſicut fuit ab inteſtato ſubla
ta, etiam in teſtamentis non debere militare, vt pariſor
miter fœminæ & naſcituræ ex eis ſiue iã natę, ſiue poſt-
humæ inſtitui debeãt & exhæredari eo modo quo ma
ſculi, ut patet in. d. § maximum vitium, & in § ſed no-
ſtra, inſti. de exhær. libe. & hę differentiæ per ius com-
4 mune introductę fuerant, tandem ſuperuenerunt † iu-
ra longobardorum quæ per reges longobardorum cõ
dita fuerunt, vt dixit Bald. poſt Odof. in auct. dos da-
ta. C. de do. ante nup. & plenius Alua. in prælu. feu. in
iiij. q. ſiue per Carolum patrem Pipini regem Prancho
rum & lombardiæ, vt dixit gl. in. c. i. § iniuria, in ver-
bo legitimè, de pa. iur. fir. de quibus iuribus ſæpe fit
mẽtio per gloſas iuris ciuilis, vt in. l. agraria. ff. de ter-
mi. amo. & alibi ſæpe & per glo. iuris cano. vt in. c. i.
xxxiij. q. i. & in. c. quicunque § hoc ſi quis. xi. q. i. & p
tex. & gloſas in libris feudorum, quę iura capitularia
caroli ſiue longorbarda appellabanẽ, ut per gl. in. d. c.

5 i. & in locis prędictis, & per ea diſpoſitum fuit, † quod ſi
pater uel frater maritat filiam uel ſororem, debeat eſſe
contenta & nil amplius petere poſſit, ut patet in titu.
de ſucceſſ. l. ſi pater filiam, ita refert Ioan. an. in addit.
Spe. in titu. de ſuc. ab inteſt. In rubri. refert Oldra. in
conſil. cxxxv. incip. factum tale eſt, & plenius decla-
rat glo. in. c. i. in § hoc autem notandum, in uerbo le-
gibus, in titu. qui feu. dar. poſ. & vlterius in filiabus
non maritatis diſponitur, quod ſi filia legitima ſola rema-
neat totam hæreditatem patris habere debeat. c. ſi qui-
cunque lombardus. e. titu. de ſuc. & c. ſi quis lõbar-
dus, in titu. de homine libero. & ſi remanſerit vnà cũ
filio legitimo maſculo habeat tantùm tertiam partem
hæreditatis, & maſculus duas. l. ij. & vi. eo. ti. de ſuc
ceſ. & eo iure filia legitima non excludit naturales, ſed
habet tertiam, & naturalis tertiam, & curia regia aliã
tertiam, ſiue alij parentes, vt in. c. ſi derelinquit filiam,
eo. ti. licet ubi eſſet filius legitimus ipſe haberet duas
tertias, & naturalis tantùm tertiam, vt in. l. ij. eo. titu.
Item filius natus poſt donationem illam in totum re-
uocat, filia autem ſolùm tertiam partem, vt in. c. ſi quis
ſe deſperauerit. e. titu. quę iura non habẽt ulum legis im
perialis, vt dicit gl. in. d. § iniuria, in verſi. legitimę, &
ipſa iura & eorum ratio non ſunt in vſu, vt dixit Bal.
poſt Odof. in. d. aucten. dos data, & not. plenè domi.
Barthol. cepol. in repe. aucten. ſed nouo iure, in ter-
tia & quarta colum. C. de furtis, vbi plenè tradit de
eis & de eorum obſeruantia, & domi. Felyn. in. c. ij. in
6 antepe. colum. de reſcript. † vbi etiam dicunt, an poſ-
ſint hodie pro legibus allegari, poſt hæc ſuperuenerũt
ſtatuta & decreta vt uidemus, maximè in regione &
locis Italiæ, quę ſecundum diuerſitatem locorum di-
uerſimodè fœminas excludunt, & maſculos prępo-
nunt, nec mirum, quia quęlibet prouincia abundat in
7 ſenſu ſuo, † & ex uarietate locorum & temporum le-
ges diuerſimodę fiunt. l. ex facto. ff. de uulg. & pupil.
& l. in rebus, cum ibi not. ff. de conſti. princ. c. certifi
cari, de ſepul. & c. i. de conſti. & in prohe. ffdorum. §
illud ſatis, & c. non debet, de conſangui. & aff. cum
ſimi. Et ita in iure prothomiſeos, etiã dicit Matth. de
afflictis in ipſo tract. de iure prothomiſeos. § ſi autem
concurrant. primo notab.

SVMMARIVM.

1 *Qua ratione factum ſit, ſeu eſſe cenſeatur ſtatutum fœmina-
rum excluſiuum.*
2 *Ratio finalis talis eſſe debet, ut ea ceſſante, ceſſet lex: & ea po
ſita; militet legis diſpoſitio.*
3 *Ex diuitijs, tribuitur neceſſariò dignitas cũ nõ ſint bona for-
tunæ, quæ cadunt etiam in uiliſſimas perſonas.*
4 *Virtus animi, & boni mores diuitijs præualent.*
5 *In dubio non præſumitur in lege, uel ſtatuto eſſe una ſola
ratio.*
6 *Qui maiora ſuſtinent onera, maius ſentiunt emolumen-
tum.*
7 *Per maſculos conſeruãtur familiæ, cùm fœminæ in alienas trã
ſeant familias.*
Familiæ & earum honeſtas per diuitias conſeruantur.
8 *Propter paupertatem familiæ ſordeſcunt.*
9 *Intereſt reipub. per digniores & ditiores regi.*
10 *Fœminæ quantuncunque diuites ad munera publica, ac one-
ra non admittuntur.*
11 *Hac ſola ratione ut agnationes & familiæ conſeruentur, fa-
ctum eſt ſtatutum fœminarum excluſiuum.*

13 *Iure diuino cautum eſt, ut bona reman rēt in familia, & q. fi lię patrib. ſuccedentes, in famil. a nuberent.*

14 *Attendere debemus, quod communiter accidit.*

15 *Vbi in ſtatuto nō apparet ratio, præſumitur illa, quæ iuſtos & ſapientes conditores mouere potuit.*

16 *Vbi una & ſola ratio coniecturari poteſt, illa haberi debet pro expreſſa.*

17 *Vbi ratio habetur pro expreſſa, ex ea argui poteſt ac ſi lite raliter expreſſa foret.*

18 *Etiam ſi ſit ratio expreſſa in ſtatuto, ſtrictè tamen interpre tanda eſt.*

19 *Quando ſtatutum uocat aliquos maſculos tantùm putà pa truos uel fratres non expreſſa certa ratione, an illa conie cturanda ſit generalis: an uerò reſpectiuè ad perſonas nomi natas.*

20 *Aliquando ratio ita limitata eſt, ut parum differat à dicto.*

21 *An ſtatutum inhabilitans filias ad ſucceſſionem patris præ ter in eo, quod diſpoſuerit pater ſit ipſi fauorabile.*

22 *Talia ſtatuta ſunt ſtrictè interpretanda, etiam in fauorem fi liorum.*

ARTICVLVS TERTIVS.

CIRCA tertium articulum principa
1 lem in quo videndum eſt, † quia ratione
factum ſit ſeu eſſe cenſeatur tale ſtatutū
fœminarum excluſiuum, dixit Bartol.
in. l. librorum, in ſexta columna verſic.
his ſic præmiſsis. ff. de ver. ſigni. ꝙ niſi ratio talis ſtatu
ti ſit ſcripta in. l. municipali poteſt eſſe dubia, idem
voluit Lapus allegatione. cj. incipien. in ciuitate Florē
tiæ, in quinta columna, cum ſequen. dicens in hoc ſta
tuto poſſe reddi plures rationes: vel ꝙ ſit ratio prædi
lectionis ſexus, quæ mouit antiquos legiſlatores, vt in
§. item vetuſtas, Inſti. de hær. quæ ab inteſt. defe. cum
concor. in præce. artic. alleg. vel ratio honoris deferē
di maſculis vt inſignirentur titulo hæreditario, cum
iſte titulus detur honoris cauſa. l. filius. §. ſi legata, ver
ſicu. ſed etiam, in fi. ff. de leg. præſt. quæ ratio ſuaſis vt
filius honorabili titulo inſtitutionis hæres in teſtamē
to patris fieret. §. aliud quoq; capitulum, & §. ſiue igi
tur, in auct. vt cum de ap. cog. vel ratio acquiſitionis
bonorum, quę in multis effectibus conſideratur, &
præſertim in vſu & cōmoditate eorum & in euitanda
egeſtate, non tantùm vt quis propter diuitias hono
res publicos conſequatur ſiue ad finem vtilitatis rei
publicæ, & vt agnatorum dignitas conſeruetur, quæ
propter diuitias ſolet conſeruari, ex quibus infert ꝙ ra
tio dignitatis familiarum conſeruādę eſt magis ſuaſio
& perſuaſiua cum adſint aliæ rationes per prædicta,
& quia non eſt lex quæ dicat ipſam eſſe rationem fina
lem, argumē. l. illam. C. de colla. Item quia videmus
ꝙ ita deferuntur hæreditates damnoſæ ſicut lucroſæ
propter quod arguendo ab effectu delationis hæredi
2 tatis, poſſet iſta rō eſſe fallax & ceſſare, † debet enim
ratio finalis eſſe talis vt ea ceſſante ceſſet lex, & ea poſi
ta militet legis diſpoſitio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu
re pa. l. illud. ff. ad legem aquil. & no. in. l. non om
nium. ff. de legi. & in. l. ſi cum exception. §. poſt annū.
ff. quod metus cauſa, ſed ceſſante iſta ratione, vt quia
deferatur hæreditas damnoſa non ceſat ſtatuti diſpoſi
tio, quia etiam tunc maſculus fœminę præfertur, vt
3 patet ad ſenſum. † Item ſecundum Lapum ex diuitijs
neceſſariò non tribuitur dignitas, quia ſunt bona for
tunæ, & cadunt etiam in viliſsimis perſonis & infa
mibus in quibus non cadit dignitas. l. ij. C. de dignit.
& ſicut dignitatem non conferunt, ita nec pœnes in
4 dignos conſeruant. hinc eſt ꝙ † virtutes animi & boni
mores diuitijs præualēt. l. ſcire oportet §. cum reliquis
ff. de excuſatione tutorum, & per prædictas rationes
dicit Lap. non poſſe dici ꝙ ratio propagandę & præ
ſeuerandę prolis maſculorum poſſit in tali ſtatuto cō
iecturari pro finali ad finem vt monachus fœminę nō
præferatur & illam non excludat. Et cum prædicta
ſententia videtur tranſire Bald. in. l. ſi defunctus, in vl
tima columna verſicu. quęro ergo vtrum ſi ſtatutum.
C. de ſuis & leg. & incidenter ſequitur Pau. de caſtro
in conſilio. cxxiij. incipiē. ſuper primo quæſito, in vo
lumine antiquorum conſiliorum ſecundum primam
ſtampam, Petrus de anchara. in clementina prima, de
baptiſ. Ioan. de Imo. in. l. ſi vero, circa finem. ff. ſolu
to matrimonio, Alexand. in conſilio. lxxx. incipien.
viſo & oportunę animaduerſo, in. iiij. colum. i. volu
mine, & in conſil. xcvij. incip. viſo themate ſupra
ſcripto, in fi. ij. volu. & in conſil. lxxxv. incipiē. ani
maduerſis, optimè in vlti. colum. iiij. volu. licet non
benè hoc videatur affirmare, & hoc firmat Franciſ. de
are. in conſi. xxvij. incipien. proponitur ex facto, in
penul. colum. & pro hoc facit quod dixit Saly. in re
5 pe. l. ſi ſerui veſtri, in. v. colum. C. de noxa. ꝙ † in du
bio non pręſumatur in lege vel ſtatuto eſſe vna ſola
ratio, quod dictum refert & multum commendat Ale
xand. in. l. ſi conſtante, in princip. in. iij. colum. ff. ſo
luto matrimo. dixit tamen Bart. in. l. 1. § filium. ff. de
contratabu. quòd licet hoc in ſtatuto filios maſcu
los fœminis præferente non exprimatur, tamen in
telligitur factum fauore filiorum, quod non habet
dubitationem, Bald. autem in. l. ticia. § lucius titius.
ff. de legatis ſecundo, dixit per illum textum ratio
nem dicti ſtatuti eſſe, quia vt experientia docet, ma
iora onera ſupportant maſculi quàm fœminę, quam
rationem dicit eſſe motiuam & fundatam ex eo quia
6 æquitas ſuggerit, vt quia † maiora ſuſtinent onera
maius ſentiant emolumentum, & ſic in ſucceſſione
præferantur. Sed text. in. §. ceterum, inſtitu. de leg.
agna. ſucc. dicit, ideo maſculos ſolere fœminis præ
ferri vt hæreditates plerunq; ad maſculos confluant,
quæ ratio ruditer intellecta idem videtur eſſe cum di
cto contra gloſſ. in. l. finali. ff. de off. procur. cæſar.
7 Vnde ſecundum aliquos, quia † per maſculos fa
miliæ conſeruantur, cum fœminæ in alienas tran
ſeant familias, dicendum eſt, quòd ſeruandarum fami
liarum cauſa, ſeu agnationum, ſi agnati præferantur in
telligatur hoc ſtatutum emanaſſe, & conſequenter vt
agnatorum ſalua ſit dignitas aut familiarum quas fa
milias & earū dignitates publicæ intereſt pręſeruari.
l. j. §. denunciare, verſicu. publicæ. ff. de vent. inſpicien
do. l. ſuper ſtatu. C. de quæſtionibus. l. ab omnibus,
circa princip. ff. de legatis primo. Sequitur Calcane.
8 conſilio quadrageſimooctauo, † quæ familiæ & ea
rum honeſtas per diuitias conſeruantur, nam pro
pter inopiam honeſtas perit. l. prima. ff. de cuſto. reo
rum. l. pietatis. ff. de ſuſpect. tutorib. l. ſi creditores.
ff. de priuileg. cred. & argumen. l. tertię, in princi. ff.
de teſtibus, facit in auctenti. de defen. ciui. in prin
cipio, & §. primo, cum concordan. allegatis per gloſſ.
in capitu. conſtitutus, in verſic. in impotentiam, de
9 appellatio. † propter paupertatem familiæ ſorde
ſcunt. l. quiſquis ibi in paupertate ſordeſcant. C. ad
leg. iul. maieſta. & clem. in plerisq;, de elec. hinc dici
mus & videmus ꝙ ꝑpauci paupes & viles ad dignita
tes & honores ꝑmouent, no. in. l. caſsius. ff. de ſena.

& per

10 & per Barto. in repeti. l. i. C. de digni. lib. xij. & † inter-
eſt reipublicę per digniores, & ditiores regi. l. hono-
res. ff. de decueio. l. ad ſubeunda. C. eo. lib. x. & in di
cta aucten. de defen. ciui. in peincip. & §. l. notatue per
Bartolum in eepetl. dictę. l. penul. & dixit Augu. lib.
iii. de ciuitate dei. c. centeſimo. quòd per diuitias in fa-
miliis decus & honoe conſeruatur, & ſcribitur apud
Iuuena. Haud facilè emergunt quorum virtutibus ob
ſtat res anguſta domi, & hanc rationem ſuadet neceſſa
ria conſequentia, nam cum per agnatos, & maſculos
familiæ conſeruentur. l. peonunciatio § familiæ. ff. de
verboeum ſignifica. & l. iuriſcouſultus. poſt princip.
ff. de gradi. ſi fœmine in pari gradu cum maſculis ſuc-
cedant vel prę ferantue maſculis in remotiori gradu exi
ſtentibus, non poterunt facilè familię conſeruari, quia
cum tranſeant in alienas familias dicta. l. peonuncia-
tio § familię. & §. fi. Inſti. de pa. po. & l. cum legitimè.
ff. de ſta. homi. & § fi. inſti. de legi. agna. ſuc. ſecum de-
ferent facultates extra famllias defunctorum, in quo ut
dixi verſatue intereſſe reipublicę, cuius intereſt per di-
tiores & honeſtioees regi, quę honeſtas per diuitias cō
11 ſeruatur. & † fœminę quantumcunq; diuites ad mu-
nera publica ac onera non admittuntur. l. fœminæ. ff.
de regu. iue. & quòd habetur In. l. fi. ff. de arb. & in. c.
cum dilecti. eod. titu. Item fœminę ſępe exteaterrito-
rium matrimonio copulantue, quòd tendit etiam in
præiudicium reipublicę cuius intereſt ſuos ſubiectos
abundare diuitii. §. cogitatio. In auctenti. vt Iudic. ſine
quo. ſuffr. & ꝙ interſit reipublicę maſculos prę ferri fœ
minis, voluit Iacob. de Areti. in diſputa. ſua incipien.
ſtatutum. quem refert Ioan. andr. in addit. Specula. in
rubri. de ſucceſ. ab inteſtato. Alberi. in auctenti. itaq;.
vltima columna. C. commu. de ſuc. & Bald. in. l. ma
ximum vitium. l. columna. C. de libe. prę teri. & in. l.
certum. in princip. C. vnde cogna. & alibi ſępe docto.
12 maximè in locis infra allegandis. Et ſic † hac ſola ra
tione vt agnationes, & familię conſeruentue cenſetur
factum tale ſtatutum in quo publica vtilitas verſatur:
& hęc opinio eſt communis quam ſecuti fuerunt Io-
an. andr. poſt Iacob. de Areti. vbi ſuprà. Cynus in. l.
prima. C. de adulteriis. & in. l. prima. C. quę ſit long.
conſuetu. Bald. latè in. d. l. maximum vitium. lii. colū
na. & in. l. i. xiii. columna. verſicu. ſubſequenter quæ
ritur. C. de ſumma trinita. & in. l. quòd verò. ff. de le-
gi. & in. l. ii. C. de in ius vocan. Alberi. in dicta auctẽ
tica itaq;. & Bald. in. l. fina. vbi etiam Imo. ff. de hæ
redi. inſtituen. & ſentit Bartol. in. l. ii §. videndum. ff.
ad tertulia. Ange. in conſil. lxviii. Incipien. Martinus
Ioannis. et. xcix. incipien. viſo themate. &. ciiii. Inci-
pien. hic videnda. Salyce. in. d. l. ii. C. de noxal. Paul.
de caſtro In conſilio. cccxli. incipien. caſus prę ſens. iii.
colum. in volu. antiquorum conſiliorum. ſecundum
primam ſtampam. &. cccxlix. incip. viſa quadam ſecu
rnate. & in volu. nouorum conſilioeum. ſecundum
vltimam ſtampam. in conſi. xcij. inci. notandum eſt.
& in eo. volu. in conſi. ccccxviij. Incip. quòd iſta ma-
ter. In. ij. colum. vbi dicit ꝙ communis opi. eſt vt cen
ſeatur factum tale ſtatutum gratia domus conſeruandę
idem voluit in conſillo. lxxxiij. incip. præſens caſus.
& in. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri. Fulg. in conſi.
xxxiii. incip. tenor conſuetudi. inſerto Inter conſilia
domini Franciſ. curtij, cui ſe ſubſcripſerunt doml. Si-
gno. de homode. & Cuma. idem etiam voluit Roma.
in conſi. xvi. incipien. viſo themate. In. ij. colum. & in
conſi. cccciiij. i. columna. &. ccccxi. l. columna. An-
gel. Areti. in §. ſed hęc quidem. inſtitu. de exhe. lib. Ale
xand. & Modern. in dicta. l. ii. C. de in ius vocan. &
do. Ande. ſiccu. in conſi. xiii. incipien. circa hanc hæſi
tationem. in. i. colum. i. uolu. & alibi ſæpe moderni
maximè. d. Franciſ. cur. in conſil. ſuo. lxxx. incipien.
rectè præfatus. ſequendo in hoc opinionem clariſſi-
mi domini pręceptoris mei Lãcelloti decii, mod. boñ.
in tractatu dotium, vltima parte. in. xxiiii. quęſt. inci-
pit. ſed cadit ante fi. & alibi ſæpe doc. vt patebit in diſ
curſu pręſentis tractatus: maximè in. vi. &. xii. artic.
& iſta ratio pręſeruandę familię quę per maſculos, &
non per fœminas augetur. d. § familiæ. eſt à lege appro-
bata: vt patet ex prædictis t peopter quòd remouetur
vnum ex fundamentis in contrarium allegatis, immò
13 † lege diuina cautum eſt ꝙ vt bona remaneant in fa-
milia filię quæ patri ſucceſſerunt non extantibus filiis
maſculis debeant in familia nubere: vt habetur nume-
ri. c. fi. & hęc ratio complectitue, & abſorbet omnes
alias rationes, ſcilicet rationem acquiſitionis bonorũ:
& rationem commoditatis quę eſt in vſu & habitu hę
reditatum delatarum, propter quas dicebant Lap. &
alii non poſſe certam aſsignaei rationem cum tendant
ad effectum pręſeruationis, & augendę dignitatis fami
liarum, nec dicatue quòd iſta ratio quandoq; non mi-
litet ſicut quando deferuntue hęreditates dãnoſe, quia
14 † attẽdere debemus, quòd communitee accidit. l. nam
ad ea. ff. de leg. & ſufficit quòd ratio militet ſecundum
communiorem accidentiam, ſecundum Iaco. de Are-
ti. & Alberic. de roſ. in. l. prætoe §. deinde. ff. de opeeis
noui nuncia. nec compellit ſtatutum adiri per maſcu-
los hęreditates, vt dicam. ĩ. in. xii. articu. vnde præfe-
rendo maſculos in ſucceſsione, & non compellendo
adire hęreditates damnoſas ſubeſt ſemper fauoe maſcu
lorum, & ratio nõ eſt falax, vt patet ad ſenſum, &
hæc ratio eſt veriſimilis, & omnino coniectuean-
15 da tanquàm unica & ſola. † vbi enim in ſtatuto non
exprimitue ratio illa coniecturari debet quæ potuit iu-
ſtos & ſapiẽtes conditores mouere, vt In. l. ſcire opor
tet. § ſufficit. ff. de excu. tu. l. milites agrum. ff. de re mi
li. & quòd habetur per gloſ. In. l. tale pactum § fina.
ff. de pactis. notat Cyn. poſt antiquos in lege non du-
bium. C. de legi. Bald. in dicta. l. maximum vitium.
C. de libe. præte. Et notabiliter Panoe. in conſi. lv. in
cipien. in cauſa quæ ad præſens. ii. columna. ii. volu.
Ad illud dictum Salyce. in dicta. l. ii. C. de noxali. ꝙ
non ſit coniecturanda vna ſola ratio. reſpondetur ꝙ
procedit in dubio, ſed nos ſumus in caſu certò, & ha
bemus rationem in. l. ſcriptam. Et talis ratio tanquàm
certa & vnica habetur pro expreſſa, vt dixit in propo
ſito Bald. In dicta. l. maximum vitium. lii. columna.
allegando in argumen. l. nominatim ibi ſi modo vni-
cus. ff. de liberis, & poſthumis. l. fundus qui locatus.
ff. de fundo inſtructo. & l. ſi optio, primo reſponſo.
ff. de optio. lega. & ideo ſecundum eum poteſt ex
tali eatione argui tanquàm ex cauſa finali. dicta. l. mili
tes agrum. idem voluit Bald. in dicta. l. quòd verò. ff.
de legi. & in. l. ſecunda. C. de in ius vocando. ubi etiã
per alios. & In. l. prima. in. xiii. columna. verſic. ſub-
ſequenter quęritur. C. de ſumma trini. & in dicto con-
ſilio. lxviii. Incipien. Martinus Ioannis. inſerto inter
conſilia Ange. Ang. in conſil. cccxl. incipien. totum
dictum ſtatutum. idem voluit Fulgo. in cōſi. lxxviii.
incipien. ſuppoſito ſtatuto. In. li. columna. adducens
ad idem. l. fina. C. de indic. vidui. tollen. & in. l. pri-
ma. C. de libe. pręte. & ipſe Fulgo. in conſil. incipien.
tenor conſuetudinis præallegatę. in ſecundo & tertio
dubio. Roma. in conſiliis. ſ. allegatis, maximè in con
ſilio. lxxxiii. & . cccxlvi. Iacobus de Areti. & Cy. in. l.
i. C. de adulteriis. & cuma. in dicto. § de viro. & An-

gelus Areti.in.§ primo.vltima colum.inſtit.de iure na
tu.gentium,& ciui. & alibi doctores in locis ſupra
allegatis: volentes in propoſito, & generaliter: ꝙ
16 † vbi non poteſt coniecturari niſi ſola & vnica ratio
illa debeat haberi pro expreſſa. pro quo facit textus
cum glo.& quod ibi dicunt Bald. Paul.de caſtro, &
communiter ſcribentes in dicta.l.quàmuis. Cyn. in
l.non dubium. vltima columna. verſicu.primo quæ-
ro.vbi etiam Iacobus butri.C.de legi.& in.l.prima.
in tertia oppoſitione.C.quæ ſit longa conſuetudo.
Baldus in.l.ea quę.in vndecima quæſtione.C.de con-
ditio.indebi.& in auctẽ.ſi qua mulier. poſt Nico-
laum de neapo.C.ad velle.& in auctent.quas actio-
nes.prima columna.C.de ſacro ſanct.eccleſi. Alber.
in prima parte ſtatu.nona quæſtione. Salyc.in dicta.
l.ſecunda.C.de noxa.Imol.in.l.fina.in.v. columna.
ff.de heredib.inſtituen.Alexand.in.l. ſi conſtante.in
princi.in.iiij.columna.ff.ſoluto matrimo.vbi loqui-
tur in propoſito noſtro cum concordan. ibidem alle-
17 gatis. † Et ex eo quia habetur pro expreſſa in pro-
poſito: & alibi generaliter inferunt docto. pręallegati
ex tali ratione poſſe argui ac ſi foret litteraliter expreſ-
ſa: de quo etiam per Panor.in.c.nihil.circa.vij.colũ.
de electio. & in.c. ſuggeſtum. de deci.& in.c.ſecun-
do requiris.de appella.& in.c.fin.de re iudi. Bald.in
l.ſi quis ſeruo.in vlti.colum.C.de furt.Alexan. in.l.
ſororem.in.ij.colum.C.de his quib.vt indign. An-
gel. Areti.in.d.§.i.vlti.colum.& per Maria. pulchrè
conſi.xxxi.incip.proſequendo.j.et.ij.colum. qui ali-
ter dicit in conſi.ibi prece.vi.colum.& benè in illo ca
ſu non generaliter. idem ꝙ ex tali ratione argui poſſit
habetur per Moder.maximè do.pręceptorem meum
dominum Iaſo.in.d.auctẽ. quas actiones.C.de ſa-
cro ſanct.eccle.cum concor.ibi allegat. & copioſè in
propoſito noſtro per do.Franc.cur.in.d.conſi.lxxx.
Panor.in.c.ſi.in.iij.colum.de reſcrip.cum concord.
de quibus per do.Fœli.in.c.tranſlato.in vltimis ver-
bis. de conſti. Et ꝙ habeatur pro expreſſa,& ex ea li-
ceat arguere. vult etiam Marta.conſil.lxxxiij.incipi.
viſa.ij.colũ.primo moueor.&.iij.verſi.octauo mo-
ueor.Et quòd in tali ſtatuto talis ſubſit ratio quæ ſit at-
tendenda. voluit Maria. pulchrè conſi.xxxi. incipi.
proſequendo.j.et.ij.col.quàmuis aliter ſentire videa-
tur in conſi.ibi prece.vi.colum.& quod doc.commu
niter ita teneant: firmat Corne.conſi.lv.incip.pro de-
ciſione.iiij.colum.in princip.j. volu.qui idem tenet
conſi.cccxxxv.incip.primum.ij.et.iij.colum.eo. vo
lu.& in conſi.xcvj.incip.licet.colum.pen.& fin.iij.
volu.vbi dixit ꝙ ratio expreſſa eſt attendenda in per-
ſonis quibus poteſt conuenire, ſi non poteſt omnibus
conuenire. Idem animoſè firmat dominus Curtius iu
nior conſi.ix.incipi.circa. & prædicta ſequitur idem
Corne.cõſi.cxxiij.incip.licet.col.fin.iij.vol. vbi re-
ſpondet ad.l.maximum uitium.C.de lib.præte. & in
conſi.cccxxiij.incip.in præſenti.eo.uolu. col.fin. ubi
etiam reſpondet ad dictam leg.& Ludo.bolo. conſil.
lxix.in.iiij.colum.quàmuis idem Corn.conſi.clxxx-
viij.incip.in præſenti.ij.uol.& alibi ſæpe conſulen-
do tenuerit ꝙ ex parte maſculorum ſit extendendum
tanꝗ fauorabile: & ex parte fœminarum reſtringen-
dum uti odioſum: & ita etiam uult in conſi.ccij.inci-
pien.circa.iiij.colum.eo.uolu.&.ccxxiij. iij. et. iiij.
col.&.ccxlvj.in.ij.col.ij.uol.& in conſi.xc. pen.co
lum.iij.uolumi.poſt Franciſ.de Areti.ibi allegatum.
Plus voluit ipſe Corneus conſi.xc.incipien. ſcrupu-
18 loſa.penultima col,iij.uolu.quòd † etiã ubi ratio eſt
expreſſa in ſtatuto ſuis talia ſtatuta ſtrictè interpretan

da: & tantò fortius quando apparet quòd contempla
tione certarum perſonarum moti fuerunt ſtatuẽtes ad
ita ſtatuendum: de quo.ĩ.eo.in fi.huius articuli. ꝙ ta
lia ſtatuta ſint reſtringenda: uult Corne. conſil,clxxi.
&.ccc.&.cclxxi.iiij.uol.&.cccv.eo.uolu.licet etiã
do. Decius conſi.xiij.incip.& pro tenui.iiij. colum.
cum pręceden.teneat ꝙ ex ratione talis ſtatuti non poſ
ſit argui: de quo an ſit odioſum dicetur in articulo ſe-
quenti. Plus dixit Corneus,in conſi. cxxxiij. incipi.
eleganter.j.colum.ij.uolu. ꝙ ſemper fuit in ſententia
ꝙ huiuſmodi excluſiones fœminarum, deberent pro
poſſe reſtringi ubi uerba omnino uel plurimum nõ uio
larentur.& idem voluit conſi.clxv.incipi.circa pri-
mum.iij.colum.eo.uol.Nec placet diſtinctio quam
facit dominus Philip.corne.conſi.clxx.incip.in con
ſilijs.ij.colum.uerſi.nam quando, & tertia. uerſic.&
ſtatuta.ij.uolu.dum uult ſtatuta excludẽtia filias pro
pter tranſuerſales etiam fratres & filios fratrum tanꝗ
exorbitantia & dura eſſe reſtringẽda: & ſecus eſſe ſi ex-
cludant filias propter filios cum ſint iuri diuino cõfor-
mia, vt in artic.ſeq.in addi.quia vt ex prædictis patet
ſunt fauorabilia,& extendenda propter rationem ip-
ſius ſtatuti. Prædicta procedunt vbi ſtatutum præ-
ferret maſculos in hæreditate aſcendentium de linea pa
terna, vel alios inter maſculos agnatos. nam vbi præ-
ferentur maſculi fœminis in hæreditate materna, ſeu
aſcendentium per lineam fœmineam, tale ſtatutum nõ
poſſet dici factum fauore agnatorum, & vt agnatorũ
ſalua ſit dignitas ſecundum Pau.de caſt.in conſi, ccc-
xli.incip.pręſuppoſito ꝙ ſtatutum in volumine anti-
quorum conſiliorum.ſecundum primam impreſsionẽ
cuius verba tacito auctore tranſcribit do.Laur.in repe
ti.§.cæterum.in.xxvij.col.inſtitu.de legi.agna. ſuc.&
tunc dicetur eſſe ratio vt maſculorum ſalua ſit digni-
tas,& eorum honor & familiæ conſeruentur. Sequi-
tur Maria.conſi.l.iij,colum.in princip. Item pro in-
tellectu prædictorum eſt aduertendum, quia Imol.in
19 d.§.de viro.vlti.colum.dubitauit † an quando ſtatu-
tum vocat aliquos tantum maſculos vel agnatos, pu-
tà fratres vel filios ac patruos,non expreſſa aliqua ra-
tione coniecturanda ſit in eo ratio generalis.ſ. reſpectu
totius agnationis, an verò reſpectiuè ad perſonas, &
gradus nominatos,& voluit mentem ſtatuti non tra-
hi vltra perſonas expreſſas,quaſi ſtatutum perſonis nõ
nominatis fauere non voluerit & fœminas tantum no-
minatas excludere,& mens & ratio ſtatuti idem ſunt,
vt notat Dyn.in.c.ſi.de regu.iur.& Bald.in.d.l.ma
ximum vitium.in.iij.colum.in fi.Bart.in.l.cum mu-
lier.in princip.commen.ff.ſolu.matri. Sequitur Ma-
ria.conſi.xxx.incipi.quàmuis.vij. columna. de cu-
ius dicti veritate apparebit ex dicẽdis.ĩ.maximè.i.vi.
artic.prin.& in.xij.poſtremò eſt aduertendum, quia
quando ſtatutum excludit fœminas ſub aliqua qualita
te,putà quia dotatę, ratio non eſt generalis, vt dicam
ĩ.in artic.ſeq.quartò membro.ij.q.in fin.& in.xij.ar-
ticu.prin.in.ix.q.in.ij.colum. & omnino in pen.q.
20 circa fi.& videatur Alex.conſi.lxxx.incip.viſo.ij.co
lumna.volumi.ij. † Item aliquando ratio eſt limita-
ta vt parum differat à dicto, vt dicam.ĩ.vij.artic.prin
cip.in.ij.quæſtio.iij.columna.& in.xij.artic. in.xvi.
quæſtio.in verſi.tertius caſus.in.viij.columna. Quid
autem ſit de ſtatuto excludente maritatas,& de eius ra
tione dicam.ĩ.in.vi.articu.princi.in quarto membro
in.xix.quæſtio.& de ſtatuto excludente nuptias extra
territorium,dicam ibidem in.xvi.et.xxv.q.& ibi di-
cam de ratione ſtatuti excludentis mulieres tranſeun-
tes ad ſecunda vota. in.xxvij.& pen.quęſtion. Et de

ſtatuto

ſtatuto præferente agnatos tam maſculos quàm fœmi-
nas filijs. Alexan. conſi. cxv. incipien. circa dubitatio-
nem, propè fi. ij. volu. & Maria. conſi. i. iij. columna.
in princip. Et ſi ſtatutum prohibeat matrem alienare
vltra quartam, an dicatur fauorabile, dixi. ſ. in. i. arti-
21 cu. princip. iiij. q. de quo. ī. eod. in fi. † Quia ſi quæ
ratur de ſtatuto inhabilitante filias ad ſucceſsionem
patris, niſi in eo ꝙ pater diſpoſuerit, an quo ad perſo-
nam patris dicatur fauorabile, certum eſt ꝙ ſic, quia
ampliat eius poteſtatem in diſponendo ad præiudiciū
filiarum, vt per domi. Bartho. ſoci. conſi. cclxxxviij.
incipien. circa primam. v. colum. propè fin. verſi. pri-
mum probatur. i. vol. declarando, vt per Maria. con
ſi. lxxxiiij. incipi. viſa. iij. colum. verſic. vij. moueor.
Et ſi in ſtatuto agnatis maſculis aliquæ fœminæ præ-
feruntur ratio ſtatuti eſſe non poteſt agnatio, ſed fauor
illorum maſculorum qui fœminis pręferuntur, vt ſi
maſculi deſcendentes fœminis deſcendentibus præfe-
rantur, & fœminæ deſcendentes collateralibus maſcu
lis, vt per domi. Ludo. bolo. conſi. lx. columna fina.
Per prędicta apparet quòd do. Maria. conſi. xxx. inci
pien. quàmuis. in. v. columna. in fi. cum. ij. ſequen. di
22 cens quòd † talia ſtatuta ſunt ſtrictiſsimè interpretan
da, etiam in fauorem agnatorum, & quòd non ſunt
extendenda etiam ex identitate vel maioritate rationis
benè dixit in illis caſibus, ſed malè loquendo generali-
ter per hic dicta. Laus deo & glorioſè virgini mariæ.

SVMMARIVM.

1 *Statuta fœminarū excluſiua an ſint odioſa, uel fauorabilia.*
2 *Statuta illa ſunt correctoria iuris communis & contra natu
ralem æquitatem.*
3 *Si ratio propter quam mouentur ſtatuentes ſit fauor, fauora-
bile eſt ſtatutum. ſi uerò odium, odioſum.*
4 *Si fertur ſtatutum propter delictum, odioſum eſt. ſi uerò pro
pter honorem, fauorabile.*
5 *Statutum fœminarum excluſiuum mixtum eſt, agnatorum
reſpectu fauorabile: filiarum uerò ratione odioſum.*
6 *Verior & magis communis eſt opinio indiſtinctè & ſimpli-
citer hoc ſtatutum eſſe fauorabile.*
7 *Quotiens diſponitur ſuper actu partim odioſo, partim fauo-
rabili, attenditur id ſuper quo principaliter diſponere intē
dit lex ad hoc, ut odioſum, uel fauorabile iudicet ſtatutū.*

ARTICVLVS QVARTVS.

CIRCA Quartum articulum prin-
1 cipalem videndum eſt † qualia ſint hæc
ſtatuta excluſiua fœminarum propter
maſculos, & an ſint fauorabilia uel odio
ſa. in quo paſſu tex. in. l. maximum vi-
tium dicit, ꝙ inducentes differentiam in ſucceſsioni-
bus inter maſculos, & fœminas ſunt accuſatores natu
ræ, & vitium eſſe in tali differentia, & ſecundum tex. in
§ cęterum. inſti. de legi. agna. ſuc. & in. l. lege. xij. tabu
la. C. de legi. hęre. talis differentia ſexus & conſidera-
tio eſt naturæ damnatrix iniqua, & intollerabilis, im
pia & nimia ſubtilitate inducta, fuitq; partim per. l.
prętoriam damnata & ſublata, partim per ciuilem quę
ſubſecuta eſt mediam iuris prudentiam, & in totum
per imperialem, ſcilicet iuſtinianum, quæ iniquitas va
rijs ex cauſis inſurgebat, primò quia in totum fœmi-
næ à maſculorum ſucceſsione excludebantur, & ipſi
ad earum ſucceſsiones vocabantur, item quia ſorores
quàmuis fœminę non excludebantur & vlterioris gra
dus ſic, & alijs rationibus de quibus in dicta. l. ma-
ximum vitium. propter quod apparet hoc ſtatutum
conſequenter dici poſſe odioſum. Ad idem facit. l. fi.
C. communia vtriuſ. iudi. & . l. cum oportet §. ſinau-
tem res. C. de bon. quæ lib. & . l. illud. C. de collatio.
dum dicunt occaſionem altercationis pręſtari quando
conſtituitur inequalitas inter filios. Item tales differen
2 tias lex communis odio habuit, † & talia ſtatuta ſunt
correctoria iuris communis & cōtra naturalem æqui
tatem, vt dixit Bald. in. l. inter filios. C. famil. hærciſ.
Item talia ſtatuta videntur quodammodo inducere
exhæredationem. argumen. l. qui volebat. ff. de hęre-
di. inſtituen. quæ eſt odioſa. l. cum quidam. ff. de lib.
& poſth. & licet concernant fauorem agnatorum ſeu
maſculorum, nihilominus tamen habent in ſe vitium
iuribus prædictis. & dixit Bald. in. l. ij. in vltima co-
lum. C. quę ſit long. conſuetu. ꝙ hoc ſtatutum eſt con
tra naturalem rationem ideo non extenditur. & dicit
tex. in §. nos verò. inſtitu. de legi. agna. ſucceſ. quòd le-
ges talem differentiam inducentes ſunt inhumane ac
contra naturam, quam lex debet imitari. §. adoptio. in
ſti. de adoptio. & dixit Bald. in. l. iij. C. ſi pen. appel.
mors interue. & in. c. i. de cogni. feu. quòd hoc ſtatutū
eſt irrationabile. ſequitur Pet. de ancha. in repet. c. ca-
nonum ſtatuta, in antepen. colum. in. xv. q. verſic. iu
xta prędicta. allegando Bald. in conſi. per eum allega-
to. Bald. in. l. quicunq;. iij. columna. C. de ſer. fugiti.
plus reperio conſultum inter cōſilia Bal. in quinto uo
lu. in conſil. xciij. incipien. præmittendum eſt ꝙ non
tantum ſtatutum excludens filias à ſucceſsione paren-
tum eſt iniquum & contra ius naturale, verum etiam
excludens parentes à ſucceſsione filiorum, ꝙ conſiliū
non fuit bald. vt patet in conſilio ſequen. quòd eſt bal.
qui noluit quo ad hoc ſe ſubſcribere. Et quòd talia
ſtatuta ſint odioſa, tenuerunt Pet. & Cyn. in. l. non ſi
ne. C. de bo. quę lib. Barto. in. l. cunctos popu. in. vi.
q. C. de ſumma trini. & fide catho. Bald. in auctenti.
res quę. C. commu. de lega. & in. l. fina. in princip. cō
men. & ibi etiam Pau. de caſt. C. de ſuis & legi. & ſen
tit in. l. lege duodecim tabularum. i. colum. C. de leg.
hęredi. & in dicta lege ſi defunctus. C. de ſuis & legi-
ti. & in lege certum, in principio. C. vnde cogna. &
in. l. ij. C. qui. ad liber procla. non licet, & Alexan.
conſilio. cxxxiij. incipiente conſideratis uerbis, ſecun
da columna. i. volumi. & Decius conſi. xiij. incipien
te, & pro tenui antepenul. columna. vbi dicit hanc
opinio. communem, & Angel. in conſil. ccx. incipiē.
ſtatutum ſupradictum. & Panormi. in capitu. poſtu-
laſti. in. iij. columna. de foro competen. & videtur ſe-
qui Alexand. in conſilio. xvi. incipien. viſo titulo pri
ma columna. i. volumi. & domi. Andre. ſicu. in con
ſilio. xxxix. incipien. in hac dubitatione. ii. volumine
i. columna. & doct. in locis ſuprà allegatis. Bald. au
tem in lege inteſtato. ff. de legiti. tuto. dixit ex pręfatio
ne ſtatuti colligi poſſe, an tale ſtatutum ſit odioſum,
3 vel fauorabile, & dicit ſe conſuluiſſe ꝙ † ſi ratio pro
pter quam mouentur ſtatuentes ſit fauor, eſt fauorabi-
le, ſi verò ſit odium eſt odioſum, & hoc clarius te
net & declarat in repetitio. legis cunctos populos, in
xii. colum. C. de ſumma trinita. dicens quòd ſi moue
tur odio ſexus, & ſic in odium mulierum eas exclu-
dat eſt odioſum, ſed ſi fauore maſculorum eſt fauo-
rabile, & ibi dicit quando cenſeatur moueri odio ſe
xus, & dixit in propoſito Bald. in. l. i. C. de ſecun-
dis mipt. conſiderandam eſſe cauſam excluſionis,
4 † nam ſi propter delictum eſt odioſum, ſi verò ꝑpter
pręrogatiuam alterius & honorē eſt fauorabile. Sed

idē bal. in. d. l. ſi defunctus. in fi. dixit ꝙ tale ſtatutū po
teſt dici æquum æquitate abuſiua ſeu motiua, non au
tem præciſa, quæ æquitas non propterea facit ex men
te ſua quominus ſit odioſum, de quo dicto ſæpè memi
nit domi. And. ſicu. maximè in conſilijs ſuis, ſcilicet
in dicto conſil. xxxiiij. & in conſil. xvi. incipien. circa
conſultationem. in. ij. vel. iij. colum. i. volum. Sequi
tur Corne. conſil. xcvij. incipien. q̄q̄. ij. colum. tertio
volumine. Sed idem Bald. in. l. ſecunda. C. qui. ad li.
procla. non licet. cum quo videtur tranſire Alexand.
in. d. conſil. xvi. dixit ꝙ ſtatutum excludēs filias pro
pter maſculos eſt odioſum, licet ſecus ſit in excludente
ſororem à ſucceſſione fratris, mouetur quia vbi exclu
ditur filia in poteſtate aufertur ei dominium. l. in ſuis.
ff. de liber. & poſthu. quod eſt odioſum. d. l. maximū
vitium. Et idem bald. in conſil. xxxiiij. incipien. ſtatu
tum &c. ſecundo volumi. ſecundum penultimam im
præſſionem, & Imo. in. l. ticio centum. §. ticio genero.
ff. de conditio. & demonſtra. voluerunt tale ſtatutum
fore rationabile, & fauorabile ſi aliqua ratione mo
ueatur ad excludendum mulierem, vt quia illi præſeruet
dotem, & ideo volunt ea eſſe ſtrictè intelligenda, idem
vult Imo. etiam ſi non præſeruetur dos, quia in dubio
nō videtur per ſtatutum ſublata, & loquitur Imo. ſub
dubio fortè, de quo etiam dixi in. i. articu. i. q. i. cart.
Item ſecundum ipſum Bal. in. l. ſecunda. C. de in ius
vocan. quem ſequitur Pet. de anchara. in repe. c. cano
num ſtatuta. in antepenulti. colum. de conſti. & aliqui
Moder. in. l. qui excep. in princip. ff. de conditio. in
debi. dicentes eam eſſe communem concluſionem, di
5 cendum eſt, ꝙ † tale ſtatutum ſit mixtum, hinc eſt fauo
rabile ratione maſculorum, & ratione fœminarū odio
ſum, ex quo infert ꝙ quo ad maſculorum perſonas ſit
extendendum, quo autem ad fœminas ſit reſtringen
dum, vt ibi per eum, de cuius illationis veritate latè
apparebit ex his quæ dicam in. vij. articu. princip. in
vi. ac. vij. q. ſequitur corne. conſi. xcv. incip. in hac
v. colum. ij. volumi. & cxlvij. incipien. pro deciſio.
iij. volumi. Sed idem bald. in. l. ſancimus. C. de nup.
dixit ꝙ de iure naturali eſt odioſum, de iure verò ciui
li ipſius ciuitatis eſt fauorabile. Item dixit corneus con
ſil. ix. incipien: memini. ij. colum. iiij. volumi. ꝙ ſtatu
tum excludens dotatam non dicitur irrationabile, ſi
cut ſi excluderet habentem legitimam niſi excluderet
dotatam à matre ab hæreditate patris. Et ibi etiam ſen
tit ꝙ non dicatur irrationabile excludens fœminam à
ſucceſſione collateralium. Et idem dixit corneus con
ſil. clxx. incipien. in conſilijs. ij. colum. verſicu. nam
quando, & ſeq. colum. verſicu. ſtatuta. ij. volumi. ꝙ
ſtatuta excludentia filias propter filios cōueniunt iure
diuino, ſed vbi excluduntur propter tranſuerſales &
pp fratres & filios fratrum ſunt dura & exorbitantia,
& reſtringenda, et primò caſu dicuntur rationabilia &
iuſta ſecundum Corneum conſilio. cxxiij. incipien. li
cet. colum. fi. ij. volumi. vbi reſpondet ad. l. maxi
mum vitium. C. de liber. præte. Sed ꝙ ſit odioſum & et
in matre, vult Corneus conſil. cccxiiij. in. iij. & iiij. co
lum. ij. volumi. & conſil. cxlvij. incipien. conſtat. ij.
colum. ij. volumi. Et idem dixit corne. conſil. ciiij. cir
ca. ij. colum. cum ſeq. ij. volumi. ꝙ ſtatutum prohi
bens mulierem que habet filios, bona mobilia vel im
mobilia alijs perſonis relinquere, donare, vel alienare
dicitur iuri communi & æquitati contrarium & fortè
male per hic dicta. de quo. ſ. eod. in princip. Et dixit
Corne. conſil. lxxxij. incipien. licet. iij. colum. iiij. vo
lumi. ꝙ ſtatutum excludens cognatos propter agna
tos non dicitur odioſum, licet ſecus ſit in excludente fi
liam, & eſt ampliandum ꝙ ſit correctorium cum nos
reducat ad ius antiquum legis. xij. tabu. vt latè decla
rat do. Curtius iunior qui fuit ex promotoribus meis
in aſſumptione gradus in conſil. v. xvij. colum. ver.
abſoluto capite. Et ꝙ ſtatutum excludens agnatos pro
pter cognatos ſit fauorabile & extendēdum animoſè
firmat do. Cur. iunior conſil. ix. incipien. circa. Item
ꝙ ſtatutum excludens matrem propter patruū ſit odio
ſum etiam reſtringendum, vult etiam corneus conſil.
6 cxcviij. incip. in propoſita. ij. colum. iii. volu. † Sed
verior & magis communis opi. eſt ꝙ hoc ſtatutum ſit
indiſtinctè & ſimpliciter fauorabile, quam tenuit Iac.
de are. in. q. incip. ſtatuto vel conſuetudine, quem re
fert & ſequitur Ioan. an. in addi. ſpec. in rub. de ſuc.
ab inteſt. in addi. incip. eſt ſciendum ꝙ Iaco. de are. &
Cy. in. d. l. j. vbi etiam Saly. C. de adul. Bar. in. l. j. §. fi
lium. ff. de contra tab. & l. ii. §. videndum. ff. ad tertul.
Bar. in. l. i. §. i. ff. de colla. bono. & in. l. ſeruo legato. §.
ſi teſtator. vbi etiam Moder. ff. de lega. j. gloſ. in. c. j. §.
hoc quoque, de ſuc. feud. quæ dicit talia ſtatuta eſſe con
ſeruanda & habere maximam vim & aucto. legum ro
manorum, & ibidem Bald. & Lapp. allega. c. & ſeq.
Bal. in. c. fi. j. colum. de conſue. & in. d. l. maximum
vitium. C. de liber. præte. & in. l. quod verò. ff. de leg.
& in. d. l. certum, in prin. C. vnde cogna. & in. c. j. in
verſicu. legibus, in titu. hic incip. conſue. feu. Bald. in
d. conſi. lxviii. inci. Martinus Ioan. inſerto inter con
ſilia Ange. do. Signo. de homode. in conſi. ci. incip. te
ſtator, in pe. colum. in fi. Ange. in. l. quiſquis. C. ad le
gem iul. maie. & diſput. incip. nobilis quidam genere,
& conſil. ccx. incip. ſtatutum ſupradictum, & idem
Ange. in. l. ſi ita ſcriptum, in prin. ff. de lib. & poſthu.
vbi vult hoc ideo quia eſt fauorabile fieri extenſionem
de ſimplicibus ad caſum mixtum, & plures docto. re
lati in conſil. præce. Pau. de caſt. in conſil. cccxxxvj.
incip. præſens caſus, in volumine antiquorum, conſi.
ſecundum primam ſtampam, & in conſil. xcij. incip.
notandum eſt in volumine nouorum conſiliorum, ſe
cundum vltimam impræſſionē, vbi dicit ꝙ apud om
nes eſt fauorabile, idem voluit Roma. in conſi. xvi. in
cip. viſo themate, & in conſi. xxxij. inci. viſa munici
pali, vbi ponit plures rationes, Ful. in conſil. lxxviii.
incip. propoſito ſtatuto. circa finem, Io. de ana. in cō
ſil. lxix. incip. pro breui expeditione, vbi dixit docto.
ſic magis communiter tenere, idem dixit in conſi. lxxx
ix. incip. viſis quæ in facto, & Pet. de anch. in conſil.
cxj. inci. ſuperſtite domina Auantina, vbi loquitur de
ſtatuto prohibente matrem teſtari vltra quartam par
tem, & dicit ꝙ eſt fauorabile, Ang. are. in. §. præferun
tur, per illum tex. inſti. ad tertul. poſt Raph. Moder.
bononien. in tracta. dotium, in vlti. parte, in. xlix. q.
do. Franc. cur. in conſil. ix. incip. ticinenſi ſtatuto. v.
colum. & in conſil. lxxx. incip. rectè præfatus, cū con
cor. de quibus ibi per eum, pro qua opin. facit text. in
d. l. j. §. i. ff. de colla. bono. & in. d. l. ſeruo lgato §. ſi te
ſtator. ff. de leg. j. & quia finalis cauſa excluſionis eſt
fauor agnatorum licet redundet in odium mulierum.
d. l. qui exceptionem, & quod ibi not. Barto. & doct.
ff. de conditio. inde. vbi ita in ſpecie tenet Pau. de ca.
7 † vbicunque enim actus ſuper quo lex diſponit ex vna
parte eſt fauorabilis, & ex altera odioſus ad conſiderā
dum qualis debeat iudicari attenditur id ſuper quo lex
principaliter intendit prouidere: vt habetur in. d. l. qui
excep. & patet in text. in. c. ij. poſt princip. ibi cum nō
ſit dicendum, de deci. in. vj. Bald. in. l. illud. ij. colū.
C. de ſacroſanc. eccle. & in. l. finali. C. de interdi. mat.
& in. l. ab executione. C. quo. app. non re. Barto. in. l.

ſed in

ſed in hac.§ ſi.ff.de in ius vocan. Pau. poſt Ioan.an. in.c.i.in.ij.columna.de loca.glo.penul.in fi. & ibi Gemi.in.c.ſciant cuncti,de elect.in.vi.facit regula illa ꝙ inſpiciamus id ꝙ principaliter agitur.l.ſi quis nec etiam,in princip.cum concordan.ibi notatis.ff.ſi certum petatur,& quòd dicatur fauorabile tale ſtatutum ſuadet publica vtilitas quæ in hoc verſatur,vt latè dixi in præceden.articu.ſic etiam videmus in feudis, in quibus mulieres non ſuccedunt.c.i.§ hoc quoq;, qui feu.da.poſ.c.i.§.i.de ſuc.feu.& ꝙ no.glo. in.ca.i.an mu.ſur.uel aliter imper.nec poteſt fœmina maſculis extantibus facere pacem de nece defuncti. Barto. Angel.& Moder.in.l.tiȷ§.cato.ff.de verb.obli.Bald.in l.titia.§.lucius.ff.de leg.ii.In.l.pro hærede§.fina.ff.de acquirenda hæred.Imol.in.l.ſi filius qui patri.ff.de vulg.& pupi. Item in multis lex induxit differentiam inter maſculos & fœminas.l.in multis.ff. de ſtat.ho. & ex hoc apparet quòd ſi ſtatutū principaliter moueatur odio ſexus, ſeu mulierum diceretur tale ſtatutum odioſum,vt dictum eſt.ſ.poſt Baldum in dicta.l.cunctos populos,In.l.i.C.de ſecun.nupt.& eſt de mente Ioan.and.in dicta rubri.de ſucceſ.ab inteſta.in addit. Specula.not.Bald.In.d.l.inteſtato.ff.de legi.tut. In dubio tamen vt etiam dixi in præcedenti arti. videtur tale ſtatutum conditum fauore agnatorum ſeu maſculorum ſi maſculos etiam cognatos vocet non autem odio ſexus. Et ex his patet an benè dixerit Corneus conſi.xcv.incip.in hac,penul.colum. & fi.ij.volu. quòd ſtatutum excludens matrem propter agnatos,et etiam agnatas dicatur odioſum,licet non odio irrationabili,quia immò eſt fauorabile principaliter agnatis,nos ad peiora iura reducens per prædicta & ibi tacta per eum,licet bene ſit odioſum excludēs filiam propter auunculum vel cognatos ſecundum Corneum conſilio.xcv.incipien.in hac prima & ſecunda columna.ij.volumi.

SVMMARIVM.

1 De generali & extraordinaria talium ſtatutorum interpretatione.
2 Statuta ſunt ſtrictè interpretanda: & tenaciter intelligēda.
3 Statutum contra ius commune non eſt interpretandum ultra, quàm uerba loquantur.
4 Statuta ſunt interpretanda, ut minus lædatur ius commune, quàm fieri poßit.
5 Statuta intelligenda ſunt ſecundum diſpoſitionem iuris communis.
6 Statuta ſunt taliter interpretanda ut aliquid operentur.
7 Statutum continens idem, quod ius commune, aliquid utilitatis afferre debet.
8 Statuta ſunt potius fruſtratoria intelligēda, quā aliquis damnum indebitè patiatur.
9 Verba ſtatuti ſunt interpretanda ſecundum propriam ſignificationem, niſi aliud materia ſuadeat.
10 Intellectus ſtatuti non debet reſſerri ad impoßibilia ſtatuentibus.
11 Temperatur ſtatutum, ne ſurgat ex eo enormis læſio uel euidens iniquitas.
12 Temperatur ſtatutum, ne ſurgat ex eo abſurditas.
13 Potius eſt tolleranda ſuperfluitas, q̄ ꝗ inducatur abſurditas.
14 Statuta taliter interpretanda ſunt, ne poßint à ſapiente reprehendi.
15 Minor abſurditas eſt amplectenda.
16 Non ſunt ſtatuta iudaicè intelligenda.
17 Statutum unum intelligendum eſt per aliud.
18 Statuta quæ uidentur contraria ſunt ad concordiā reducēda.
19 Statuta an interpretanda ſint ſecundum ius ciuile, an uerò ſecundum ius canonicum.
20 Etiam in terris eccleſiæ præterq̄ in cauſa matrimoniali computantur gradus ſecundum ius ciuile.
21 Non ſunt intelligenda ſtatuta ſecundum ius longobar.
22 In dubio diſpoſitio hominis uel teſtatoris intelligitur ſecundum conſuetudinem uel conſtitutionem ſuæ patriæ.
23 Vbi adeſt perſona prædilecta excluditur ſubſtitutus.
24 Statuto maſculos præferente fœminis, ſi fiat inſtitutio uel ſubſtitutio de liberis, uel maſculis & fœminis: intelligetur ſecūdum ſtatutum ꝗ fœminæ poſt maſculos admittantur.
25 Statuto maſculos fœminis præferente, ſi quis prohibeat bona alienari, ut quia illa uoluit ad poſteros ſucceſſores peruenire, intelligetur de maſculis.
26 Statuto mandante filias debere eſſe contentas dote, ſi pater inſtituat filios ſimpliciter, nō intelligentur filiæ inſtitutæ.
27 Statuto præferente agnatos maſculos fœminis, agnatorum appellatione in diſpoſitione teſtatoris non ueniunt filiæ.
28 Stantè ſtatuto ꝗ inſtitutio facta de fratre & eius filijs: intelligitur ordine ſucceßiuo, ut primò frater, deinde eius filij maſculi ueniant.
29 Limitantur lex cum auus.ff.de conditio.& demon.& l.cum acutißimi.C.de fideicom.
30 In conditionibus merum factum attenditur.
31 Naturalis tantum capit ex teſtamento; quantum ei relinquitur: neq; illud impugnat, & exiſtentibus legitimis nō ſuccedit, non exiſtentibus admittitur in duabus uncijs.
32 Non fuit ſtatuentium intentio excludere filias ex teſtamēto.
33 Præſupponimus ſubſtitutam eſſe perſonam ſub conditione illa, ſi quis ſine liberis deceſſerit, quæ præferatur per ſtatutum fœminæ.
34 Deportatus ut inhabilis ad ſuccedendum non faceret deficere talem conditionem.
35 Præſumitur teſtator ſe conformaſſe uoluntati ſtatuti.
36 Fœmina inſtituta per grauamen eſt habilis ad ſuccedendum.
37 Statuta excludentia fœminas à ſucceßione, in dubio non intelliguntur de ſucceßione ex teſtamento.
38 Diſpoſitio teſtatoris cenſetur conformis diſpoſitioni ſtatuti in deferendo fideicommiſſum ſub conditione &c.
39 Speciale eſt fauore religionis ut grauatus ſuo facto faciat deficere fideicommiſſum.
40 Limitata cauſa, limitatum parit effectum.
41 Ceſſante ratione, ceſſare debet diſpoſitio.
42 An cauſa teſtati fomentum recipiat à poteſtate ſtatuti ab inteſtato excludentis.
43 An facta ſubſtitutione filio maſculo uniuerſali herede inſtituto, ſub conditione, ſi ſine liberis &c. filia ex eo faciat deficere fideicommiſſum.
44 Statutum prædiligit & præfert non maritatas maritatis.
45 Ad cuius perſonam non poteſt reſſerri ſtatutum, nec ad eius ſucceßionem refertur.
46 Poſterorum & ſuccedentium appellatione ueniunt ita fœminæ, ſicut maſculi.
47 Si pater grauat filium ſi deceſſerit anteq̄ adminiſtrare poßit, licet de iure intelligatur ante.xxv.an.ſi tamē ſtatutum permittit in.xx.anno.ad ſtatutum ſe retuliſſe uidetur pater.
48 Statuto uocante naturales & legitimos æqualiter, teſtator loquens de filijs intelligitur tam de naturalibus tantum, q̄ de naturalibus & legitimis.
49 Statutorum diſpoſitio intelligitur loqui de iure ſtatutario.

50 Contractus & actus inter uiuos uidentur facti iuxta diſpoſitionem & conformitatem ſtatutorum uel conſuetudinum patriæ.

51 Verba contractus intelliguntur in dubio ſecundum mentem iuris & ſtatutorum.

52 Pactum q filia ſuccedat in ſeudo, intelligitur deficientibus maſculis.

53 Pactum de non petendo ſeudum ab hærede intelligitur ſecundum naturam ſeudorum, de hærede maſculo.

54 Exiſtente conſuetudine eccleſiæ q emphyteoſis concedatur uſque in tertiam generationem: ſimpliciter conceſſa intelligitur uſque in illam generationem.

55 Exiſtente conſuetudine q certum beneficium ſecularibus cõferatur, illius collatio etiam motu proprio papæ facta religioſo non ualet.

56 Contractus in dubio intelligitur ſecundum conſuetudinem factus: & in inſtrumentis debẽt poni omnia, quæ ex cõſuetudine ueniunt.

57 An ſi ex conſuetudine præſcripta ſolitum ſit aliquid poni in inſtrumentis, & ſtetur per annum q non ponatur, ſit conſuetudini derogatum.

58 Conſuetudo diſponentis nonnunq̃ attenditur.

59 In iudicijs etiam conſuetudo attenditur.

60 Appellatione iuris in dubio intelligimus de ſtatutario etiam ſi deroget iuri communi.

61 Secundum ius eſt q pronuncietur ſecundum ſtatuta loci contractus.

62 Si maritus promittit reſtituere dotem in caſu reſtituendæ dotis de iure, intelligitur conſuetudine approbatam.

63 Conſuetudo appellari poteſt ius cõmune in loco in quo uiget.

64 Qui renunciat auxilio iuris, intelligitur etiam renunciaſſe auxilio iuris municipalis.

65 In dubio uerba debent interpretari in ſauorem libellantis.

66 Si rex faciat mentionem de iure, intelligitur de iure regio.

67 An legum appellatione ueniant ſtatuta & conſuetudines.

68 Vbi differentia eſt inter ius ciuile & canonicum, prouiſio papæ intelligitur ſecundum ius canonicum.

69 An in ſtatutis excluſiuis fœminarum uel admittentibus certum gradum, maſculinum concipiat fœmininum.

70 Stante ſtatuto q exiſtente patruo non ſuccedat auus maternus, non intelligitur excluſa auia materna.

71 Statutum excludens à ſucceſſio. patris, non habet locũ in ſucceſſione matris.

72 Statutum excludens à ſucceſſione fratris non habet locum in ſucceſſione ſororis.

73 Non obſtante ſtatuto, q ſi quis deceſſerit ſine liberis, fœminæ non ſuccedant: ſi decedat mulier relicta filia, illa matri ſuccedet.

74 In ſtatuto admittente uel uocante ad ſucceſſionem maſculinũ non comprehendit fœmininum.

75 Statutum diſponẽs patrem legitimam aſsignare debere filijs in eius uita, non trahitur ad matrem.

76 Proximiores ex parte patris ſuccedunt in patrimonio: & proximiores ex parte matris, in matrimonio.

77 Filiorum appellatione complexiuè & expoſitiuè, non autem ex interpretatione extenſiua fœminæ comprehenduntur.

78 An ſtatutum excludens fœminam à ſucceſſione fratris ſibi locum uendicet in ſucceſſione ſororis.

79 Vbi ueriſimile ẽ ſi ſtatuẽtes interrogati fuiſſent, q idẽ ſtatuiſſent q in expreſſo, prouiſio expreſſi trahitur ad omiſſum.

80 Vbi profertur à ſtatuto uerbum commune ad maſculos & fœminas, intelligitur etiam de mulieribus.

81 Et ſi ſtatutum agnatos uocet non intelligitur uocaſſe agnatas fœminas.

82 Statutum præferens in ſucceſſione primogenitum ſecundogenito, non intelligitur præferre filiam primogenitam ſecundogenitæ.

83 An ubi ſtatutum mandat ſtatuta intelligi ad literam, maſculinum concipiat fœmininum.

84 Stante ſtatuto q maſcul. concipiat fœmininum, an auus maternus qui ex forma ſtatuti excludit patruum excludet amitam.

85 Statuto excludente matrem & uocante proximiores ex parte patris, mater excludetur propter amitam, ſi ſtatutum habeat unum caput excluſiuũ nõ reſpiciẽs caput maſculinũ.

86 Statuto præſeruante aliquid fratribus uterinis, uel conſobrinis: poterunt etiam uenire ſorores uterinæ uel conſobrinæ.

87 An talia ſtatuta extendantur ex identitate rationis ad caſus non expreſſos.

88 Ex identitate rationis etiam in correctorijs fit extenſio ad caſum qui ſub larga ſignificatione uocabuli poteſt comprehendi.

89 Vbi ratio eſt expreſſa in ſtatuto uel lege correctoria; non eſt licita extenſio.

90 Non eſt par ratio in excludẽdo magis proximũ, & magis diſtantes in gradu.

91 Maior eſt ratio in excludendo nepotẽ ex filia, q̃ in excludendo ipſam filiam.

92 In admittendo uocatos attenditur ratio prædilectionis ipſius ſtatuti.

93 In materia extenſionis periculoſum eſt aliquid firmare.

94 Quando nomina appellatiua omnino diſcrepant, an ſtatutum in una perſona trahatur ad aliam.

95 An ſtatutũ in caſu uero trahatur ad fictum.

96 Mens & ratio ſtatuti colligitur ex præfationibus.

97 An argumentum à contrario ſenſu habeat locũ in ſtatutis.

98 Licitum eſt arguere & extendere diſpoſitionem ſtatuti correctorij iuris communis, quando per talem extenſionem redimus ad ius commune.

99 An ſtatutum in uno correlatiuorum cenſeatur diſponere in alio.

100 An ſtat. in uno æquiparatorum ex paritate, uel maioritate rationis trahatur ad aliud.

105 An mens & ratio ſint idem, & an credendum ſit aliquid eſſe ex mente, quod ſit contra ius commune.

102 Fit extẽſio ub.cunq; eſt ueriſimile q ſi ſtatuẽtes in caſu omiſſo ſi fuiſſent interrogati ueriſimiliter idem ſtatuiſſent.

103 Omnia ſtatuta extenſiuam interpretationem recipientia debent fundari in æquitate.

104 Non inſpicimus in quem uerba dirigantur: ſed ad quem effectus & uerba ſtatuentium porrigantur.

105 An ex generalitate rubricæ, nigrum ſpeciale generaliter intelligatur, & an nigrum declaretur & riſtringatur per rubricam.

106 Stante ſtatuto q ſtatutum debeat intelligi ad literam, prout uerba ſonant, & q non recipiat interpretationem aliquã an intelligatur prohibita extenſio ad alium caſum improprium uel non expreſſum.

107 Quando in ſtatuto non admittitur ſubauditus intellectus, nec mens non ſcripta, uel ultra ipſius uerba non attenditur.

10: Cum ſtatuta debent intelligi prout illorum ſonant uerba, diſpoſitum in uno correlatiuorum non trahitur ad aliud.

109 Statutum diſponens ſtatuta non recipere interpretationem,

frivolam

friuolam tantùm ſubmouet, non autem iuſtam & iuridicã.

110 *Statutum expreſſe prohibens extenſionem intelligitur prohibere omnino diſsimilem, non autem omnino ſimilem.*

111 *Quamq̃ ſtatutum nullam recipere debeat interpretationẽ: non intelligitur excluſa interpretatio paſsiua.*

112 *Statutum præfrẽs agnatos cognatis in ſucceßione, illos etiã præfert in tutella.*

113 *Et ſi ſtatutum dicat q̀ uigore alicuius legis ciuilis uel alterius cuiuſcũq; ſtatuta exponi, uel interpretari, uel trahi ad aliũ ſenſum non poßint q̃ ſonent uerba: interpretatio quæ fit p pũctum rationis, uel ex communi uſu loquendi non intelligetur ſublata.*

114 *Vnum ſtatutum debet per aliud diſtingui.*

115 *Probibitio interpretationis ſtatutorum limitatur, ut non excludatur interpretatio, quæ tendit ad obuinandum abſurditatib. quaſi non fuerit mentis ſtatuentium eas admittere.*

116 *An ſtatutum corrigens ius commune in ſucceßione corrigat etiam in tutella.*

117 *Vbi ſucceßioni eſt emolumentum, ibi & tutellæ onus eſſe debet: quando perſonæ ſunt habiles.*

118 *Iurium correctio eſt uitanda.*

119 *Per ſimilitudinem caſuum non debet induci correctio.*

120 *Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam.*

121 *Vbi duo caſus à l. antiqua per modum regulæ æquiparantur, lex noua ſuperueniens in uno trahitur ad alium.*

122 *Diſpoſitio facta de tutore & curatore adulti, trahitur ad curatorem furioſi tanq̃ æquiparatum.*

123 *De extenſione æquiparatorum.*

124 *Licet mater excludatur à ſucceßione filij propter agnatos, non tamen excluditur à tutella: quia non defertur tutella matri prætextu ſucceßionis, ſed propterea, q̀ mater eſt.*

125 *Tutellarum quædam ſunt iußæ, quædam uoluntariæ.*

126 *Lex priuans hæreditate habet etiam locum in hæreditate per ſtatutum delata.*

127 *An diſpoſitum per ius commune de tutella & ſucceßione, trahatur ad ſtatutum ex paßiua interpretatione.*

128 *In materia correctoria eatenus correctio extẽditur: quatenus ſe protendit extenſio.*

129 *illud qđ interpretatur cenſetur eſſe & idem cum interpretato.*

130 *Oẽs q̃litates propter quas fœminæ excludũtur ſunt probãdæ.*

131 *Statuta quæ uidentur contraria concordanda ſunt, ea ſumpta interpretatione, quæ non contineat abſurdum.*

132 *An unum ſtatutum recipiat ab alio declarationem.*

133 *Statuta extenduntur ubi aliàs non poſſunt operari.*

ARTICVLVS .V.

1 QVINTO Articulo principali videndum eſt † de generali & extraordinaria talium ſtatutorũ interpretatione. Circa quem articulum tradam remisſiuè aliquas regulas in materia interpretationis ſtatutariæ, quas continget incidenter in hoc tractatu meo attingere, ne aut perfectius loquendo alienas huic operi annectam materias, & opus iſtud confuſum reddam, aut trũcatè uel remisſiuè ſcribens nudi tranſcriptoris officium aſſumam & inutilem me reddam.

2 ET primò facienda eſt regula q̀ † ſtatuta ſunt ſtrictè interpretanda, & tenaciter intelligẽda, maximè circa ſucceſſiones, vt dicam. j. in. ix. artic. princ. i. q. circa princip. & regulariter † ſtatutum contra ius com-3 mune non eſt extendendum vltra quàm verba loquantur, vt ibidem dicam. i. colum.

4 SECVNDO eſt aduertendum q̀ † ſtatuta ſunt interpretanda vt minus lędant ius commune quàm fieri posſit. l. ij. C. de noxa. c. cum dilectus. de conſue. & dicam in. ix. arti. princ. i. q. in princ. & in. viij. articu. 5 prin. xx. q. ij. col. & in. x. q. Et vt † intelligantur ſecundum diſtinc. iuris cõmunis in. viij. artic. princi. in. xv. q. & in. xiij. arti. prin. in. vi. q. in. iij. col. & in. xiij. Et Soci. cõſi. cxxi. incip. viſa. iij. col. i. vol. latè in propoſito Corne. conſi. cxxvi. incip. prin. ij. vol. & alibi ſæpe. Et quando ſtatuta ſint intelligenda ſecundũ ius cõmune aliqua pulchra dixi. j. in. x. arti. prin. iiij. q. pen. col. verſi. poſtremò qui verſi. eſt in antepen. colum. Et q̀ ſit ita intelligendũ ſecundum ius cõmune, & vt minus lędat, aliqua bona dicit Corne. conſi. cxci. incipi. videtur. iij. col. iiij. volu.

6 TERTIO eſt aduertendũ, q̀ ſtatuta ſunt taliter interpretanda vt aliquid operentur in. viij. art. prin. l. q. iiij. col. & in. q. ſeq. & ne aliqua pars reddatur ſuperflua. j. in. ix. art. i. q. ij. col. Et ad hunc effectum extenduntur, vt. j. eo. verſi. xxxvi. de quo etiam. j. in. viij. arti. princ. xx. q. ij. colum.

7 QVARTO eſt aduertendum, an † ſtatutum cõtinẽs idem q̀ ius commune aliquid vtilitatis afferat, in. d. vij. arti. prin. i. q. iiij. colum.

8 QVINTO eſt aduertendum q̀ † ſtatuta debent intelligi vt potius ſint fruſtratoria & nihil operentur, q̃ q̀ aliquis damnum indebitè patiatur in. vij. articu. princ. in. i. q. in. iij. colum.

9 SEXTO † verba ſtatutorum ſunt interpretanda ſecundũ proprium ſignificatum, niſi materia ſubiecta aliud ſuadeat. in. ix. art. prin. iiij. q. in fi. vel cõmunis vſus loquendi per ea quæ dicam. j. in. viiij. art. prin. in. xij. q. pen. col. & alibi ſæpe, & ibi dixi quæ ſit propria ſignificatio.

SEPTIMO † Intellectus ſtatuti non debet refer-10 ri ad imposſibilia ſtatuentibus in. ix. arti. prin. in. ij. q. in. ij. colum.

OCTAVO † temperatur ſtatutum vt ex eo non 11 inſurgat enormis lęſio uel euidens iniquitas. in. ix. arti. princ. i. q. in. vi. colum.

NONO † temperatur et ſtatutum ne ſurgat abſur-12 ditas. l. ſcirè oportet §. aliud. ff. de excu. tuto. l. nam abſurdum. ff. de bo. liber. notat Bal. in. l. omnes populi. in. ix. colum. ff. de iuſt. & iu. & in. l. quicunq. iiij. colum. C. de ſer. fugi. Bar. in. l. nõ dubiũ. C. de legi. & dicam. j. in multis locis incidenter. Et dixit Bar. in. l. ter-13 minato. circa fi. C. de fruc. & lit. expen. q̀ † potius eſt tolleranda ſuperfluitas q̃ q̀ inducatur abſurditas. Et dixit Cuma. conſi. cxxvi. circa med. q̀ ſtatutũ non debet taliter intelligi q̀ ſit iniquum, de quo etiam per eum conſi. cxlvi. circa med. Et ſecundũ Maria. conſi. lxxx-14 iiij. incip. viſa. iij. col. verſi. vi. moueor. talia † ſtatuta, & alia ſunt taliter interpretanda ne posſint à ſapiente repræhendi, vt eſt tex. in. l. ſaluio ariſto. ff. de leg. preſtã. quẽ ad hoc ſæpius ſolebat allegare Bald. q̀ eſſet vbi interpretatio ſonaret in abſurdum vel alienum à veriſimili, vt ibi p Maria. & in cõſi. xiij. inci. in cauſa uertẽte inter dñam Catharinã. col. pen. uer. nec ob. q̀ allegatur. & conſi. cxxi. incip. viſa. ij. col. ver. & ſi dicatur. & vbi contingit ſtatuta reduci ad concordiam debet ea concordia ſumi quæ minori caret abſurditate, vt p do. Barth. ſoci. in cõſi. cxxi. incip. viſa contingentia ij. col. aliàs. iij. i. vol. & dicã in. viij. ar. prin. x. q. vult corn. cõſi. cclxxi. incip. de hac. vi. col. iiij. vol. Ad prędicta etiam facit q̀ conſuluit Cor. cõſi. cxv. incipit. in hac. ii. & iij. co. ij. vol. q̀ nõ ſit ſumenda interpretatio

ꝙ auunculus filiam teſtatoris excludat, nec ꝙ coniun-
ctus viuente matre ſit melioris conditionis ꝙ̄ mater,
quia hoc eſſet abſurdum. Ad idem facit ꝙ conſuluit ip
ſe Cor. conſi. cxxvi. incip. prin. ſi. et. iii. col. ij. vol. de
cuius deciſione dicā. j. loco ſuo, & conſi. xcvii. inci.
15 ꝙ̄ꝙ̄. col. fi. iii. vol. Et † minor abſurditas eſt amplectē
da, vt ꝑ corn. conſi. cexxil. incip. ꝙ̄ꝙ̄. i. col. iii. volu.
puta ꝙ agnata excludat cognatū potius ꝙ̄ ꝙ agnatus
agnatā. Et ſecundum Corn. vbi reſultaret abſurditas ſi
aliqua uerba ad omnia referrentur, putà ꝙ filia per ami
tam excluderetur ſit relatio ſolum ad proxima, ut di-
16 xi. conſi. cclx. incip. allegat. iiii. volu. † nec ſunt ſtatu-
ta iudaice intelligenda, ut per alle. conſi. cxliiii. incipi.
poſt redditum. circa fi. ii. volu.
17 DECIMO † unum ſtatutum eſt intelligendum
ſecundum aliud, vt patet ex his quę dicam. j. in. vij. ar
tic. prin. ij. & iiij. q. in fin. & ex his quæ in propoſito
no. Bal. in. l. i. C. de legi. hære. & Pau. de ca. in conſil.
ccxlv. incip. ſup. i. in. vi. col. in vol. nouorum conſi-
liorum cū concor. traditis ꝑ do. Andr. ſicu. in repe. c.
raynaldus, in. cxxxiij. col. de teſt. & per doc. in vulga
18 ta. l. non eſt nouum. ff. de leg. Et conſequenter † ſtatuta
quæ videntur contraria ſunt ad concordiam reducen-
da vt infrà eodem circa finem.
19 VNDECIMO quæro, an eo caſu quo ſtatuta
ſunt interpretanda ſecundū ius cōmune † ſint interpre-
tanda ſecundū ius ciuile, an verò ſecundum ius cano-
nicum, breuiter dicendum eſt de mente Ioan. andr. in
additio. Spec. in tit. de ſucceſſio. ab inteſta. § i. verſicu.
ſed an filij, & verſic. quia de gradibus cum quo tran-
ſit dominus Bapt. de ſancto ſeue. in repet. l. omnes po-
puli, in. cxviij. colum. in. xvi. q. ff. de iuſt. & iur. & in
l. fi. vbi etiam alij moderni. C. de ſuccedi. ꝙ aut ſumus
in materia canonica, vt in matrimonijs & vſuris, &
tunc ſtatutum intelligitur ſecundum ius canonicum,
aut in materia ciuili vt in ſucceſſionibus, & tunc ſecū
dum ius ciuile, aut in materia indifferenti, vt ſacrilegiū
& periurium, adulterium &c. & tunc aut ſtatutum eſt
conditum in terris eccleſiæ & eſt interpretandum ſecun
dum ſecundum ius canonicum, pro quo facit gl. in. c.
ij. de arbi. in. vi. & tex. in. c. ex literis. vbi domi. Ant.
de bu. de conſti. & ꝙ notat Bal. in. l. i. C. qui bo. cede.
poſ. & in. d. l. fi. & notabiliter in. l. ſi nondum. C. de
fur. facit. c. i. de ope. no. nun. & l. priuilegia. C. de ſa-
cro ſan. ecc. Si verò eſt conditum in terris imperij, &
tunc aut eſt conditum ab epiſcopo & præualet ius cano
ni. pro quo facit quod no. Bald. in. l. ſi quando. C. de
inoff. teſta. & in. d. l. ſi nondum, aut à layco vel po-
pulo laicorum, & tunc interpretandum eſt ſecundum
ius ciuile, vt nos. in locis prędictis, & no. Pet. de anc.
in repe. c. canonum ſtatuta. in. xiiij. q. prin. de conſtitu.
20 quod eſt intelligēdum præterꝗ̄ in gradibus, quia † etiā
in terris eccleſiæ computantur gradus ſecundum ius
ciuile in omni materia, præterꝗ̄ matrimoniali, propter
ea quia computatio canonica eſt impropria & eſt intro
ducta in materia matrimoniali tantum, vt tradunt do-
cto. in. d. l. fi. & dicam. j. in. x. artic. princi. in vlti. q.
Item prædicta procedunt vbi reperitur à lege ciuili in-
terpretatio facta vel à lege canonica, aliàs autem etiam
ſtatuta laycorum à iure canonico recipiēt intellectum,
& econtra. d. c. i. et. ij. de oper. no. nuncia. & in auctē.
vt clerici apud propri. epiſ. in fi. quia leges non dedi-
gnantur ſacros cano. imitari. & econtra vbi non eſt ali
ter expreſſè prouiſum, ita tenuit Maria. in. d. c. ij. poſt
Bart. in extrauagan. ad reprimē. in verſic. per edictum
21 † non tamen ſunt intelligenda ſtatuta ſecūdum ius lon
gobardę, ſecundū Bar. in. c. decedente, in octaua colū.
in fi. verſi. quęro quid de iure longobardo qui feu. da-
re. poſſ. facit quod dixi in ſecundo arti. princ. in fine.
DVODECIMO quæro an diſpoſitio homi-
nis intelligatur & interpretetur in dubio ſecundum di-
ctū ſtatutū, & breuibus cōcludēdū eſt ꝙ ſic, q̄a † in du
22 bio diſpoſitio teſtatoris uel hominis intelligit̄ ſm̄ cōſue
tudinē vel cōſtitutionē ſuæ patrię. l. gallus. § i. & ibi no
tatur. ff. de lib. & poſth. not. Bart. in. l. hæredes mei. §.
cum ita. ff. ad treb. & in. l. iuriſiurandi. § ſi liberi. ff. de
ope. liber. facit. l. ſi duo. vbi Bald. ff. de acqui. hęredi.
& quod no. Bal. in. l. precibus. ver. procedo vlterius,
in. xv. col. C. de impu. & ali. ſub. & Saly. in auctenti.
item hæreditas. C. de bo. quę lib. cum concor. j. allegā
dis, hinc ſecundū Bar. in. d. §. cum ita, qui refert Dyn.
ita conſuluiſſe ſtatuto excludente à ſucceſſione patris,
vel aui filias & neptes extantibus filijs maſculis ſeu ne-
potibus, ſi contingat patrem habentem duos filios il-
los inſtituere, & ab eis hęreditatem relinquere per fidei
commiſſum ſecundum terminos & caſum. d. §. cum ita
ſ. ꝙ ſi vterꝗ ſine liberis deceſſerit hæreditas filiæ ſuæ
vel nepti ex filio prædefuncto reſtituatur, & contingat
vnum filium mori cum filijs, & alium nouiſſimè ſine
liberis, portio vltimi morientis ſine liberis non deue-
niet ad filiam vel neptem ſubſtitutam. Propterea quia
23 † vbi adeſt perſona prædilecta excluditur taliter ſubſti-
tutus. l. pe. ſecundū magis cōmunem intellectum. C.
de impu. & ali. ſub. & maſculus qui ſupereſt ex altero
filio prædefuncto cenſetur prędilectus à teſtatore, ſi-
cut & à ſtatuto cui cenſetur teſtator ſe conformare, &
cum Bar. trāſit Ang. in. d. § cū ita & Cu. & Pau. de ca-
ſtro, in lec. pad. cum vna limitatiōe: niſi filius ultimò
defunctus extraneum hæredem inſtituerit, quia tunc fi-
lia vel neptis admittetur propter voluntatem defuncti
ſubſtituentis, quæ limitatio fuit Nico. mat. & Bal. in
d. l. pe. quā ibi ſequuntur Ful. Pau. de cā. & moderni
& cum Bar. et tranſeunt Alexā. & moderni. in. d. § cū
ita, & Alex. in conſi. cxxvij. incip. viſo teſtamento di-
cti Ioan. primo voluminis repetito in conſil. xv. quarto
vol. & Fran. de are. in conſi. i. iij. col. & hæc eſt veri-
tas, licet Pau. de ca. in. d. § cū ita, in lec. bono. et Imo.
24 aliter ſenſerint vt ibi per eos. Et † ſi ſtatutū præferat ma
ſculos fœminis, inſtitutio vel ſubſtitutio facta de libe-
ris vel de maſculis & fœminis intelligetur ſecundum
ſtatutū ꝙ fœminę poſt maſculos admittantur, per ea
quæ dixit Bar. in. d. §. cum ita. cū concor. de quibus ꝑ
Soci. qui ita tenet in conſi. cclxxx. incipi. conſiderata,
25 in fi. & cxiij. inci. cōſti. ij. col. i. vol. Itē † quādo quis
prohiberet bona alienari, quia voluit peruenire ad po
ſteros & ſucceſſores, quia intelligetur de maſculis quā-
do per ſtatutū fœminis pręferuntur, vt per Cor. conſi.
lv. incip. pro deciſione. ante fi. i. vol. poſt Ant. de bu.
& And. de iſer. quos refert, & ipſe Corn. cōſi. cxlv. in
26 fi. eō. vol. Hinc ēt ſequitur ꝙ † ſtatuto excludente filias
à ſucceſſione patris extantibus filijs maſculis & man-
dantè illas dotari, vel excludente ſorores à ſucceſſione
fratris extantibus fratribus, ſi teſtator non extraneus
ſed pater vel frater ſimpliciter inſtituat filios vel fratres
non intelligentur filię inſtitutę ſeu ſorores, nec maſculi-
num concipiet fœmininum, licet aliàs filij appellatione
etiam filia contineatur. l. ſi quis ita. ff. de teſt. tut. et. l.
ſi ita ſcriptū. ff. de leg. ij. licet ēt contineatur fratris ap-
pellatione ſoror. l. tres fratres, cum ibi traditis. ff. de
pac. & l. lucius. § quæſitum. ff. de leg. iii. Sequitur cor
neus conſi. lv. col. fi. i. vol. & cxcvij. incip. circa. iij.
col. i. vol. Et ita tenuit Pet. de anc. in. d. l. tres fratres,
in ſuis reportatis vbi dicit ſe ita conſuluiſſe, qui ita
conſuluit in conſi. ccccxiij. ſecundum numerū aliquo-
rum, &

rum,& idem tenuit ipſe Pet.de anch.in.l.ſed ſi hac§.
liberos.ff.de inius voc.ſequitur Imo.in.c.potuit in
vltimis verbis extra loca.& in.l.ſi.ff.de condi. &
demon.Barba.in repe.c.raynaldus,in.lxxxvij.colũ.
de teſt.& in rub.C.qui admit.in.xcvij.col.& in.c.in
præſentia,in.lxvi.colum.de probat. Alexan.in.d.l.
gallus.§.i.& in conſi.cxxvij.incip.viſo teſtamento di
cti Ioannis primo volumine,& in conſil.vi.tertia co
lum.tertio.volu.do.præceptor meus in.d.l.tres fra
tres,in.ij.columna in.vi.limitatione, & in repe.l.
omnes populi,in.vij.colum.ff.de iuſt.& iur.& in.l.
ſi quis id quod,in quarta colum.in.viij.limi.ff.de iu
riſdi.om.iud. cum concor.de quibus per dominum
præpoſitum in arbore affi.poſito poſt titu.de conſan.
27 & affi.in.xvi.colũ.vbi dicit & benè,†quòd ſtante tã
li ſtatuto præferente agnatos maſculos fœminis, agna
torum appellatione in diſpoſitione teſtatoris non ve
nient fœminæ agnatæ.Et prædicta procedunt ſecundũ
Pet.de anch.in.d.l.tres fratres,& modernos in locis
allegatis quando teſtator erat de perſonis à quarũ ſuc
ceſſione filiæ propter maſculos excluduntur, cui ab
inteſtato fœminæ de iure communi ſuccedunt & non
penitus extraneus.Ex his impugnatur deciſio notabi
28 lis clariſſimi domini Barto.ſoci.in.l.gallus.§.i.in.v.
ſeu.vi.col.ff.de li.& poſth.dum†voluit ſtante ſtatu
to prædicto q inſtitutio facta de fratre & eius filiis,
intelligatur facta ordine ſucceſſiuo vt primò inuitetur
frater,demũ eius filii maſculi,tertio fœminæ per no.
per Bar.in.d.§.i.& per tex.in.l.ſi.C.de ver.ſign.& in
l.cum ita.§.in fideicommiſſo,& in.l.peto.§.fratre.ff.
de leg.ij.Nam ſecundum prædicta,ſub nomine filio
rum vel fratrum nullo modo comprehendentur filiæ
vel ſorores,& ſi fiat ſubſtitutio fideicommiſſaria ali
cui ſi decedat ſine liberis ſeu filijs,licet aliàs vnica tan
tùm filia ſuperexiſtens excludat ſubſtitutum.l.i.C.
de condi.inſer.l.iubemus.§.cum autem.C.ad treb.l.
non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſigni.tamen ſtante ſtatu
to prædicto filia non excludet ſubſtitutum qui ſit de
maſculis à ſtatuto in ſucceſſione filiabus prælatis, nec
talis filia continebitur appellatione liberorum vel fi
liorum ſm Pau.de ca.in conſi.lxxix.incip.caſus iſte
frequenter contingit,in volumine antiquorum conſi
liorum ſm primã impreſſionem,& Alex.in.d.§.cum
ita,in.viij.col.& in.d.conſi.cxxvij.& do.Andr.ſi
cu.in.d.repe.c.raynaldus,in.lxxxvii.col. & in re
pe.d.l.cum acutiſſimi in fine commen.C.de fideicõ.
& ita conſultus ſæpe reſpondi, quæ deciſio maximè
procedit quando filiæ propriæ teſtatoris non ſunt in
ſtitutę ne contingat teſtatorem neptes proprijs filiabus
præferre,contra.l.ſi viua matre.C.de bon.mater. &
quod in propoſito infrà proxi.dicam in verſic. iuxta
prædicta,quam deciſionem limitat dominus Franc.
Curt.in conſi.lxiij.incipien.antiquiſſima,in.xiiij.co
lum.cum ſeq.verſi.& cum apponebatur,& ver.ter
tio corroborando vt ibi per eum.Et ſm prædicta col
29 ligitur†limitatio ad.l.cum auus.ff.de condi.& de
mon.&.d.l.cum acutiſſimi.C.de fideicom.quæ iu
ra volunt q qui ſubſtituitur per fideicommiſſum filio
vel nepoti,ita demum ſit locus ſubſtitutioni,ſi talis fi
lius vel nepos decedat ſine filijs maſculis uel fœminis.
Nam vbi adeſſet ſtatutum prædictum nõ ſufficeret ad
excluſionem ſubſtituti,q is cui facta fuit ſubſtitutio de
cederet cum filiabus ſeu neptibus fœminis, quod eſt
intelligendum ſi ſubſtitutus ſit de perſonis vigore ſta
tuti fœminas excludentibus ſecundum Pau.de ca. in
conſil.prænalleg.& Io.de monte ſparolo in.d.l.cum
acutiſſimi.Et Corneum in conſilijs ſuprà allegatis, et
latè in conſil.cxx.incip.quod filia cui ſe ſubſcripſit.
ij.volumi.& conſilio.cxxxi.inci.præmittendum.ij.
colum.ij.volumi.vbi etiam adducit illud quod dici
tur de naturalibus ad ſucceſſionem per ſtatutum ad
miſſis q faciant deficere conditionem ſi ſine liberis de
ceſſerit & excludant ſubſtitutum & ſecundum domi
num Ioan.bertachinum in.l.generaliter.§.cum autem
C.de inſti.& ſubſti.prout dicit do.Bart.ſoci.in.d.§.cũ
ita,in pe.colum.& in repe.l.cum auus,in.lvij.col.
in.vij.q.vbi contra prædicta ſubtiliter inſurgit & di
cit ſe conſulendo attentaſſe contrariam ſententiam.ſ.
q non obſtante ſtatuto filia vel neptis faciat ceſſare cõ
ditionem & excludat ſubſtitutum, prout apparet in
eius conſil.clxxxij.incip.licet.Mouetur primo quia ſi
ue dicamus illam conditionem ſi ſine liberis deceſſerit
fuiſſe appoſitam expreſsè,ſiuè ſubintelligi & haberi p
expreſſa non habemus conſiderare, an comprehenſus
30 in tali conditione ſit ſucceſſibilis,†quia in cõditioni
bus merum factum attenditur.l.meuius,&.l.qui hæ
redi,in prin.ff.de condi.& demon.& tenent Saly. &
Ful.in.d.l.i.C.de condi.inſer.& eſt tex.in.l.filiusfa.
§.cum quis.ff.de le.i.quem aliàs conſulendo in ſimili
bus terminis adduxi,vbi Cu.ita videtur affirmare de
mero iure.Eſt enim poſſibile ſm Cu.repudiãtibus ma
ſculis fœminas ſuccedere,quo caſu non habentur pro
pœnitus excluſis.Ita vt non obſtet quod notant Bar.
& doc.in.d.§.cum quis,dum volunt liberos qui om
ninò ſunt incapaces tam ex teſtamento q̃ ab inteſtato
prout ſunt deportati non facere deficere talem condi
tionem,de quo etiam per Ange.& Imol.in.l.lucius.
la.ij.ff.de hære.inſti.ſubdit tamen Cu.de æquitate ſe
cus eſſe,maximè in caſu talis conditionis ſubintelle
ctę iuxta.d.l.cum auus,&.d.l.cum acutiſſimi,vt ſci
licet intelligatur conditio complecti liberos qui verè
ſint hæredes,attenta maximè mente legis,quę eſt funda
ta in prædilectione & in effectuali ſucceſſione prædile
cti.Secundò pro ſua conſideratione adduxit.d.Bar
tholo.ſoci.quia videmus naturalem tantùm facere de
ficere talem conditionem & excludere ſubſtitutum,ni
ſi qualitas perſonę teſtatoris repugnet,ſecundum ple
nè tradita in.d.c.cum autem,& in.l.ex facto.§.ſi quis
rogatus.ff.ad treb.ergo multo magis excludet ſubſti
tutam fœminam,quæ ſi cum naturali concurreret il
li præferretur per no.per Bald.in.l.cum acutiſſimi,
iunctis his quæ dicam infrà in.xij.arti.princ.in.iij.q.
& quæ filia debet à patre de neceſſitate dotari.l.fin.C.
de dot.promiſ.quę dotes ſecundum eum non debet
eſſe minores legitima,de quo dicam infrà in nono arti
31 culo princip.in.i.q.cum†naturalis ex teſtamento ni
hil conſequatur ſi nihil ei relinquatur,& teſtamentum
non impugnet & ab inteſtato extantibus filijs legitimis
non ſuccedat,& illis non exiſtentibus ſuccedat ſolum
in duabus vncijs auct.licet.C.de nat.li.&.l.prima.§.
primo.ff.de contratab.ita vt plus habeat filia à ſtatu
to excluſa q̃ ex teſtamento vel ſi ei relinquatur non di
citur excluſa vt dicam infrà in.viij.articulo princip.
32 in.vi.quęſtione,vnde ſecundum eum ſicut†intentio
ſtatuentiũ non fuit excludere filias ex teſtamento,ita ne
fuit eorũ intentionis q filiæ poſitæ in illa conditione ſi
ſine liberis quis deceſſerit,facerent locum non eſſe fi
deicommiſſo,& maximè ad finem vt in relictis quo
rum eſſent capaces poſſent ſuccedere,ad notata p Bart.
in.d.§.cum ita quæ ſupra retuli reſpondet dñs Bart. q
non faciunt contra iſtam ſuam conſiderationem,quia
loquuntur de perſona prælata à ſtatuto quę non eſt po
ſita in conditione aliqua, quæ ex tacità mente defun
cti excludat ſubſtitutũ,quo caſu neceſſe eſt illam ſuc

cedere & aliter non excludit ſecundum Nic. de ma.
Bald. fulgo. Paul. de ca. & Modernos in. d. l. pe. C.
de impu. & aliis ſubſti. & ſuprà dixi, ſed in propoſito
non tractatur ſimpliciter de perſona quæ ex præſum-
pta mente defuncti vellet excludere ſubſtitutum, ſed
etiam quando eſt poſita in conditione, quo caſu licet
nõ ſuccedat excludit illum ſubſtitutum. d. § cum quis.
propter quæ fundamenta licet ipſe dominus Bartho-
lomeus relinquat cogitandum, tamen ſuadet non re-
cedi à communi ſententia quam ſuprà tenui, ſed eſt ad-
uertendum quia licet fundamenta domini Bartol. ſint
ſubtilia, tamen non multum obſtant communi ſenten
33 tiæ, † quia præſupponimus ſubſtitutam eſſe perſonam
ſub conditione illa ſi quis ſine liberis deceſſerit, quæ
præferatur per ſtatutum fœminę, quę poſſet ſub illa cõ
ditione contineri. quo caſu conſiderandum eſt ꝙ licet
teſtator per illa uerba ſi quis ſine liberis deceſſerit non
intendat præciſè vocare ex teſtamento liberos inſtitu-
ti, tamen intendit præferri illos ſubſtituto in ipſa hære
ditate quaſi per mortem inſtituti illi poſiti ſub illa con
ditione tanꝗ proximiores in gradu ſuccedendi poſ-
ſint hæreditatem habere, & ita loquitur. l. lucius, la.
ij. ff. de hæredi. inſti. & ibi notatur & notat glo. & ibi
dem Barto. in. d. § cum quis, quod eſt intelligendum
niſi inſtitutus de bonis diſpoſuiſſet quem conſtat fuiſ
ſe ſuis propriis filiis à teſtatore ſubſtituente prælatũ &
prædilectum, & ita eſt intelligendus. d. § cum quis, dũ
dicit non eſſe neceſſe ꝙ poſitus in tali conditione ſit
hæres, quaſi ſufficiat & neceſſaria ſit habilitas ſuccedẽ
34 di prout ibi notant Bartol. & doct. dum dicunt † de-
portatum quia non eſt habilis ad ſuccedendum non
facere deficere talem conditionem vnde concluden-
dum eſt ꝙ fauore liberorum talis conditio ſubintelli-
gitur iuxta. d. l. cum auus, &. d. l. cum acutiſſimi, uel
expreſſa cenſetur iuxta. d. l. lucius, ꝗuis vt dicit Bart.
in. d. § cum quis, aliqui teneant oppoſitum, nunc in ꝓ
poſito vel volumus dicere ꝙ adſint alij agnati maſcu
li, qui per ſtatutum fœminam excludant præter agna-
tum ſubſtitutum, & fœmina venire non poteſt niſi
omnibus agnatis repudiantibus & conſequenter re-
pudiante ſubſtituto, cum mulier cui agnati præferun-
tur non teneat primum locum in ſuccedendo, uel vo-
lumus dicere ꝙ adſit ſolus agnatus ſubſtitutus, &
tunc idem eſt quia fœmina venire non poteſt obſtante
ſtatuto, niſi ſubſtitutus repudiet, quo caſu ex repudia
tione euaneſcit ſubſtitutio, & ſic omni caſu non po-
teſt dici mulier ex illa conditione ſubintellecta vel ex
preſſa comprehendi eo prætextu, ꝙ poſſit eſſe habilis
ad ſuccedendum maſculo repudiante quaſi tunc ſub-
ſit eius fauor ꝙ in conditione comprehendatur, quo-
niam quia tunc ſubſtitutus ex ſua repudiatione exclu-
deretur fruſtra quæreretur de excluſione ex defectu cõ-
ditionis propter ſuperexiſtentiam liberorum fœmini-
ni ſexus, & ſicut nõ potuit teſtator cogitare ꝙ filiæ ab
inteſtato à ſubſtituito excluſę ſuccederent, ita nec hoc
præſumitur cogitaſſe, arg. l. pe. § ſi vir uxori. ff. de acq.
35 poſ. & propterea † neceſſariò inſurgit ꝙ teſtator præſu
matur ſe conformaſſe voluntati ſtatuti. Prædicta con
36 cluſio limitanda eſt niſi † fœmina inſtituatur per graua
tum, quia tunc eſt habilis ad ſuccedendum ſm no. ꝑ
Barto. in. d § cum quis. dum dicit ꝙ quando quis de-
cedit cum liberis inſtitutis qui poſſunt eſſe hæredes, ſi
volunt tales liberi faciunt deficere conditionem præ-
dictam. Nam vt dicam infrà in octauo articulo prin
37 cipa. in ſexta quæſtio. † ſtatuta excludentia fœminas à
ſucceſſione in dubio non intelliguntur de ſucceſſio-
ne ex teſtamento delata, immò filia inſtituta pro ea par

te cenſetur ſua ſecundum aliquos, de quo dicam infra
in. x. articulo princip. in tertia quæſtione, & ita tenuit
dominus Barthol. ſoc. in repetitione. d. l. cum auus,
in loco præal. in. lviij. co. dicẽs ꝙ ita ſe habebat factũ
in caſu in quo conſuluit. Sicut enim ſtatutum non in
tendit excludere fœminam à ſucceſſione teſtati, ita te-
38 ſtator cuius † diſpoſitio cenſetur conformis diſpoſi-
tioni ſtatuti in deferendo fideicommiſſum ſub condi-
tio. ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis, cenſetur de filia-
bus cogitaſſe in caſu quo ſucedere poſſent. propter ꝙ
non obſtat ſi diceretur ꝙ hoc caſu facto grauati face-
rent deficere fideicommiſſum. quod uidetur inconue-
niens, argu. l. ſi ita quis. § fina. ff. de le. ij. & l. fideicõ-
miſſum. ff. de condi. & demon. & per tex. in auct. niſi
rogati. C. ad treb. & in corpore vnde ſumitur arguen
39 do à ſpeciali dum ibi † eſt ſpeciale fauore religionis vt
grauatus ſuo facto faciat deficere fideicõmiſſum, qua
ſi in contrarium ſit ius commune, quia vt dixi teſta-
tor uidetur ſe conformaſſe. diſpoſitioni ſtatuti, ita vt
nõ magis ex facto grauati, ꝗ voluntate teſtatoris defi
ciat fideicommiſſum. cum videatur teſtator limitatiuè
ſenſiſſe de fœminis quę vigore ſtatuti non ſuccedunt,
40 † & limitata cauſa limitatum parit effectum. l. in agris
ff. de acquir. re. do. l. cancellauerat. ff. de his quib. vt
indig. In caſu enim in quo fœminæ non excluduntur
41 à ſtatuto † ceſſat ratio, propter quam non cenſeantur
poſitę in conditione, & conſequenter debet ceſſare di-
ſpoſitio. l. adigere § quãuis. ff. de iurepa. & c. cum ceſ
ſante, de appel. & ſi contingeret fœminam pro parte à
grauato hęredem inſtitui, vel ei certũ quid relinqui di-
xit. d. Bartholomeus in loco prælegato ꝙ pro ea tñ
tũm parte faceret deficere fideicommiſſum arguendo
de toto ad partem, argumẽ. l. quæ de tota. ff. de rei vẽ
di. quod dictum non habeo pro indubitato, tum quia
diſpoſitio teſtatoris diuidi non debet. l. cum qui, in
fin. ff. de his quib. vt indi. nec debet cenſeri difformis.
l. iam hoc iure. ff. de vul. & pup. tum quia condito te-
ſtamento filia magis facto teſtatoris excluditur ꝗ ex
diſpoſitione ſtatuti quod condito teſtamento non lo
tur vt dictum eſt, & qñ cõtingit quem excludi facto te
ſtatoris, tunc bene cõprehenditur ſub illa conditione
ſi ſine liberis quis deceſſerit ſm Bar. in. d. § cũ quis, niſi
42 dicamus ꝙ † cauſa teſtati recipit fomentum à poteſtate
ſtatuti ab inteſtato excludentis, per ea quæ dicam infrà
in nono articulo principa. prima quæſtione. & in. xi.
articulo principa. in ſecunda & tertia quæſtione. For
tius arguit dominus Philip. corneus in. d. conſil. cxc-
viij. incipien. circa primum. primo volumine, quòd
non ſemper teſtator cenſeatur ſe conformare volunta
ti legis vel ſtatuti, ut ibi per eum, qui multa iura ad hoc
inducit. Et loquitur in eo qui diſpoſuit quòd fi-
liæ debeant dotari, an intelligatur ſecundum teno-
rem ſtatuti, qui eis excluſis à ſucceſſione mandat il-
las dotari & ſpecificat per quos. Iuxta prædicta di
cebam in quæſtione, facti vertente in hac ciuitate Aſt.
in qua conſuluerunt multi ex præſtantioribus docto-
ribus Italiæ, quòd licet ſit magna altercatio & diffi-
43 cultas inter doctores, † an quando filiæ teſtatoris
ſunt inſtitutæ in re certa & filius maſculus eſt vniuer
ſalis hæres inſtitutus, & facta eſt ſubſtitutio filio ma
ſculo ſi ſine liberis deceſſerit, neptis ex filio faciat de-
ficere fideicommiſſum iuxta. d. l. primã. C. de condi-
tio. inſer. & d. l. non eſt ſine liberis, & d. l. iubemus.
§ cum autem. C. ad trebellian. ne præſumatur teſtator
prædiligere talem neptem propriis filiabus contra.
l. ſi viua matre. verſi. ꝙ ſi nepotes. C. de bo. ma. vt ꝑ
Pau. de ca. & Ful. in. d. l. i. & in cõſi. præal. & in cõſ.

cccLxxvij. incipiente, viſo dicto teſtamento, in volu-
mi. antiquorum conſiliorum ſecundum primam im-
preſſionem, & Alexan. in dicto §. cum ita, & domi.
Andre. ſicu. in conſilio quinquageſimoſecundo, in-
ſerto inter conſilia, Alexan. in quarto volumine & la
tè per domi. Franc. cur. in conſilio. lxiij. incipien. anti
quiſſima & nobiliſſima maximè, in. xiij. colum. cum
duobus ſequenti. vbi refert domi. Baptiſta. de ſancto
ſeue. in. l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu. & ſub-
ſtitu. ſub conditio. factis, & latius per dominũ narto.
ſoci. in repe. d. l. cum auus, in. iij. queſtio. vbi refert cõ
ſiliũ Pau. de caſtro. quod incipit. viſis & diligẽter
examinatis quod non habetur in impreſſis. Tamen
ſtante ſtatuto aſſen. quòd mulier maritata vel quæ
olim fuerit maritata non ſuccedat in bonis paternis,
vel maternis extantibus fratribus vel filijs fratrum, ſi
tales filię forent maritatę, neptis non maritata faciet
deficere fideicommiſſum, non obſtante quòd cẽſea-
tur melioris cõditionis, quàm filiæ proprię teſtatoris, pro
pterea quia teſtator præſumitur ſe voluiſſe confor-
44 mare voluntati ſtatuti † quod prædiligit & præ-
fert non maritatas maritatis, per ea quæ tenuit Pau.
de caſtro in dicto conſilio. lxxix. & Barba. in repe. di-
ctæ. l. cum acutiſſimi, in fine commenti. faciunt quæ
dixit dominus Franc. cur. cuius ſcripta poſtea ſuper-
uenerunt in conſilio. lj. incipien. ſuper teſtamentis, in
iiij. & v. col. & in conſi. xliiii. incip. ſtatuto ſeu con-
ſuetudine, maximè in. iij. & xiij. ſeu. xij. col. cum con
cor. ſ. allegatis, maximè in verſi. & ſi fiat, quod maxi
me verum eſt quando talis filia maritata eſſet dotata
vel in re certa inſtituta, vt dixi in caſu, quia tunc nõ di
ceretur neptis omnino melioris conditionis, ſecundũ
Pau. de caſt. in. l. filiusfa. §. cum quis in lectura nono.
ff. de legatis primò, cum quo tranſit do. Franc. curt.
in dicto conſilio. lxiij. in. xiij. colum. ver. tertio corro
45 borando. Aduertẽdum tamen eſt quia † ſi ſtatutũ non
poteſt referri ad perſonam aui nec ad eius ſucceſſionẽ
iſta conſideratio non quadrat, per ea quę. ſ. ea. q. ij. co
lum. ver. & ſm pręDicta. Et ita dixi in facto circa ſtatu
ta alterius loci. Inſuper ad comprobationem eorum
quæ principaliter in hac queſtio. dicuntur, facit quod
dixit Anto. de but. in conſi. i. incipi. viſo puncto, &
46 queſitis in primo dubio vbi voluit quòd † licet po-
ſterorum & deſcendentium appellatiõe veniant ita fœ
minę ſicut maſculi. l. cognoſcere. §. i. ff. de verborum
ſig. l. i. ff. de iure immu. tamen ſtãte ſtatuto quòd extã
tibus maſculis fœminę non ſuccedant appellatiõe de-
ſcendentium vel poſterorum non veniẽt fœminę extã-
tibus maſculis, nec maſculi ex fœminis deſcendentes
vult domi. Iaſon in. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſ. om.
iudicum. Item facit quod dixit Ioan. de imo. in. l. fin.
ff. de condi. & demonſtra. cum quo tranſit Alexan. in
47 dicto. §. cum ita in. viij. colum. quòd ſi teſtator † graua
uit filium ſuum ſub conditione ſi deceſſerit antequam
poſſit adminiſtrare, quòd licet de iure intelligatur an-
te. xxv. annum. d. l. ſi. cum glo. tamen ſi ex forma ſta-
tuti filij viginti annorum poſſunt adminiſtrare videbi
tur teſtator ſenſiſſe de illis vt excludant ſubſtitutum,
& dixit do. And. ſicul. in. c. in pręſentia in. lxvij. col.
48 de proba. quòd † ſtatuto diſponente quòd filij ſpurij
ſeu naturales ſuccedant ſicut & legitimi, teſtator lo-
quendo de filijs, ita videtur ſenſiſſe de naturalibus
tantùm, ſicut de naturalibus & legitimis, quia præ-
dictæ illationes fiunt circa vltimas voluntates, idem
49 etiam eſt dicendũ in ſtatutis, quia † eorum diſpoſitio in
telligitur loqui de iure ſtatutario ita vt ſi ſtatutum diſ-
ponat teſtamentum in quo non relinquitur integra le-
gitima filio eſſe ipſo iure nullum, intelligatur de legiti-
ma per ſtatutum introducta ſecundum Bald. in. l. ma
ximum vitium. iiij. col. ver. vlterius quæritur. C. de
liber. pręteri. & dicam. ĩ. in arti. x. in. queſtio. quar-
50 ta, & alibi in hoc tractatu, & idem eſt in † contracti
bus & in actibus inter viuos, vt videantur facti iuxta
diſpoſitionem & conformitatem ſtatutorum vel con
ſuetudinum patriæ, ita quòd ſi conceſſa ſit emphy-
teoſis pro ſe & filijs maſculis, & fœminis quando ad-
eſt tale ſtatutum, vocabuntur fœminæ poſt maſcu-
los, vt latè dicam infrà in octauo articulo principa.
in vigeſimaſecunda quæſtio. ſequitur Corneus, di-
cto conſilio. cxxxi. incipien. præmittendum, ſecunda
columna. ij. volumi. & nonageſimoquinto, incipien.
diu. ſecunda colum. eodem volumine. Ideo ſecundũ
Baldum in. l. prima in fine commen. ff. ſoluto matri-
monio, in quocunq; loco fiat contractus ſemper ius
commune vel ſtatutum ſi adſit ineſſe videtur, vult Al-
beri. conſilio ſecundo in princi. iij. volu. dicens quòd etiã
51 in † contractibus verba in dubio ſunt interpretanda ſe
cundum mentem iuris & ſtatutorum per. l. ſi ſtipula-
tus, in prin. ff. de vſur. & idem Alex. in. l. poſt dotem
in fi. commen. ff. ſoluto matrimonio, per. l. quæro. §.
inter locatorem. ff. loca. & l. quidã cum filium. ff. de
verborum obligationibus, vult Bar. in lege ut iuriſiu
randi. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. facit ad pręDicta quòd dixit
Bald. in lege fina. C. ad legem falcidiam, de eo qui pro
mittit legatum vel dotem reddere vt intelligatur pro-
mittere iuxta legis & ſtatutorum diſpoſitionem, ideſt
ſalua detractione falcidiæ ac ſaluo lucro dotis, quãdo
extat ſtatutum quòd ſoluto matrimonio ſine liberis
maritus lucretur tertiam partem dotis. not. Alexã. in
l. poſt dotem in fi. commen. ff. ſolu. matrimonio, &
ſi prouincia aliqua habeat conſuetudinem alienan-
di feuda, hoc intelligitur ſaluo iure quòd dominus
vel agnati præferantur in habendo pro illo precio, ni-
ſi tempore excludantur vt notatur in. c. i. §. porro. vbi
moderni qua. olim feud. po. alie. & idem in ſtatuto p
mittente ſecundum Bal. ibi, & dixit Bal. in. l. ex facto
in principio. quarti notabilis. ff. de vulga. & pu. quòd in
dubio mens principis preſumitur eſſe talis qualis de iu
re debet, dixit etiam Bald. in prælud. feu. circa. vij. co-
lum. quòd princeps in dubio non cenſetur velle cõce-
dere non concedenda de iure, & generaliter quòd verba
in dubio ſint intelligenda ſecundum mentem iuris, &
ſtatutorum notat Alexander conſi. lx. in. iij. volu.
52 & xlvij. & cxiij. & xiiij. eo. vol. † Sic etiã videmus
quòd pactum quòd filia ſuccedat in feũdo intelligitur deficiẽ
tibus maſculis, vt interpretetur ſecundum naturã feu-
dorum. c. i. §. hoc quoq;, & ibi notatur de ſuc. feud. &
quod tradi ſolet in capi. i. §. & quia, qui feu. da. poſſ.
& dixit Andre. de iſer. in. c. l. in qui. cau. feu. amit. quòd
ſi quis ſimpliciter accipiat feudum pro ſe & non dicat
pro filijs, & extet conſuetudo quòd accipiat etiã pro
filijs, nihilominus intelligetur pro ſe & filijs conceſ-
53 ſum, ſic etiam † pactum de non petendo feudum ab
hęrede intelligitur ſecundum naturam feudorum de hę
rede maſculo. c. ſi. & ibi notatur, maximè per Alua.
ſi de feu. fue. cõtro. & c. i. ver. proles enim, de gradi.
ſuc. in feu. facit ad prædicta quod notat Bald. in lege
fina. C. de ſuis & legi. & in lege liberti libertęq;, in pe-
nul. colum. verſi. queritur de eo. C. de ope. libe. dum
dicit feudum pręſcriptũ in ſe non cõtinere niſi id quod
eſt à iure vel conſuetudine diffinitum. Ad pręDicta fa
cit quod dixit Bal. in addi. Specu. in titu. de loc. quòd
54 † ſi ſit conſuetudo eccleſiæ vt cõcedatur emphyteoſis
vſq; in tertiam generationem, emphyteoſis ſimplici-

ter conceſſa intelligetur conceſſa vſque in illam ge-
nerationem. Ad idem facit quod dixit Bald. in lege
fideicommiſſa.§ ſi ſeruo.ff.de legatis tertiò dum dixit
55 quòd. † ſi beneficium non ſolet concedi clericis ſecu
laribus, ſed religioſis, & papa ſuo proprio motu
concedat tale beneficium clerico ſeculari non valeat
collatio, quia papa præſumitur velle & cogitare id
quod eſt conſuetum in tali beneficio, ſic & quando
non exprimit certa quantitas intelligitur de ea quæ
ſolet præſtari lege excepto.C.locati. ſic & in ſer-
uitute intelligitur comprehenſum quod de conſuetu-
dine fieri ſolet.l.ſi prius.§. placuit.ff. de aqua pluui.
arcenda, per quem textum, dixit ibi Bartolus, &
docto.ꝙ. † contractus in dubio debet intelligi ſecun
56 dum conſuetudinem factus.& ꝙ in inſtrumentis de-
bent poni omnia quæ ex conſuetudine veniũt.& no.
Barto.in.l.ex ea parte.ff.de verb. obliga.& Bald.in
l.fi.per illum tex.C.de fideiuſ.& dominus præceptor
meus latè in.l.fi.in.x.notabili.in.clxxx.col.C.de iu
re emphy.& do.Felyn.in.c.cum.M.ferrarien.in.ij.
&.iij.colum.de conſti.vbi tangit de clauſulis conſue
tis tam in contractibus & reſcriptis ꝙ in alia diſpoſi-
tione, pro quo facit.l.quod ſi nolit.§.qui aſſidua.ff.
de ædi.edi.&.l.domini prædiorũ.C.de agri.& cenſi.
&.l.ita demũ.ff.de arbi.&.l.ſi quis reum.C.de cu
ſto.reo,&.l.ſi finita,in prin.ff.de ædi.edic.& ꝙ no.
Barto.in.l.de quibus.in.vi.col.in fi.cum ſeq.ff.de le
gi.& dixit Bald.in.l.ij.de condi.ob cau.ꝙ id quod
eſt conſuetum intelligitur deductum in pactum, & di
xit Bar.in.d.l.domini prędiorum.ꝙ ſi ſit cõſuetudo
in patria vt conductor in omni feſto natiuitatis tene-
tur domino prędii dare vnum par caponum, quòd ad
hanc præſtationem tenebitur conductor, qui accepit
prædium ſub præſtatione frumenti, & quanti.tempo-
ris debeat eſſe iſta conſuetudo.no.in.d.l.domini præ
diorum, & ibi eſt glo.& no.Bar.in.l.labeo.ff.de ſup-
pel.leg.& Franc.de are.in conſi.xi.in fin. vbi tangit
† an ſi ex conſuetudine præſcripta ſit aliquid ſolitũ po
57 ni in inſtrumentis, & ſtetur per annum ꝙ non appona
tur ſit derogatum conſuetudini, & ibi etiam dicit an
procurator poſſit apponere clauſas ſolitas de quibus
non habuit ſpeciale mandatum. Ad prædicta etiam fa
cit tex.in.c.quod tranſlationem, de offi.deleg. vbi le-
gatus de latere ſimpliciter conſtitutus, videtur cum ea
poteſtate conſtitutus quam communiter ſoluerunt ha
bere legati, ſic etiam dicimus intelligi exceptuatas per-
ſonas quæ à iure vel conſuetudine ſunt exceptuatę, vt
not.Saly.in.d.l.fi.& ibidem, dominus præce.meus
in decimo notabili, in.clxxx.colum.C.de iure emphy
teo.& quilibet præſumitur eſſe talis, qualis eſt ſua pa-
tria.d.l.ꝙ ſi nolit §.ſi mancipium, & no.Bar.in tract.
de guel.& gebel.† quandoq; autem ipſius diſponẽtia
58 conſuetudo attenditur.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.cũ con
cor.per gl.allegatis.ff.de leg.primo, facit.c.cũ inter.
de excep.&.c.ꝗ graui.de cri.falſi cum ſimi.& ꝙ de-
beat in omni materia fieri interpretatio iuxta conſueta
latè Fely.in.c.ex literis.v.co.ver.ſeptima declaratio
cum multis ſeq.de reſcri.& latius per.d.Iaſ.in.l.cer
ti condictio.§.ſi nummos.iij.col.cum.ij.ſeq.ff.ſi cer-
tum pet.† Sic etiam in iudicijs, quia petens quartam
59 intelligitur de ea quæ debetur conſuetudine vel ſtatuto
Inno.in.c.certificari, prima colũ.de ſepul.Pau.de ca
ſtro,in.l.fi.ff.de iuſti.& iur.Alex.in.l.ſocietatis.§.ar-
bitrorũ.ff.pro ſoc.Cepol.in.l.nominis §.verbum.ff.
de ver.ſig.ſimile in reſcriptis, vt in ca.cauſam quę, de
reſcrip.cum ibi latè notatis. Ex prædictis colligitur
veritas deciſionis illius quæſtionis quam format pal.

in.l.quicunq; in.iij.col.ver.ſed pone ſtatuto cauetur.
C.de ſer.fug.vbi quærit, an ſtante ſtatuto ꝙ frater ex-
cludat ſororem à ſucceſſione patris ſaluo ꝙ debeat do
tari, ſi pater inſtituerit filios & filias in eo quod ſibi de
iure ſpectat, intelligatur inſtituta pro æquali portione
cum maſculis attenta diſpoſitione iuris communis, an
verò in dotibus tantùm attento tenore ſtatuti, & li-
cet Bal.ibi tenuerit ꝙ intelligatur inſtituta in virili por
quaſi foret opus noua diſpoſitione, ſed ad cautellam
vt tolleretur omnis dubitatio, circa quem punctum
123 † de extenſione æquiparatorum continget alibi in præ
ſenti materia ſępius dicere maximè in ſexto articulo
princip.in quarto membro in vigeſimaſexta quæſtio.
& dixi ſuprà eo. in.xxiiij.quæſtone, ad.l. primam §.
interdum.ff.de legi.tut. Reſpondetue quòd illud eſt
odio patroni dolum committentis vt ſentiat onus
tutellę, & non commodum ſucceſsionis, & retenta
hac opinione pro vera quam puto tenendam illam li-
mitat saly.in dicta aucten.matri.& auię in nona. q.
tertia colum.C.quando muli.tutel. offi. fungi poſ.
cum quo tranſit Alex.in conſilio.cx.incipien.viſo ſta
tut.iij.volum. Et Corneus conſil.cx.incipien.quod
124 licet.iij.volumine, vt non procedat in† ſtatuto exclu
dente matrem à ſucceſsione filij propter agnatos, quia
non eo minus intelligetue excludi à tutella propterea,
quia de iure communi tutella non defertue matri prę-
textu ſucceſsiõis, ſed propterea, quia mater, quod pa-
tet, quia ex ſenatuſcon.tertuliano mater ſuccedebat,
& tamen illo iure ſibi tutella non deferebatue.l. pri-
ma & ſecunda.C.quando mu.tu.offi.fun. poſ. nam
iure auten. matee volens ad tutellam filij admittitur
& non aliter impellitur, ſcilicet ratione hæreditatis de
latę dicto.§.ex his cum iuribus præallegatis iuncta
dicta aucten.matri & auiæ & in corpore vnde ſumi-
tur, & ita voluiſſe videtur Ioan.and.in loco præalle
gato poſt Vber.de bob.& eo modo ſaluatur quod
in matre dixit Ange.in.d.l.prima.C.de leg.tut. Et
idem eſſet in auia dicendum ſecundum dom.Decium
in dicto conſilio decimoſexto, q̃uis in proauia dubi-
tet, quia iura in propoſito promiſcuè loquũtue de ma
tre & auia, & iſtud de matre fuit etiam aliàs conſul-
tum ſecundum domi.Decium in conſil. præallegato
per excellentiſsimos doctores peruſinos dominos
Honofrium & Dioniſium quorum ſententiam ap-
probauit dominus Bald.de Bartolinis etiam de peru
ſio, & iccirco ſecundum Bal.in dicto conſil.cxciiij.
125 eſt diſtinguendum inter tutellas, quia † qoædam ſunt
iuſſę, quædam voluntarię. Item limitatur prędicta cõ
cluſio, vt non procedat ſi ſtatutum mandet aliquos
ſuccedere in certa re vel quantitate: quia per hoc non
videtur illos admittere ad tutellam cum non ſint iuris
ſucceſſores pee.l.quotiens cum ibi plenè traditis.C.
de hære.inſti.&.l.controuerſia.ff.de tranſact. &.l.
quædam.§ his autem aliàs eſt.§.nihil.ff.de eden. ſecun
dum Bald.in.d.conſil.cxciiii.in fi.conſil. Ex peædi-
126 cta concluſione infertue quòd† lex priuans hęredita-
te habet etiã locum in hæreditate per ſtatutum delata
ſicut lex, quę priuat matrem non petentem tutorem pu
pillo ſucceſsione.& ita tenuit Pet.de ancha.in repeti.
capi.canonum ſtatuta in verſi.quæritue etiam ſi ſtatu
to de conſti.repręhendens Bald.quem ſupra retuli in
dicta.l.tertia.C.ad tertul.ſequitur do.Benedic.capra
in conſil.cxlviii.& conſi.clij.& mouetur Pet.de an-
cha.contra Bald.in.l.iii.dum loquitur de tutella pro
rogata per ſtatutum, vt non petens tutorem ſucceſsio
ne non priuetur pee.l.i.§.i.ff.ad leg.falc.& quia pro-
rogatio tutellę debet intelligi cum ſuis qualitatibus.l.
item quæritur.§.qui impleto.ff.loc.&.c.is qui de prę
ben.in.vi.facit quod not.Bartol.in.l.is qui in prin
cip.in ſecunda columna, verſicu.ſecundo quæro.ff.
de vulgae.& pupilla.& Bald.in.l.precibus, in quar
ta colum.C.de impube.& aliis ſubſti.dum loquitur
de ſtatuto diſponente quòd mater habeat filium in po
teſtate, an poſsit ei pupillariter ſubſtituere, de quo etiã

per Alexand.in.l.ſecunda in princip. quarta colum.
ff.de vulgar.& pupilla. Et licet aliqui nitantur ſuſti-
nere Bald.eo quia lex mandat tutorem peti impuberi
& non dicit per modum regulæ quòd non petens in-
fra tempus tutelę præfixum ſucceſſione priuetur.
227 Nam non propterea ceſſat quin † diſpoſitum per ius
commune de tutella & ſucceſſione trahatur ad ſtatu-
tum ex paſſiua interpretatione dicta.l.prima.§.primo
cum concordan.iunctis his, quę dixit Bartol.in.l.
omnes populi, ſexta quæſtione.ff.de iuſti.& iure,&
notat Franciſc.de aret.in conſilio.cix.incipi. cœgi-
ſtis. vbi dicit hoc etiam procedere ſi adſit ſtatutum
mandans ſtatuta intelligi ad literam. de quo dixi in
pręceden.q.

228 TRIGESIMOPRIMO Eſt bene † in mate-
ria correctoria notandum, quòd eatenus correctio ex
tenditur, quatenus ſe protēdit ſeu extendit extenſio: ut
in ſexto articulo principa. in quarto membro in vige
ſimanana quæſtione. gloſſ. in uerbo conſuetudinem
in capitu.ſtatutum, vbi Lapus Anto.de bu.& Imo.
de electio. Archidiaco. in capitu. diſpendia, de reſcri.
in ſexto in verſicu. contrafecerit, notatur in auc.de fi.
ante do.inſtru.na.poſt prin.

TRIGESIMOSECVNDO Eſt aduerten-
229 dum, † quòd illud quod interpretatur, cenſetur eſſe
vnum & idem cum interpretato.§.fina.in auct.de fil.
ante dota.inſtr.na.colum.tertia.l.nihil.ff. de coniū.
cum emancipato liberis eius, & capitu.fina.de con-
ſtitu.princip. faciunt quæ habentur in.l. hęredes pa-
lam.§.ſed ſi notam.ff.de teſta.

TRIGESIMOTERTIO Sciendū eſt in hac
230 materia quòd † omnes qualitates propter quas fœ-
minæ excluduntur ſunt probandę: vt infrà in ſexto ar
ticulo principali quarto membro in. viii. &.xxviii.
q.notat dominus Decius conſil.xiij.incip.& pro te-
nui.iii.col.in prin.

231 TRIGESIMOQVARTO † Statuta quæ
videntur contraria ſunt ad concordiam reducenda:
ſumpta ea interpretatione quæ nō contineat abſurdū,
vt per ſoci.conſil.cxxi.incipiē. viſa contingentia. li.
colum.i.volu. vt dicam infrà. viii.arti.prin. x.q. nō
autem ſumi debet interpretatio continens repugnan-
tiam vt ibi.

TRIGESIMOQVINTO Eſt aduertendū
q ſolent coniungi duo ſtatuta in hac materia excluſio
nis fœminarum loquentia ad determinationem alicu
ius caſus.l.gallus.§ ille caſus.ff.de liber. & poſthu.
vbi Docto.notat dominus Curtius iunior in conſil.
ſeptimo.v.ſeu.vi.colum. In quo habemus aduerte-
232 re quòd aut loquimur: an † vnum ſtatutum recipiat ab
alio declarationem, & eſt alia materia in qua conclu-
ditur quòd ſic.l.non eſt nouum, &.l.nam & poſte-
riores, & ibi notatur.ff.de legi. Et patet in auct. offe-
ratur.C.de litis conteſta.iuncta.l.ſciendum in prin.
ff.qui ſatiſda.cog.cum ibi notatis. An verò duo ſta-
tuta coniungantur vt ex eis eliciatur deciſio alicuius
caſus ex quouis eorum per ſe non deciſus, & hęc eſt
materia pręſentis quæſtionis, quæ quotidie poteſt oc-
currere.

233 TRIGESIMOSEXTO † Statuta prædicta
extenduntur vbi aliàs non poſſunt operari, vt infrà
in ſeptimo articulo princip. prima quæſtio. vbi fit eo
caſu extenſio per argumentum à contrario ſenſu, di-
xit tamen Soci.conſil.ccvij.incip.in cauſa colum.fi.
primo volumine q ſi poſſunt operari pro parte non
fit extenſio prout etiam dixerunt Ant.de bu.& Imo.
in capitu.cauſam quæ de reſcri. debet enim taliter in-
terpretari vt minus lędat ius commune quàm fieri
poſſit: vt infrà in octauo articulo princip.xx.q.ij. co
lum.& ſuprà eo.uerſi.ij.

PLVRA alia ad hunc articulum pertinentia in
diſcurſu huius tractatus incidenter tanguntur quæ cu
rioſus lector per ſeipſum inueniet, & alibi traduntur
ordinariè per ſcribentes: ita vt ſuperfluum putauerim
hic inſerere.

SVMMARIVM.

1 *Quæ perſonæ intelligantur per talia ſtatuta excluſiua fœmi narum, excluſæ.*

2 *An talia ſtatuta uendicent ſibi locum in perſonis forenſibus ſeu fœminis forenſibus.*

3 *Quis in ſucceßionibus ſit conſiderandus locus, an originis defuncti, an mortis, an bonorum &c.*

4 *Qui non ſunt ſub protectione loci, & incolæ qui munera ibi non ſubeunt, non gaudent beneficijs loci.*

5 *Aduertēdum eſt qualiter prolata ſint uerba ſtatuti, an in rem an in perſonam.*

6 *Licet ſtatutum nō poßit afficere perſonam propter rem, quæ eſt in territorio ſtatuentium: poteſt tamē rē ipſam afficere.*

7 *Statutum imperſonaliter loquens in delictis, compræhendit omnes perſonas & mandatorem, non tantúm facientem.*

8 *Ad effectum ut compræhendat clericum uel forenſem, refert an ſtatutum loquatur in perſonam uel in rem.*

9 *In ſucceßione inteſtati attenduntur ſtatuta loci, ubi ſitæ ſunt res.*

10 *Vbi non agitur de perſona; ſed de acquiſitione, inſpici debet rerum acquirendarum locus.*

11 *Statutum factum in commodum populi ſtatuētium ualet, & porrigit effectum ſuum contra extraneos.*

12 *Statutum poteſt non ſubditum excludere ab acquiſitione bonorum in ſuo territorio ſitorum.*

13 *Licet uerba prolata à iureperitis intelligantur ſecundum interpretationem legalem: prolata tamen ab idiotis intelligūtur prout in idiotam cadunt.*

14 *Statutum de dote lucranda non habet locum in præiudicium filiorum alterius matrimonij, qui non ſubſint ſtatuto.*

15 *Conſuetudo immediatè compulſiua uel prohibitiua, aut pœnalis, non extenditur ad forenſem.*

16 *Statuta non ſunt leges publicorū iudiciorum, ſed priuatorum in ſuo populo tantúm.*

17 *Statutum poteſt inducere quaſi contractus incognitos.*

18 *Statutum prohibendo contrahi ſiue loquatur in rem, ſiue perſonam, non trahitur ad actus iuratos.*

19 *Delinquendo ſicut quis ſe ſubijcit iuriſdictioni ſtatuētium: ita extrahendo, uel tranſeundo per illorum territorium.*

20 *An ſtatuta loci in quo ſunt res ligent forenſes etiam ratione ipſorum bonorum: cum bona ſequantur perſonā & illi adhæreant.*

21 *An ſtatuta ligent ſubditum extra territorium, ut q mulier non poßit teſtari ſine conſenſu uiri.*

22 *An comitatenſes & illi, qui ſunt de caſtro ſeu uilla exiſtente intra territorium & diſtrictum ſtatuentium, dicātur forenſes uel ciues.*

23 *An incolæ, uel qui ex forma ſtatuti habeātur pro ciuibus, & generaliter quis dicatur forenſis.*

24 *Stante ſtatuto alicuius uillæ ſubditæ ciuitati, q mater forenſis non ſuccedat filio: nihilominus ſuccedet mater, quæ eſt de alia uilla ſubdita dictæ ciuitati: quia non dicitur forenſis.*

25 An

25 An licentiatus à ciuitate, rebellis uel bannitus deſinat eſſe ciuis.

26 Et ſi ſtatutum dicat q. forenſis non ſuccedat, mulier originaria de loco nupta extra territorium nihilominus ſuccedet.

27 An dicatur extraneus qui habet domicilium in alia ciuitate.

28 Originarius nulla bona poſſidens, licet alibi habitet, poteſt ſuccedere: quia ex hoc obligat ſe ad onera.

29 Quid de uiduis & tranſeuntibus ad ſecundum matrimoniũ & de concubinis & inhoneſtè uiuentibus cuius territorij cẽſeantur.

30 Quid ſtante ſtatuto in ciuitate aliqua q. maritus non poſſit legare uxori quo ad proprietatem: an in loco ubi non ſit tale ſtatutum poterit legare.

31 Non attenditur domicilium uiri in lucro dotis, quando bona remanſerunt in ciuitate uxoris.

32 An talia ſtatuta per laicos condita ligent perſonas eccleſiaſticas.

33 Non ualet ſtatutum q. filiæ monaſterium ingreſſæ, pater non poſſit relinquere niſi certum quid.

34 Verba contractus debent intelligi ſecundum tempus, quo ſuã efficaciam conſequuntur.

35 An ſtatutum diſponens q. moniales non ſuccedant extantibus maſculis, indiſtinctè ualeat.

36 Stante ſtatuto q. monachi non ſuccedant, etiã monachi facti poſt ſtatutum non ligabuntur ſtatuto.

37 An talia ſtatuta generaliter loquẽtia & indiſtinctè nulla de perſonis eccleſiaſticis facta mentione comprehendant perſonas eccleſiaſticas.

38 Statutum laicorum non poteſt ſubijcere iam quæſita eccleſiæ collectis: ſecus in quærendis, quæ cum onere impoſito tranſibunt ad eccleſiam.

39 Statutum generaliter loquens non trahitur ad illicita: nec in dubio uidentur diſponentes ſtatuere in non ſubditum.

40 Non refert, an in ſpecie an uerbis generalibus aliquid exprimatur.

41 Clericatus ſuperueniens ius alteri quæſitum tollere non põt.

42 Quando quæritur de iure concernente perſonam attendi debet qualitas perſonæ cohærens.

43 Priuatio præſupponit habitum.

44 Priuſquam hæreditas deferatur de perſonæ conditione inſpicitur.

45 Religionem ingrediens ingreditur cum toto ſuo iure, ſatisq; ſibi eſt, q. per ingreſſum non fiat deterioris conditionis.

46 Ius ciuile nõ tollitur p ſtatutũ niſi quo ad pſonas in quas poteſtatem habent ſtatuentes, cum eius ſit tollere cuius cõdere.

47 Clericatus uel religio ſuperueniens non ſe extendunt ad caſus, qui uirtutem ſuam ante clericatum ſortiuntur.

48 Superuenientia clericatus non impedit cauſam prius inchoatam coram iudice ſeculari.

49 An ſtatutum inducens ualere præſcriptionem. x. an. ſuper debito ex negligentia creditoris, noceat clerico ſucceſſori creditoris contra quem fuerat inchoata præſcriptio, non tamẽ completa.

50 Teſtamentum factum minus ſolenniter à pagano poſtea facto milite, ex eo ſolo non ſuſtinetur q. factus ſit miles.

51 Statutum excludens fœminas ligat etiam forenſes.

52 Limitatio ampla ut non comprehendantur religioſæ perſonæ in ſtatuto laicorum.

53 Quæ dicantur perſonæ religioſæ, quæ eccleſiaſticæ, & de clerico tonſurato ab epiſcopo qui non potuit, & quid de clamidatis.

54 An ſtatuta fœminarũ excluſiua habeãt locũ inter iudæos, et eorum filios & filias.

55 Iudæi dicunt inter eos ſeruari ex conſuetudine, ut ſecundum diſpoſitionem legis moſaicæ ſuccedant.

56 Iudæi habent ex conſuetudine ut maſculus ſuccedat excluſis fœminis, & q. niſi mulier iuret ſe nihil habere de bonis mariti, tantum præſumatur ſubtraxiſſe, q̃tum ualet dos ſua.

57 Inter iudæos an locum habeat diſpoſitio legis moſaicæ.

58 Iudæi non ligantur diſpoſitionibus eccleſiaſticis.

59 An iudæi ſubijciantur legibus Romanis.

60 An ſtatuto ligentur iudæi, & plurima de iudæis in progreſſu totius quæſtionis.

61 Iudæi qui fiunt chriſtiani nõ perdunt agnationem, nec ius ſucceſſionis.

62 Iudæi facti chriſtiani debent ali à parentibus & econtra: & tales legitimam in uita patris petere poſſunt, quod aliàs nõ potuiſſent: quia conuerſi eſſe debent melioris conditionis q̃ erant antea.

63 Statutum chriſtianorum commodum inducens de infidelibus in dubio non uidetur ſentire.

64 An ſtatutum fœminarum excluſiuum excludat naturales tãtum in eo caſu, quo poſſent ſuccedere.

65 Quando ſtatutum tractat de commodo filiorum in dubio non uidetur de naturalibus ſentire.

66 An per ſtatutum fœminarum excluſiuum excludatur filia legitima.

67 An talia ſtatuta fœminarum excluſiua excludant filias uel ſorores dominorum & pricipũ ubi poſſent aliàs in bonis de iure communi ſuccedere.

68 An ſtatuta ligent ſtatuentes.

69 Pro legibus & ſtatutis recurrimus ad caput, qñ membra non habent proprium ſtatutum, nec ſpecialem legem.

70 Statutum quod uiget in ciuitate, pariter debet uigere in uillis & caſtris eius.

71 Statuta ſimpliciter excludentia fœminas, an intelligantur de filiabus primi gradus, uel neptibus ex patre prædefuncto: an uerò intellegãtur de his, quibus nulla dẽtur legitima.

72 Quæ perſonæ generaliter ligantur ſtatuto, uel conſuetudine loci.

73 Qñ conſideramus ſtatuta excludentia certam lineam ſeu gradum fœminarum, ut aſcẽdentium uel deſcendentium ſeu collateralium.

74 Statutum excludẽs aſcendentes per lineã fœmininã, an uideatur etiam excludere deſcendentes per eãdem lineam.

75 An ſi ſtatutum excludat lineam maternam & uocet agnatos, uideatur excludere fœminas etiam agnatas.

76 Cũ ſtatutum diſponit contra Ius cõe & uocat agnatos per maſculinum non cõprehenditur fœmininum.

77 Eſſentia ſtatuti conſiſtit in mente ſtatuentium.

78 An bona ſit conſequentia, q. excluſa una linea. ſ. materna uel cognatorum, intelligatur excluſa alia linea. ſ. fœminina agnatorum.

79 Statutũ excludẽs matrẽ & alios cognatos à ſucceſſione filij nõ excludit ſororem ſimul cũ patre, cum ſit agnata.

80 Excluſus à ſucceſſione patris non intelligitur excluſus à ſucceſſione fratris, etiam ſi frater non habeat niſi bona à ſucceſſione patris ad eum peruenta.

81 Statutum excludens matrem & deſcendentes per lineã maternã, nõ excludit auiam paternam.

82 An ſtatutũ excludẽs deſcẽdẽtes ex fœmina exiſtentibus maſculis, ipſam etiam fœminam excludat.

83 An ſtatutum excludens cognatos propter agnatos uideatur excludere matrem & omnem lineam maternam.

84 *Statuto præferente cognatos qui ſunt ex parte patris illis, q̃ ſunt ex parte matris, an filius ſororis excludatur per filiũ fratris p̃truelis.*

85 *Intentionem ſtatuti deſtruere non debemus.*

86 *An ſtatuto excludente lineam fœmininam, uel uocante hæredes de maſculina linea comprehendatur filia maſculi.*

87 *Quando ſtatutum excludit certas perſonas ſimpliciter & ſine aliqua qualitate, quæ fœminæ uideantur excluſæ.*

88 *Statutum ſimpliciter aliquas perſonas excludens, non eſt generaliter intelligendum.*

89 *An ſtatutum fœminarum excluſiuum excludens ab hæreditate p̃ſonam unam, uideatur excludere quoſuis deſcendẽtes ab illa etiam maſculos.*

90 *Nepos ex filia excluditur à feudi ſucceſsiõe ſicut et ipſa filia.*

91 *Non debet eſſe melioris conditionis neptis, ſeu nepos ex filia, quàm ipſa filia.*

92 *Statutum excludens materteram, excludit etiam filium materteræ.*

93 *Id quod ſtatuitur in cauſa proxima, cenſetur ſtatutum in cauſa remota, quæ p illam & ex illa deſcendit.*

94 *Tacita interpretatio nunq̃ fit contra illum cui ſucceſsio defertur.*

95 *Si ſtatutum excludat filiã dotatam, an nepos ex ea, uel neptis non dotatæ intelligentur excluſæ.*

96 *Vbi qualitas non adeſt t̃pe mortis eius, de cuius ſucceſsione agitur, ceſſare debet ſtatutum.*

97 *Statutum excludẽs matrẽ tranſeuntẽ ad ſecunda uota à ſucceſsione filiorum primi matrimonij, non excludit filios ſecũdi matrimonij.*

98 *Statutum excludens filiam dotatã extantibus fratribus uel ſororibus non dotatis, non excludit neptes ex filia non dotatas, quãdo filia dotata uiuo patre prædeceſsit, itaq; neptes in bonis aui poterũt legitimam petere.*

99 *Licet ſtatutũ excludat matrem exiſtente patruo, non tñ excludit eius filios.*

100 *An ſtatutum excludens unam perſonam, uideatur excludere omnes aſcendentes per illam.*

101 *Illa uerba ſtantibus agna. habent non ſolùm uirtutem excluſiuã matris, ſed ẽt uirtutem incluſiuam agnatorum.*

102 *Quando aliquis remouetur à lucro contẽplatione alterius, illi applicatur cuius contemplatione remouetur.*

103 *Excluſo proximiore in gradu, alij ſequentes uidẽtur excluſi.*

104 *Limitatio ad regulam ſi uinco uincentem te &c.*

105 *Sicut exhæredatio hominis non porrigitur ad eũ, de quo non eſt facta mentio, ita nec excluſio legis.*

106 *Baldus non erubuit ſententiam mutare, ubi aliud uidit melius ſentire.*

107 *An excluſa matre cenſeantur ẽt excluſæ auia, amita, & aliæ p̃ſonæ coniunctæ per matrem.*

108 *Statutum excludẽs unã p̃ſonã, an uideatur excludere oẽs de illa linea, ẽt ſi non ſint coniuncti p illam perſonam.*

109 *Caput incluſiuum non eſt potens ad excludendum alios in uerbis ſtatuti non comprehenſos.*

110 *Statutum excludens matrem & auiam extãtibus agnatis maſculis, non excludit amitam quando nec mater nec auia ſupereſt.*

111 *Si excluditur fœmina proximior in gradu propter agnatos, multo fortius excludi debet remotior.*

112 *Non eſt minus tutum adhærere deciſioibus, quæ repiuntur in indiuiduo, q̃ regulis pp ipſarum uarietatem.*

113 *Statuto excludente matrẽ pp agnatos, an intelligentur etiam excluſi omnes cognati.*

114 *Statutum excludens matrem à ſucceſsione excludit omnes coniunctos mediante matre.*

115 *Statuto excludente matrem propter fratres & ſorores, an ſoror conſanguinea tantùm excludet matrem, & uterinos fratres deſcendentes ab ea.*

116 *Statuto excludente matre à ſucceſsione filij tranſeuntem ad ſecunda uota, ſi adſit ſoror defuncti ex parte patris tantùm: an agnatus matrem & ſororem excludet, etiam ſi in alia p̃te ſtatuti ſoror tali agnato præferatur.*

117 *Stante ſtatuto q̃ excludatur mater propter agnatos, ſi contingat extare patruũ, matrem & ſororem defuncti ex uno latere tantùm, an patruus ambas excludet.*

118 *Statuto excludente matrem propter conſanguineos utriuſq; ſexus, an uideatur excluſus frater uterinus p amitam.*

119 *Statuto excludente matrem propter proximiores conſanguineos, ſi contingat ſupereſſe matrem auiã paternã & agnatos maſculos remotiores: an auia omnibus præferetur.*

120 *Statuto præferẽte agnatos tranſuerſales filiabus fœminis, ſi cõtingat aliquem decedere relicta filia ac patre & agnatis tranſuerſalibus, an filia ſola ſuccedet.*

121 *Vbi concurrunt p̃ſonæ quæ de iure cõi & ſtatutario præferuntur inſpicitur p̃ſona quæ de iure cõi præfertur.*

122 *Superexiſtentia perſonæ non nominatæ, tollit nominatæ obſtaculum.*

123 *An perſona nominatim excluſa per ſtatutum, excludat de iure communi aliam non nominatam, de qua eſt dubium an ẽt cenſeatur à ſtatuto excluſa.*

124 *Statuto excludente filiam dotatam à ſucceſsione dotantis & deſcendentis ab eo, an ſi quis deceſſerit relicto fratre & ſorore dotata & nupta utrinq; coniunctis & matre talis filia ſuccedat.*

125 *An frater maſculus cuius contemplatione ſoror dotata excluditur habeat duas portiões. ſ. ſuam uirilem, & illam in qua de iure cõmuni dotata ſucceſsiſſet, an uerò mater æqualiter ſecum ſuccedat.*

126 *Si ſtatuto cauetur q̃ ſoror non ſuccedat fratri extantibus fratribus ex eodem patre, ſi contingat aliquem decedere relicto fratre ex patre tantùm, & relicta matre, & ſorore ex utroq; parente, an ſoror admittetur.*

127 *Statuto excludente auum maternum exiſtente patruo & extent auus maternus, auia & patruus: an auus & auia admittantur excluſo patruo.*

128 *Quando mater per ſtatutum extante patruo excluditur, ſi ſuperſit ſoror defuncti utrinq; coniuncta, an ſit locus ſtatuto: ita q̃ tunc patruus non ſuccedat, ſed mater & ſoror.*

129 *Stante ſtatuto q̃ exiſtente patruo mater non ſuccedat, ſi extet mater & ſoror defuncti, ac patruus mater & ſoror excludent patruum.*

130 *Statutum excludens matrem & cognatos nõ excludit neptẽ ex fratre.*

131 *Stãte ſta. q̃ hæreditas defuncti deuoluetur ad fratres ſuos, et filios fratrũ ſi ſint, uel ad patruos, et eorũ filios excluſis auunculis, an ſit amita cum fratribus patruelibus defuncti & auunculis ſi adſit locus ſtatuto.*

132 *Statutum excludens matrem & lineam maternam locum non habet uolente auia paterna cum materna ſuccedere.*

133 *Statuto excludente filiam dotatam propter patruum, ſi ſuperſit filia non dotata, dotata admittetur ad ſucceſsionem, una cum alia excluſo patruo.*

134 *Perſona ſemel excluſa, ſemper exlcuſa cenſetur.*

135 *Caſu quo dotata admittitur beneficio non dotatæ, uel alterius perſonæ, tenetur dotem conferre.*

136 *Statuto*

136 Statuto excludente filiam maritatam ſeu quæ olim maritata fuerit, exiſtentibus fratribus uel filijs &c. ſi contingat cum maritata ſuper exiſtere non maritatam & fratrē, an erit locus ſtatuto.

137 An perſona à ſtatuto nominatim excluſa quæ alterius beneficio admittitur, teneatur expectare quòd illa cuius beneficio admittitur adeat: & quid ſit ea repudiante.

138 An ſtatutum patruum excludens, porrigatur ad amitam.

139 Statutum excludens auum maternum, an cenſeatur excludere auiam maternam.

140 Statuto excludente matrem propter patruum, an excludetur ſoror, & an excludente auunculos propter patruos & filios patruorum intelligetur excluſa matertera.

141 Statuto excludente matrem propter patruum non ſit locus ſtatuto ſi adſint auia paterna, & auus & auia materni matre prædefuncta.

142 Statutum excludens filiam exiſtento filio maſculo, non excludit neptem ex filio maſculo.

143 An diſpoſitum in filijs trahatur ad nepotes in materia ſtatutaria.

144 Statutum excludens materteram, an uideatur excludere materteram magnam.

145 An & quando tam in diſpoſitione legis, q̃ ſtatuti ille, qui eſt remotior me excludit eum qui excludit me: pariter excludat me.

146 Statuto uocante proximiores agnatos ubi contingit quem decedere abſq; deſcendentibus ex latere patris excluſa matre, & aſcendentibus ex linea materna: ſi contingat quem decedere relicta matre, auia paterna et agnatis collateralibus remotioris gradus: an mater excludetur.

147 Statuto excludente ſororem extantibus fratribus etiam conſanguineis tantùm: extante fratre conſanguineo tantùm, & ſorore utrinq; coniuncta mortua matre, uel ſi ſuperſit repudiante, an ſit locus ſtatuto.

148 Declaratio regulæ ſi uinco uincentem te &c.

149 Stante uno ſtatuto q. fœmina non ſuccedat extante maſculo: & alio quòd extante fratre etiam conſanguineo tantùm ſoror non ſuccedat: An ſi mater ſuperſit proſit ſorori ut ſuccedat.

150 Statutum excludens matrem exiſtente auo paterno uel auia paterna, an locū habeat ſi cum matre ſuperſit amita.

151 Perſona, quæ facit non eſſe locum ſtatuto repudiante, ſeu portioni ſuæ renunciante: nihilominus ſtatuto ſit locus.

152 Si perſona excluſa nominatim, quæ poteſt uenire mediante nō nominata, uocetur in aliquo à ſtatuto: an ſibi proſit non nominata.

153 Si ſtatutum diſponat q. agnati excludant cognatos excepta quarta, & ſuperſint fratres patruelles amita, & ſoror uterina defuncti: uterini ſuccedant in quartam, & fratres patruelles in reliquo excluſa amita.

154 Stante ſtatuto q. ſi quis deceſſerit ſine filijs ab inteſtato ſuccedant proximiores ex latere patris uſq; in quartum gradum & q. mater ſolùm ſuccedat in quarta bonorum: ſi contingat ſupereſſe matrem amitam & agnatos remotioris gradus, mater ſuccedet in quarta & agnati quāuis remotiores amita in reliquo, excluſa amita.

155 Si ex forma ſtatuti filij patrui excludunt matrem, & concurrunt filius patrui, mater & ſoror conſanguinea tantùm ſuccedet agnatus non obſtante q. iure communi excludatur à ſorore conſanguinea tantùm, & illa à ſtatuto expreſſè non excludatur.

156 Statuto Bononienſi diſponente q. patruus ſuccedat in proprietate, & mater in uſufructu: exiſtente in medio ſorore conſanguinea tantùm defuncti, an ſit locus ſtatuto, cum ſoror de iure communi patruo præferatur.

157 In perplexitatibus debet recurri ad coniecturas.

158 Si ſint duo ſtatuta quorum unum diſponat matrem ſuccedere cū fratribus patruellibus: alterum q. mater ſuccedat cum fratribus uterinis: & contingat ſupereſſe matrem, fratres patruelles, & fratrem uterinum, ſuccedet mater & frater uterinus excluſis patruellibus.

159 Perſona excludens debet ſuccedere in locum excluſæ.

160 Stante ſtatuto uno q. frater conſanguineus tantùm excludat ſororem utrinq; coniunctam, & alio ſtante ſtatuto q. filij eiuſdem matrimonij excludant matrem: ſi deceſſerit frater relicto fratre conſanguineo tantùm, matre & ſorore utrinque coniuncta: mater & ſoror prædicta ſuccedent excluſo fratre conſanguineo tantùm.

161 An ualeat argumentum, à coniunctione duorum ſtatutorum.

162 Perſona media non nominata eſto quòd non excludatur ex capite excluſiuo, poteſt excludi ex capite incluſiuo agnatorum.

163 Stante ſtatuto q. proximiores ex parte matris ſuccedant in matrimonio, & ex parte patris in patrimonio, ita tamen quòd ſemper maſculi fœminis præferantur, ſi cōtingat extare matrem & maſculos coniunctos per matrem perſonæ defunctæ: an mater ab illis excludetur.

164 An ſtante ſtatu. q. extantibus agnatis mater non ſuccedat, nec etiam ſoror, ſit locus ſtatuto ſi concurrant mater & ſoror ſimul.

165 An ſub utroq; ſimplicium comprehendatur caſus mixtus.

166 Statuto excludente fœminam propter maſculos in numero ſingulari ſi adſint plures fœminæ, uel econtra in plurali & adſit tantùm una fœmina an locum habeat ſtatutum.

167 Si ſtatutum diſponat q. frater & ſoror inuicem ſuccedant, an mater uideatur excluſa.

168 Non debemus diſcoperire unum altare, ut aliud coperiamus.

169 An ex generalitate uerborum cenſenda ſit mater excluſa à ſucceſſione filij, puta ſi ſtatutum excludat fœminas extantibus agnatis uel fratribus uel lineam maternam & uocet paternam.

170 Statutum cognatos excludens matrem excludit: cùm & ipſa ſit cognata.

171 An ſtatutum excludēns maſculum putà auum paternum, excludat fœminam putà auiam maternam.

172 Stante ſtatuto quòd dotata non ſuccedat dotanti, uel alij aſcendenti, an habeat locum quando auus dotaſſet neptem, ita quòd eam excludat à ſucceſſione patris uel aui.

173 Quando non poteſt reddi ratio diuerſitatis inter matrem & auiam, ſtatutum in matre porrigitur ad auiam.

174 Conſtitutio excludens ſororem dotatam à ſucceſſione fratris, licet debeat intelligi quando fuit dotata à fratre, & de eius bonis: an nihilominus locum habebit quando fuit dotata à patre communi, auo uel proauo.

175 Ex tacitis coniecturis, quæ ex uerborum interpretatione non proueniunt, non debet induci legum correctio.

176 Statutum loquens generaliter de dotata ab una perſona, locum ſibi non uendicat ubi non ab illa, ſed ab alia dos eſt data.

177 Statutum excludens dotatam ab auo & patre propter fratres filiæ & patruos, an locum habeat quando dotata ab auo tra-

ctaret de ſuccedendo patri.

178 Statutum loquens de dotata ab auo locum non habet, niſi agatur de ſucceſſione aui, qui dotauit.

179 An dotata ab illo dicatur, cuius contemplatione à quouis alio dotata fuit.

180 An generaliter filia dotata ab auo cenſeatur dotata à filio.

181 In ſtatutis quæ ſunt contra ius commune, prouiſio facta in caſu uero non trahitur ad caſum fictum.

182 Statuto diſponente q. debitor per inſtrumentum guarentigiæ, in quo eſt expreſſus certus terminus, ut eſt florẽtiæ capi poſſit ad uoluntatem creditoris: an locum habebit ſi terminus non eſt expreſſus, licet pro expreſſo haberi debeat.

183 Statutum diſponens fieri poſſe pacem de omni delicto præterꝙ de homicidio, non intelligitur excipere condemnatum de homicidio propter contumaciam, & habitum pro confeſſo.

184 Si extraneus patris contemplatione filiam dotauerit, an à patre dotata cenſeatur.

185 Si ſtatutum permittat debitorem incarcerari, hæres debitoris compræhendetur ſub ſtatuto.

186 Statutum loquens in faciente, locum habet in mandante.

187 Statuto ſimpliciter excludente dotatam à ſucceſſione patris, extenditur ad ſucceſſionem aui.

188 Statutum dotatam excludens an locum habeat in ea, quæ fuit dotata ab auo ipſa nepte nondum concepta.

189 Neptis ab auo dotata contenta eſſe debet dote, quæ ſuccedit loco legitimæ ſibi debitæ ex perſona patris ſui.

190 In ſtatutis communis uſus loquendi attenditur, qui eſt potior omni ſignificatu.

191 Prætore per ſtatutum banniante aliquos, & eorum filios & nepotes: non intelligentur banniti nepotes concepti poſt mortem aui.

192 Cui non conueniunt uerba ſtatuti, non etiam conuenit ſtatuti diſpoſitio.

193 Statutum excludens dotatam an liget poſthumam, infantem uel impuberem quibus ſunt dotes conſtitutæ uel relictæ.

194 Statutum loquens de excludẽdo maritatam uel nuptam: non habet locum in impubere, ſi ſit ſponſa de futuro.

195 Stante ſtatuto q. uerba ſtatuti propriè intelligantur an nihilo minus excludetur pupilla, cui dotes in teſtamento conſtitutæ ſunt: cùm propriè dici non poſſit dotata.

196 Statutum de lucro dotis non habet locum in dote promiſſa.

197 Dotis appellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ conſiſtere non poſſunt: aut ubi matrimonium non ſubeſt.

198 Statuto excludente dotatam, ſeu deſpõſatam per uerba de præſenti: dictio ſeu, ſtat ampliatiuè, ita q. excludat utranq; uidelicet deſponſatam per uerba de præſenti, & dotatam.

199 Verbum dotata importat matrimonium, & traditionem dotis.

200 Statutum excludens dotatam, an locum habeat in furioſa, cui ſunt dotes conſtitutæ.

201 Statutum excludens dotatam caſu, quo monialem comprehẽdit, an locum habeat in ingrediente monaſterium, cui pater offert aliquid, uel ponit ſuper altare.

202 Mulier, quæ profitetur contrahit matrimonium ſpirituale, & nubit Chriſto

203 Statutum diſponens aliquid contra cognoſcentem nuptam, an locum habeat in cognoſcente monialem.

204 Non poteſt dos dari citra crimen ſimoniæ, pro ſpirituali matrimonio contrahendo.

205 Vtrum executores deputati ad uirgines maritãdas poſſint dare illam quantitatem monaſterium ingredientibus.

206 Per ſtatutum fieri poteſt declaratio quomodo intelligatur aliqua eſſe dotata, ita q. clamidata non comprehendetur in ſtatuto.

207 Relictum dotis quando ſit in teſtamento an debeat fieri titulo inſtitutionis ſtatuto excludẽte dotatam à ſucceſſione.

208 An dotata illa dicatur cui relinquitur dos in teſtamẽto nullo

209 Statutum dotatam excludens an locum habeat in ea, quæ ſemel fuit nupta & habuit dotes ſuas: & tempore mortis eius de cuius ſucceſſione agitur, eſt uidua.

210 Quomodo intelligenda ſint iura dicentia dotem non conſtare ſine matrimonio.

211 An ſtatutum Senarum diſponens q. mulier non poſſit teſtari in præiudicium filiorũ, etiam pro anima, niſi de quarta parte ſuæ dotis: habeat locum in uidua.

212 Quouſq; mulier ſtat in uiduitate cenſetur ſtare in priore matrimonio.

213 Statutum excludens dotatam, an locum habeat in ea cui dotes ſunt conſtitutæ uel promiſſæ, etiam nullo ſubſequuto matrimonio.

214 Filia dicitur dotata in qua pater actum dotandi exercuit, quantum in eo fuit.

215 Statuto excludente dotatam licet pater ſit in mora ſoluendi dotem locus ſit ſtatuto.

216 Vt ſtatutum dotatam excludens locum habeat, an ſufficiat dotem offerri quandocunq; ante ſententiam.

217 An ſit differentia ſi ſtatutum, excludat dotatam, an uerò ſi ſimpliciter excludat & mandet dotari.

218 An dicatur dos ex ſola promiſſione & ante traditionem ſequutam.

219 Pactum de donando, ſeu promiſſio non eſt donatio. Nec pactũ ſeu promiſſio de uendendo eſt uenditio.

220 Statutum prohibens iudicem ultimo menſe ſui officij abſoluere, non intelligitur prohibere q. pronunciet abſoluendum.

221 Verba ſtatutorum intelligi debent cum effectu.

222 Dotis promiſſio uel relictum ſi in tempus ætatis nubilis conferantur, filia non dicitur propriè dotata ante conditionis euentum.

223 Si ſtatutum exigeret dotem eſſe datam, uel probari donationem, an filia dicetur dotata ſi de hoc non conſtat.

224 Quid ſi dos promiſſa fuit arbitrio alicuius, & ante arbitriũ ſubſequutum hæreditas uxori deferatur, an tunc excludetur.

225 Quid ſi dos fuerit ſub conditione uel in diem certum conſtituta, uel relicta, ſeu promiſſa, uel onus fuerit adiectum doti uel pater illam ſibi fuerit ſtipulatus reddi, an ſit locus ſtatuto.

226 Stante ſtatuto q. filia debeat dotari ut non ſuccedat, an tutores adeundo in ſolidũ pro infante dicantur ſe obligare ad dotes ad effectum, ut filia excludatur.

227 Statuto excludente dotatam ſi contingat aliquam eſſe maritatam & nõ appareat de dotibus, an præſumetur dotata ex eo ſolo, q. ſit maritata.

228 Volenti excludere mulierẽ dotatam incombit onus probandi quòd illa ſit dotata, & de bonis patris à cuius ſucceſſione excluditur.

229 An per confeſſionem mariti ſolam confitentis ſe dotem recepiſſe, probetur quam eſſe dotatam, ita q. excludatur à ſucceſſione.

230 Si ſtatutum uelit conſtare de dotibus per inſtrumentum publicum uel prothocolum, eſt neceſſe q. ita conſtet ut tanquã dotata excludatur.

231 Si rubrica ſimpliciter excludat dotatam, & in nigro dicatur intelligi dotatam quando conſtat de numeratione, uel confeſſione, aut promiſſione reſtituendæ dotis: attenditur

declaratio

declaratio ſtatuti.

232 Et ſi ſtatutum præſumat quòd maritata poſt uigintiquinq; ann. præſumatur fuiſſe dotata: tamen illa, quæ infra ipſum tempus deceſſit non præſumetur dotata etiam lapſo tempore.

233 Vbi conſtat aliquam eſſe dotatam, ſed neſcitur per quem: quis præſumetur illam dotaſſe.

234 An ſtatutum prædictum liget illam, quæ fuit dotata in matrimonio præſumpto uel inualido ſeu putatiuo.

235 Statutum excludens dotatam an excludat illam, quæ de proprijs facultatibus dotata eſt.

236 Verba intelligi debent de iure, non de facto.

237 Si pater inſtituat filiam in dotibus maternis & nihil aliud ſibi relinquat titu. inſtitutionis, an ualeat inſtitutio.

238 Dotata in communi de bonis communibus non excludetur per ſtatutum excludens dotatam, niſi ſtatuto hoc expreſſè caueatur.

239 Dotanda de bonis patris uel matris non excludetur ſi eis mortuis de eorum bonis dotetur.

240 Si adminiſtrator bonorum paternorum filiabus dotes dedit, præſumitur dediſſe de bonis paternis.

242 Mulier præſumitur dotata à patre ſeu fratribus: quando bona, quæ habet nomine dotis fuerunt antea per eos poſſeſſa. idem eſt ſi fama ſit in uicinia q. dotata ſit ab eis.

243 Quid ſi apparet quòd frater aut pater dederit .x. ſorori uel filiæ, nec apparet quòd data ſint titulo dotis: an illa dicetur à fratre uel patre dotata.

244 Quid probandum ſit, ad hoc ut aliqua dicatur dotata.

245 Statutum dotatam excludens, an eam excludat quæ nunquã fuit dotata: nec dotari requiſiit.

246 Vaſſallus non dicitur in mora præſtandi ſeruitium domino, niſi requiratur.

247 An ſtatutum excludens fœminam dotatam, habeat locum in ea, quæ non uult dotari, ad finem ne excludatur.

248 Minori mulieri dotem recipienti datur in integrum reſtitutio: ut ad ſucceſſionem admittatur, ſi ſit læſa.

249 Statuto excludente dotatam: an oporteat quòd ſit dotáta tempore ſucceſſionis delatæ, an uerò poſſit excludi ſi poſtmodũ dos offeratur.

250 Statu. dotatam excludens, an locum habeat in ea cui legatæ ſunt dotes, ſi legatum uelit repudiare.

251 Pater cogi poteſt etiam inter uiuos dotem præſtare filiæ.

252 Statutum dotatam excludens, an locum habeat in ea, quæ tempore quo dotatur reſeruat ſibi ius ſuccedendi, ſaltem interueniente patris conſenſu uel eius de cuius ſucceſſione agitur.

253 Non ualet pactum cum filia per patrem initum, q. cum maſculis æqualiter ſuccedat.

254 Pater poteſt filium naturalem legitimari facere inuitis his, qui ab inteſtato uocãtur: aut in teſtamento diſponere, quòd poſſit legitimari & ad ſucceſſionem admitti.

255 Statutum dotatam excludens, an locum habeat in ea quæ, fuit aliquando dotata, ſed dotem amiſit.

256 Sermo indefinitus uerificatur & intelligitur in primo actu, ſeu prima uice.

257 Statutum dotatam excludens, an locum habeat in ea, cuius dos data fuit marito eam perdituro, & in malos uſus conſumpturo.

258 Statutum tale an excludat eam, quæ incõgruè dotata fuit.

259 Stat. dotatam excludens ſiue maritatam per ſe, aut coniunctim an locum habeat in illa quæ tempore conditi ſtatuti iam erat dotata, uel maritata.

260 Statutum non trahitur retro: cùm natura legis ſit reſpicere caſus futuros.

261 Stante ſtatuto q. uxore præmoriente in matrimonio maritus lucretur certam partem dotis, an locum habeat in dotibus ante ſtatutum datis.

262 Sta. prohibens ingredientem monaſterium diſponere de bonis ſuis, locum non habet in his qui ante tale ſtatutum iam ingreſſi erant.

263 Quid ſi ſtatu. omnino uellet habere effectum etiam in præteritis caſibus, an ab hæreditate delata ante conditum ſtatutum excludatur dotata.

264 Quid ſi tempore talis conditi ſtatuti in præteritum effectus ſuos trahentis litigaretur ſuper hæreditate delata, an ad illã porrigatur ſtatutum.

265 An pendentia in iudicio decidẽda ſint ex expreſſa legis prouiſione ſecundum legem ſuperuenientem: an uerò ſecundum anteriorem.

266 Statutum dotatam excludens, an locum habeat in illa, quæ fuit dotata poſt delatam hæreditatẽ, ſiue ſit adita ſiue non.

267 Qualitas adiecta uerbo regulatur ſecundum tempus uerbi.

268 Statutum dotatam excludens, excludit extraneam dotatam ante aditam hæreditatem, licet eſſet iam delata ex morte defuncti.

269 Si ſtatu. etiam dotatam ex teſtamento excludat, quod tempus inſpicitur, quo debeat eſſe dotata.

270 Statutum Mediolanum diſponens q. illa, quæ nubit extra territorium non ſuccedat in territorio Mediola. locum non habet in ea quæ poſt hæreditatem agnitam nupſit extra territorium.

271 Limitatio q. ſtatutum prædictum Medio. locum habeat in dotata poſt hæreditatem delatam, putà quia ſtatutum expreſsè uel tacitè ſe referat ad tempus poſt aditam uel agnitam hæreditatem.

272 Statutũ de dotata extra hæreditatem paternã uel ex paterna hæreditate, habet locũ in dotata poſt agnitam hæreditatẽ.

272 Quis dicitur hæres ante petitionem: cùm hæreditas ſolo animo adeatur.

274 Statuto excludente filiam uel ſororem eãq; dotari mandante per fratrẽ aut aliam perſonam excludentem, quæ perſona excludens decedat adita hæreditate: an facultas dotandi, ut excludatur filia, tranſmittatur ad hæredes.

275 An ualeat ſtatutum Medio. prohibens mulierem nubere extra territorium cum hæreditate.

276 Si pater filiæ nupta extra territorium Medio. maternam hæreditatem nomine dotis, dederit an ipſi filiæ præiudicat.

277 Statutum priuans dotatam tali hæreditate, an locum habeat quando talia bona in dotem dantur.

278 Statut. dotatam excludente ſi contingat aliquam dotatam fuiſſe tempore ſtatuti quod poſtea reformatum fuit, an attendamus tempus prioris ſtatuti, an uerò tempus reformationis.

279 Statutum excludens maritatam, an liget impuberem deſponſatam, uel maiorem ſponſam de futuro.

280 Statutum prædictum an habeat locum in matrimonio inualido, uel præſumpto.

281 Statutum excludens ſimpliciter maritatam, an locum ſibi uendicet in ſimpliciter dotata, quaſi ſit deſtinatione maritata; cùm dos præſupponat matrimonium.

282 Statutum de lucro dotis loquens de maritata non habet locũ in impubere ſponſa.

283 Diſpoſitio de facto, locũ non habet in re deſtinata ad factum.

284 Statut. maritatam excludens, an requirat q. etiã dotata ſit.

285 Statutum excludens maritatam, an ita demum locum habeat

cum ſaquuta fuerit copula, non ante.

286 *Cum ſtatutum non diſtingit nec nos diſtinguere debemus.*

287 *Statutum maritatam excludens, an locum habeat in uidua.*

288 *Viduæ an cenſeantur eſſe in matrimonio d. functi in his, quæ ſunt eis fauorabilia, uel odioſa.*

289 *Statu. maritatam excludens, an locum habeat in ea cuius maritus ſtatim mortuus fuit.*

290 *Statu. diſponens q. maritus uxore mortua lucretur partem dotis, locum habet etiam ſi matrimonium momento tantùm durauit.*

291 *Si pater ſubſtituit filio ſi ſine liberis deceſſerit, ſi filius deceſſit relicto filio, qui paulo momento ſuperuixit deficit ſubſtitutio.*

292 *Emphyteota uel uaſſallus alienantes rem emphyteoticam uel feudalem, cadunt à iure ſuo licet ſtatim facta alienatione rem ipſum redemerint*

293 *Statutum maritatam excludẽs, an locum habeat in, ea quæ maritum habet inutilem.*

294 *In dubio non eſt à uerbis ſtatuti & à propria eorum ſignificatione recedendum.*

295 *Statutum excludens maritatas extra territorium à ſucceſſionibus, an locum habeat in ſucceſſionibus iam delatis, ſeu acquiſitis.*

296 *Statutum prædictum an locum habeat in maritata extra territorium, quæ uidua remanſit.*

297 *Quotiens qualitas inſert in cauſa finali, quæ non eſt cauſa eſſendi, ſed fiendi ſufficit illam ſemel extitiſſe.*

298 *Statutum excludens nuptas extra territorium uel forenſes, an trahatur ad filias primi gradus.*

299 *Non eſt bona argumentatio de excluſione ſtatuti ad exhæredationem: cum excluſio fiat ad publicam utilitatem: exhæredatio ob culpam.*

300 *Statutum excludens tranſeuntem ad ſecunda uota à ſucceſſione primi mariti, an uideatur pariter excludere filios primi mariti à ſucceſſione talis matris.*

301 *Excluſa matre à ſucceſſione filiorum primi mariti, an etiam filij nati ex primo matrimonio uideantur excluſi à ſucceſſione filiorum natorum ex ſecundo matrimonio: & econtra.*

302 *Culpa matris non debet obeſſe filio.*

303 *Si mulier paulo poſt primum maritum mortuum nubat, & ante .ix. menſem completum, uel ſtatim poſt, pariat, cuius mariti, an primi, an ſecundi præſumetur partus,*

304 *Statutum excludens mulierem tranſeuntem ad ſecunda uota à ſucceſſione filiorum primi mariti, an locum habeat in uidua inhoneſtè uiuente:*

305 *Sicut propter adulterium commiſſum in uita mariti mulier priuatur dote: ita propter ſtuprum per uiduam commiſſum.*

306 *Limitatio ad regulam quæ dicit, quãdo duo caſus à .l. antiqua æquiparantur, lex noua ſuperueniens in uno &c.*

307 *De intellectu ſtatuti Aſtenſis quod incipit deteſtanda &c. poſiti ſub .xvi. colla.*

308 *An ex ſola dotis cõſtitutione uel traditione facta ſecundum ſtatuta ciuitatis Aſtenſis filij primi uel ulterioris matrimonij excludantur à ſucceſſione materna. ita q. liberi ſecundi matrimonij eos excludant? & an maritus lucretur dotem ſtante ſtatuto q. mulieri liceat contrahere de bonis ſuis, in dotem dare, uel aliter diſponere excluſis filijs prioris, uel alterius matrimonij: ſtante etiam alio ſtatuto Aſten. q. ſoluto matrimonio ſine liberis maritus lucretur dotem, & præſuppoſito q. uxor deceſſerit ſuperſtite ſecundo uiro nullis ex eo relictis liberis, ſed relictis ex priore tantum.*

309 *Gerundium agendo, ſignificat actum in fieri, non ſubſtantiam & effectum actus.*

310 *Vbi tractatur de fauore irrogando propter liberorum exiſtentiam, intelligitur de liberis ex eis ſuſceptis.*

311 *Connexa & inſeparabilia debent pro uno haberi.*

312 *Quando dicatur argumentum ab indefinita procedere.*

313 *Vbi agitur de duobus & unius magis intereſt, q̃ alterius, plus iuris habens debet præferri.*

314 *Statutum de dote lucranda ſi mulier ſine liberis deceſſerit non uerificatur in ea, quæ deceſſit relictis liberis ex anteriore matrimonio, licet non ex ſecundo.*

315 *De intentione prædicti ſtatuti Aſtenſis incip. deteſtanda.*

316 *Lex corrigens debet intelligi ſecundum legem correctam.*

317 *Stantibus ſupradictis Aſten. ſtatutis ſi mulier decedat in ſecundo matrimonio ſine liberis ex illo relictis, relictis tamen ex primo matrimonio, ac ſecundo marito & patre mulieris ad quem ſpectabit dos.*

318 *Si mulier nupſerit in loco non ſubdito ciuitatis ſtatuto, ibiq́; filios ſuſceperit, poſtea in ciuitate Aſtenſi matrimonium contrahat: an filij prioris matrimonij cum filijs ſecundi matrimonij ſuccedant non obſtante. d. ſtatu. deteſtanda.*

319 *Statutum prædictum deteſtanda, an locum tantùm habeat quãdo exiſtens in uiduitate dat ſecundo uiro anteq̃ cum eo contrahat: an etiam ſi dederit poſt contractum matrimonium.*

320 *An uirtute dicti ſtatuti mulier trãſiens ad ſecunda uota nõ reddita ratione adminiſtratæ tutelæ præſeruetur à pœnis auct. eiſdem. C. de noxa. cum ſimi.*

321 *Quando ſtatutum excludit mulierem propter plures qualitates, an ſit neceſſe eas omnes concurrere.*

322 *Statutum diſponens bannitum & condemnatum poſſe impunè offendi utrunq; copulatum requirit, & bannitum, & condemnatum eſſe: & plura de hac materia.*

323 *Statutum excludens cognatos propter agnatos an excludat filiam, ſeu filium ſororis propter patruum uel alium agnatum maſculum.*

324 *Filij ſororum iura agnatorum conſequuntur & largo modo dicuntur agnati*

325 *Quid ſi ſtatutum excludit ductas ad domum mariti ſine uoluntate patris.*

ARTICVLVS VI.

1 CIRCA SEXTVM Articulum principalem videndum eſt † quæ perſonæ intelligantur per talia ſtatuta excluſiua fœminarum excluſæ. Quem articulum in quatuor membra principalia diuidendum putaui: Nam quandoq; talia ſtatuta conſiderantur tanquam generaliter & indefinitè fœminas excludentia, quandoq; verò tanquam excludentia certum gradum ſeu lineam fœminarum, putà aſcendentium, deſcendentium, vel collateralium, quandoq; tanq̃ ſimpliciter excludẽtia certas pſonas quandoq; verò tanquam certas perſonas excludentia ſub aliqua qualitate, putà quia ſint dotatæ uel maritatæ uel extra territorium nuptæ uel aliter.

PRIMO caſu contingit de infrà ſcriptis quæ-

2 ſtionibus ad præſens dubitari. Et primò † an talia ſtatuta vendicẽt ſibi locum in perſonis forenſibus ſeu fœminis forenſibus, præſupponendo prout uerum eſt, quòd ſtatuta excludentia forenſes à ſucceſſione ualeant ſecundum Baldum in lege ſecunda circa finẽ. C. ut in poſſeſ. leg. & notatur in lege dudum. C. de contrahenda emptio. & in. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de uerborum obli. de ſtatuto prohibente, forẽſem acquirere.

rere. voluit Pet. de anch. in conſi. ccxiiij. inci. pro iſto
tempore. Bal. in conſi. ccclvij. incip. nulla mulier pri-
mo volu. ſecundum vltimam impreſſionem. Et dixi
in. i. arti. prin. & patet ex his quæ dicam infrà in. vij.
arti. prin. in. iiij. q. circa quam quæſtionem præmiſſam
redeundo ad propoſitum poſſet annecti alia quæſtio,
3 †an in ſucceſſionibus ſit attendendus locus originis
defuncti, & ius ibi vigens, an verò locus in quo mor-
tuus eſt is de cuius ſucceſſione agitur, an verò locus
aditæ hæreditatis, an verò locus ſtatuti & vbi bona
ſunt ſita, quam examinabo. ī. in. viij. arti. princip. in
xxiiij. q. & hic ſolùm tractabo, an fœminæ forenſes
excludantur per tale ſtatutum à bonis, ſitis intra ter-
ritorium ſtatuentium præſuppoſito ꝙ attendẽdum ſit
ius ibi vigens, in qua quæſtione dicendum puto ꝙ aut
ſtatutum expreſsè declarat quas fœminas velit exclu-
dere, ſicut facit ſtatutum Aſtenſe qđ excludit fœminas
quæ ſunt de diſtrictu, iuriſdictione, vel virtute aſten.
& tunc aliæ forenſes non excludentur, argu. l. ſi extra-
neus. ff. de condi. ob cau. & l. ſi cum dotem in princi.
ff. ſol. matri. & l. maritus. C. de procu. & l. cum præ-
tor in princip. ff. de iudi. et ſi expreſsè ſtatutum exclu-
derit forenſes & alios non, vel excluderet tam foren-
ſes quàm nõ, res eſſet clara. l. ille aut ille. §. cum in ver-
bis. ff. de legat. iii. & pro prædictis facit quod voluit
Bald. in conſi. ccxv. incip. quæritur vtrum. iii. vol. ſe-
cundum penultimam ſtampam, quòd ſtatutum exclu-
dens à ſucceſſione mulierem, quæ ſit de terra nõ
trahatur ad aliam forenſem. Facit notabilis doctrina
Bar. in repe. l. de quibus pen. colum. ff. de legi. vbi di-
cit, tunc non attendi quòd ſit par ratio excludendi fo-
renſem, vult Bart. in repe. l. i. in. vi. colum. verſi. qui-
bus autem videtur. C. de ſum. tri. quid autem ſi ſint ori-
ginarij alibi habitantes dicetur. ī. in ſi. huius quæſtio.
Aut verò ſtatutum ſimpliciter loquitur, & tunc aut
maſculus de cuius commodo agitur, & fœmina de
cuius excluſione tractatur ſunt ambo forenſes, & eo
caſu cum maſculi de quorum commodo tractat̃ non
ſubeant munera loci in quo viget ſtatutum, nec quo
ad onera ſub diſpoſitione ſtatutorum includantur, nõ
debent gaudere beneficijs & fauoribus ſtatutorum,
& multo magis hoc procedit vbi ſoli maſculi eſſent fo-
renſes, ita colligitur ex verbis Bar. in tracta. repriſsaliarum,
in. i. q. v. prin. & vult Pau. de caſt. in. l. omnes popu
li in ſi. commen. ff. de iuſti. & iure in lectura padu. An
ge. in conſi. lxxiij. ſecundum meam impreſſionem in-
cipi. ꝙ dicta actio. Ro. in conſi. ccxxiij. inci. iſta cap
tura vbi ad hoc allegant plura iura. Fiunt enim muni-
cipalia iura in fauorem ſubditorum non forenſium. l.
i. & in epiſtola liquet. C. de ſum. tri. & fide cath. & l. ii.
i. ff. de leg. & l. imperialis. C. de nup. & hoc voluit oui.
de ſuza. in quæſtionibus ſuis ſtatutorum in. q. incip.
ſed pone ꝙ ſtatutum non tenet, & in. q. incip. quæſtio
talis eſt Bono. conuentus &c. Vbi vult ꝙ ſtatutum
non comprehendat forenſem, nec quo ad hoc vt ei pro-
ſit, nec quo ad hoc vt ei noceat, de cuius dicti verita-
te continget infra dicere in hac ea. q. Idem pulchrè vo
luit in terminis Bal. in conſi. cccclx. incip. Ioannes de
albingana in prima parte ſecundum vltimam ſtampã
vbi dubitat de recepto in ciuem ſeu ad pleniſſimam ci
uilitatem an ſtatutum illi proſit vt fœminam excludat
quam de iure cõmuni nõ poſſet excludere, facit quod
vult ipſe Bal. in. l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & quod
notat Signo. in. q. incip. ſtatuta ciuitatis inſerta inter
eius conſilia numero. clxvij. in antepe. colum. verſic.
præterea. Facit etiam quod dixit in auctẽ. & omni
no. iij. colum. verſi. venio. ad perſonam iudicis. C. ne

4 fil. pro patre, vbi dat regulam quòd † illi qui nõ ſunt
ſub protectione loci, & incolæ qui munera ibi nõ ſub-
eunt non gaudent beneficijs loci, quia non ſunt pars il
lius corporis hoc eſt reipu. cuius contemplatiõe ema-
nauit beneficium. Si verò maſculus non eſt forenſis,
ſed tantummodo fœmina quæ vellet ſuccedere, tunc
variæ fuerunt opiniones, & ſecundum Barto. in. d. l.
cunctos populos in vlti. q. vij. princ. verſic. ſed poſſet
5 dubitari. Eſt † aduertendum qualiter ſint verba ſtatu
ti vel conſuetudinis concepta, an in rem, an in per
ſonam. Si in rem puta ꝙ bona non deuoluãtur ad fœ
minas ſiue quòd ad maſculos deuoluantur, vel exem-
plificando prout exemplificat Bar. vbi. ſ. in conſuetu
dine angliæ quæ vult primogenitos tantùm ſuccedere
& ꝙ bona deueniant ad primogenitum, fœminæ etiã
forenſes excluduntur per textum in ſimili in. l. reſcri-
pto. §. fi. ff. de mu. & ho. cum ibi notatis per gloſ. &
Barto. & in. l. iubemus nullam, & in. l. placet. C. de
ſac. ſan. eccl. facit. l. & an in totum. C. de ædifi. priua.
& quod notat Inno. Ioan. an. in nouel. Panor. & Ca-
no. in. c. poſtulaſti de foro competen. Imo, in ca. cum
6 olim in fi. commen. de cleri. coniuga. † Licet enim ſta-
tutum non poſſit afficere perſonam propter rem, quæ
eſt in territorio ſtatuentium, poteſt tamen afficere rem
ipſam. d. l. reſcripto. §. fin. cum iuribus. ſ. allegatis, fa-
cit quòd dixit Barto. in. d. l. cunctos populos in. iiij.
q. v. principa. Si autem verba concipiantur in perſo-
nam puta ꝙ fœminæ non ſuccedant extantibus maſ-
culis, tunc quia afficitur perſona mulieris & inhabi-
litatur fœmina forenſis, cuius perſona non eſt ſubiecta
iuriſdictioni ſtatuentium non excluditur. d. l. reſcri-
pto §. fina. & l. libertis. §. ſola. ff. ad municipa. & quòd
notant Inno. & Cano. in. d. c. poſtulaſti cum concor
dan. ſ. allegatis, & ad hoc vt inſpiciatur, an diſpoſi-
tio ſit in rem vel in perſonam concepta. facit. ff. de cõ
trahen. emptio. l. fin. in fine. Et prædictam diſtinctio-
nem ſequitur Franciſ. de ramp. in conſil. ſuo incipien.
ſtatuto ferrarienſi poſito in volumine conſiliorũ Cal-
de. ſub rubrica de teſta. numero trigeſimotertio, aliàs
trigeſimoquarto, quem refert & ſequitur Alexãd. in
conſi. quadrageſimoquarto, incipit. videtur prima fa
cie. v. volumi. vbi alleg. Imo. in terminis in. c. quod
clericis de fo. cõpe. qui dicit ſe ita cõſuluiſſe, & notata
ibidẽ per Ant. de bu. dũ dicit filiã monacham nõ com-
prehendi, eo quia nõ eſt de iuriſdictione, de qua. q. ī.
dicã. & fuit originaliter diſtinctio Pet. prout refert cy.
in. d. l. cunctos popu. & Alex. in cõſi. prællegato idẽ
et voluit Pau. de ca. in conſi. cccxiiij. incip. circa pri-
mũ quæſitum in vol. antiquorũ conſiliorũ ſm primã
impreſſionẽ, & Marti. de laude in tractatu de primo-
genitura in. vij. col. ver. quæro ſi ſtatutũ ſit in anglia
cũ ſeq. Adducẽs ad hoc quod põderanda ſunt verba
ſtatuti, an loquãtur in rẽ, an in perſonã. l. aut quã aliter
§. fi. ff. ꝙ vi aut clã. Idẽ dixit Pau. de ca. in conſi. xxx-
ij. incip. circa primũ in volu. antiquorũ conſiliorũ ſe-
cundũ vltimã ſtãpã, ſed Pet. de anc. in repe. c. canonũ
ſtatuta in. xij. q. prin. in. xij. car. verſi. ſed remanet for-
tè dubiũ, & in ver. eſt tamen dubiũ non facit vim de
prædicta diſtinctione. An ſtatutũ loquatur in rem, an
in perſonam licet videatur dubitare, an forenſis ſub ta
li ſtatuto comprehendatur & quòd referat, an ſtatutũ
loquatur in rem vel perſonam, vide Bald. in. l. ij. pro-
pe fi. commen. ff. de legi. inferentem ad ſtatutum pro-
hibens peti à principalibus debitoribus communis an
habeat locum in fideiuſſoribus. ut dicit Bal. in. l. om
7 nes populi antepe. colum. ff. de iuſti. & iur. ꝙ † ſtatutũ
in perſon aliter loquẽs in delictis comprehẽdit omnes

perſonas & mandatorem, non tantùm facientem. Et
dicit Bald. ibi in ſeq. ſeu pen. colum. verſicu. ſed nun-
quid, quòd ſi ſtatutum loquitur in rem compræhẽdit
etiam perſonam fictam, putà ſi dicat quòd debitum
non petitum. ī. annum amplius peti non poſſit, ſecus
ſi in perſonam loquatur, putà ſi quis non petierit debi
tum infrà annum amplius petere non poſſit, quia non
comprẹhendet ciuitatem vel villam aut hæreditatem
iacentem. Item refert an ſtatutum de turbata poſſeſ-
ſione loquatur in rem vel in perſonam, vt per Bartol.
in. l. i §. non autem. ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſ. fue. in fin.
8 commen. Item † ad effectum vt comprẹhendat cleri
cum vel forenſem, refert an ſtatutum loquatur in rem
vel perſonam, vt per Imo. in capitulo quod clericis,
iij. columna de foro competen. Simile dicimus de ſta-
tuto inducente prẹſcriptionem erga debitũ non petitũ,
quia refert an loquatur in perſonam vel rem, vt per
Paulum de caſtro in lege ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſu-
cap. & Modernos in lege nemo poteſt. ff. de legat. pri
mo. Simile videmus in inſtantia præfixa à ſtatuto,
quia refert an verba dirigantur iudici, an ſint in rem,
vt per Bartol. & alios in lege properandum in princip.
C. de iud. item refert an prohibitio legis vel ſtatuti pro
hibentis contrahi ſit in rem vel perſonam vt actus poſ
ſit iuramento firmari ſecundum Barto. in auctenti. ſa-
cramenta pube. ij. col. C. ſi aduer. vend. & in. l. ſi quid
ꝓ eo. v. caſu. ff. de fideiuſ. quod reprobat Imo. in ca-
pitu. cum contingat. iij. artic. princi. de iureiuran. vbi
etiam Panor. & do. Iaſon in dicta auten. ſacramenta
puberum inſti. commen. Idem no. Pet. de anch. in prẹ
dicta quẹſtio. xiij. in. xiij. carta verſic. quẹro iuxta præ
dicta magis audacter loquendo concludit communẽ
opinio. eſſe vt tale ſtatutum comprẹhẽdat forenſem ſi
ue loquatur in rem ſiue in ꝑſonam, & loquitur in ter
minis ſtatuti tudertini diſponentis, quòd mater non
poſſit ſuccedere filio niſi in octaua parte, & dicit quòd
mulier de vrbe veteri matrimonio copulata tuderti
& mortuo viro relicto ex ea filio maſculo ad natura-
le domicilium & locum originis reuerſa, ita vt quoad
locum tuderti eſſet forenſis, non poſſet illi filio defun-
cto ſuccedere in bonis quẹ habuit tuderti, niſi in octa-
ua parte iuxta diſpoſitionem dicti ſtatuti tudertini, ſub
9 dens communem opi. eſſe vt † in ſucceſſione inteſta-
ti attendantur ſtatuta loci vbi ſitẹ ſunt res quaſi tacita
alienatio ſit per dictum ſtatutum in matrem prohibita
prẹterquam in octaua parte arg. l. codicil. §. penu. ff. de
leg. ij. & ita dicit conſuluiſſe Bal. in conſi. incip. in no
mine domini &c. punctus talis eſt quamuis Barto. vt
ipſe dicit, voluerit fieri differentiam, an ſtatutum lo-
quatur in rem vel in perſonam, quod conſilium Baldi
non inueni, & illud etiam ſe non inueniſſe dixit Ale-
xã. in dicta. l. cunctos populos in apoſt. ad Bar. circa
illam vltimam. q. vij. princip. Prẹdictam opi. ꝙ non
ſit facienda talis diſtinctio, & quòd ſtatutum liget fo-
renſes in bonis ſitis in territorio ſtatuentium, ſequitur
Bald. in dicta lege cunctos populos verſi. venio ad ſe-
cundum ſcilicet ad ſucceſſionem inteſtati in. xi. colum
10 na. quia † non agitur de perſona ſed de acquiſitione.
Ideo debet inſpici locus rerum acquirendarum, &
hæc opinio apud antiquos fuit communior cum qua
tranſiuerunt Iaco. de rauen. Dyn. Gui. de cuneo, &
Cyn. in dicta lege cũctos populos, pro qua facit quod
voluit Bart. in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter.
11 & releg. vbi voluit † ſtatutum factum ad commodũ
illorum qui ſunt de populo ſtatuentium valere & por
rigere effectum ſuum contra extraneos, ſeu forenſes,
etiam ſi ipſius ſtatuti effectus redundet in poenam ipſo
rum extraneorum per. l. mercatores. C. de commer. &
merca. & l. fi. in fi. ff. de decre. ab ordi. fac. quod di-
ctum ſequitur Pau. in. d. c. poſtulaſti. iij. colum. de fo
ro competen. Et corneus conſi. cxlvij. incip. cõſtat. iij.
volu. ij. colum. dicens ꝙ eſt communis opi. Sic ergo
& in caſu noſtro cum hoc ſtatutũ fiat fauore maſculo
rum, & in publicam vtilitatem cedat, licet concernat
odium forẽſiũ tenere deberet, ſed quidam Doct. cuius
dicta referuntur in dicto conſilio. xxxiij. inſerto in vo
lumine conſiliorum Calde. ſub rubrica de teſta. cuius
verba refert & ſequitur Alexan. in dicto conſil. xliiij.
& idem Alexan. in conſi. xvi. incip. viſo titulo quæ-
ſtionis prima colum. i. vol. Sub dubio tamen forte ali
ter locutus fuit. Dicit enim quòd diſpoſitio ſtatutorũ
prædictorum priuatiua directò relata ad perſonam, ſi
priuet à bonis compræhendit non ſubditum, quia tũc
ſtatutum conſiderat ſolum effectum acquiſitionis qui
oritur intra territorium ſtatuentium, de quo potuerũt
12 ſtatuentes diſponere, & quòd † ſtatutum bene po-
teſt non ſubditum excludere ab acquiſitione bonorum
in ſuo territorio ſitorum lege certa forma. C. de iure fi
ſci. lib. x. & C. de commer. & merca. quaſi per totũ.
Si autem ſtatutum excluderet ab hæreditate, tunc ſecũ
dum eum ſubeſt dubium difficile, & dixit quòd ſi aſſu
mimus hæreditatem pro bonis prout aſſumit gl. in. l.
i. §. fi. ff. de re. diui. & in lege tertia, in princ. ff. de bono
rum poſſeſſ. Idem dicendum eſſet quòd quando pri-
uat à bonis, ſed ſi aſſumpſerimus hẹreditatẽ pro quo-
dã intellectuali ſeu pro quodã iure quod appellatur
ſucceſſio in vniuerſum ius quod vocatur hæreditas
l. nihil aliud. ff. de verbo. ſignifi. & l. hæreditas. ff. de
acqui. re. do. & l. mortuo. ff. de fideiuſ. quod quidẽ
ius eſt illud quod per aditionẽ acquirimus, quo quæ
ſito repræſentamus perſonam defuncti ſicut ipſa hære
ditas primò & ante aditionem repræſentabat, & tunc
quia tale ius intellectuale non clauditur loco, ita ꝙ de
eo tanꝗ de re exiſtente intra territorium iudicare non
poſſumus, non poteſt ſtatutum diſponere niſi in præ-
iudicium ſubiecti, vt patet ad ſenſum ſecundum eum
quia cum perſona non eſt ſubiecta, pariter non eſt ius
intellectuale quod in eo loco non eſt. l. gayus. ff. de le-
ga. ij. l. vxor §. legauerat. ff. de leg. iij. iura enim incor-
poralia vbiꝗ ſunt. l. fi. C. de præſcrip. long. tem. & ſe
cundum eum in dubio talia verba loquentia de hære
ditate eſſent capienda prout hẹreditas eſt quid intelle-
ctuale per iura prẹdicta, niſi conſuetudo aliter ſe ha-
beret quẹ eſſet probanda. l. labeo. ff. de ſupp. leg. Vel
13 niſi talia verba eſſent prolata ab idiotis. Nam † licet
verba prolata à legis conditoribus ſeu à iure peritis,
intelligantur ſecundũ interpretationem legalem. Si ta
men proferantur ab idiotis, intelliguntur ſecundũ ꝙ
in idiotam cadũt lege quòd ſi nepotes, & quod ibi no
tant Glo. & Doc. ff. de teſt. tutel. & l. i. C. de contra-
hen. & commit. ſtipu. Idem dicit prẹfatus doctor vbi
ſtatutum priuaret à ſucceſſione, quia ſucceſſio & hæ
reditas ſunt ſinonima. d. l. nihil aliud, & l. hæreditas
ff. de reg. iur. & ſunt eadem natura & ſubſtantia, vn-
de debet eſſe idem effectus, vt ſtatutum in vno intelliga
tur ſtatutum in alio ſecundum Dynum, in regula ſine
poſſeſſione de reg. iur. in. vi. Et ita dicit prẹfatus do-
ctor ſe intelligere no. per Barto. aliàs per Iaco. but. in
d. l. cunctos populos, & per Ioan. an. in addi. Spec.
in titu. de inſtru. edi. §. compendioſẹ verſi. quid ſi con
ſuetudine alicuius loci. Et apertè ſentit præfatus doc.
quòd etiam ſi ſtatutum loqueretur in rem non comprẹ
henderet forenſem quando loqueretur de hæreditate
vel ſucceſſiõe, dum vult quòd quia ſunt quid intelle-
ctuale, &

ſtuale, & conſequenter non poſſunt dici eſſe intra ter-
ritorium ſtatuentium, non poſſim ſtatuentes diſpone-
re niſi in præiudicium perſonæ ſubditę, cuius contra-
rium voluit Bar. in. d. l. cunctos populos, in. vij. q.
circa fi. ʒ. allegata. Et dum dicit quòd quãdo ſtatutum
loquitur in perſonam, & de bonis non autem de hæ-
reditate compræhendit forenſem, etiam dicit contrã
theoricam Bar. & doct. in loco. ʒ. allegato. Sed pro
opinione ꝙ forenſes nullatenus compræhendantur
ſub talibus ſtatutis, ſiue ſtatutum loquatur in rem ſiue
in perſonam, facit quia quem ſortiri forum in aliquo
loco, & legibus, & ſtatutis eius ſubijci à pari pcedunt
vt notat Glo. viij. diſtin. c. quæ contra mores, & in
c. illas. xij. diſtin. Et doc. in rubrica de conſu. & Ioan.
calde. plenè in diſpu. incip. quidam florentinus, ſed
fœmina forenſis non ſortitur forum, maximè ante ac
quiſitionem bonorum & hæreditatis in loco vbi ſunt
ſita bona, ergo legibus & ſtatutis illius loci non ſubij
citur, facit ad idem quod determinat Guld. de ſuza. in
quæſtionibus ſtatu. q. incip. ſed pone ꝙ ſtatutum non
tenet, vbi concludit ſtatutum nunquam compræhendere
forenſem, quo ad hoc vt nocere poſſit. d. l. cunctos
popu. Et propterea Pau. de ca. in conſi. ccclxxxvij. in
14 cip. præſuppoſito. ij. vo. Dixit ꝙ † ſtatutum de dote
lucranda non habet locum in præiudicium filiorum
alterius matrimonij qui nõ ſubſim ſtatuto. Et per hoc
dicit Gul. ꝙ etiam ſtatutum non comprehendit foren
ſem ad hoc vt ei proſit, arg. l. fi. C. de fru. & lit. expẽ.
& l. pe. in fi. C. commu. de leg. l. in ſacris. C. de pro-
xi. ſacro. ſcri. lib. xij. quia iniquum eſſet quem habere
commodum ex ſtatuto ex quo læſionem habere non
compellitur, arg. l. i. § pro ſecundo in fi. C. de cad. tol
len. cum alijs iuribus per eum allegatis. Et dicit idem
Gui. in alia. q. ſtatu. incip. quæſtio talis eſt bononien.
conuentus, poſt Vber. de bob. ſtatutum debere ſemp
ita interpretari & arctari ꝙ extraneus ſiue forenſis nõ
contineatur allegat. l. i. §. fi. ff. ꝙ quiſ. iur. & d. c. illas.
xij. diſtin. & c. cum veniſſent de eo qui mit. in poſſeſ.
cauſa rei ſer. Ad idem facit quod dixit Bal. in repet.
l. de quibus verſi. quarto quæritur an conſuetudo. ff.
15 de leg. vbi dixit † ꝙ conſuetudo immediatè cõpulſi-
ua vel prohibitiua aut pœnalis non extenditur ad fo-
renſem, ſed mediante aliquo facto vel delicto per ip-
ſum forenſem in territorio perpetrato, forenſis bene li
garetur, quia faciendo vel delinquendo, videtur ſe
ſubijcere ſtatuto, vel conſuetudini. allegat §. quia verò
veriſimile in auc. de non alie. & quod notatur in Spe
cu. in tit. de conſti. §. i. verſi. & no. & per Inno. & Io-
an. in rubrica de conſue. Ad idem facit ꝙ dixit Spec.
in tit. de ſen. prola. §. qualiter verſi. Item pone quidam
flandrenſis, & Bar. in. d. l. cunctos populos in. iij. q.
iij. prin. Et ibidem Bald. in verſi. nunc econtra de inha
bilitate, & in verſi. dixi de ſtatutis permiſſorijs quo-
rum opinio eſt communis, vbi volunt ꝙ ſi ſtatutum
diſponat impediendo perſonam, putà quia ſtatutum
diceret ꝙ vir non poſſit inſtituere vxorem, ſi forẽſis
teſtetur in loco ſtatuti & vxorem inſtituat, valebit in
ſtitutio per. l. i. in fi. & l. i. etiã cum gl. ff. de tut. & cu
ra. da. ab his, & quia opponi poſſet ꝙ prędicta deciſio
non loquitur, quando forenſis haberet bona in loco
ſtatuti, reſpondetur ex his quę dixit Pe. de anc. in rep.
d. c. canonum ſtatuta in. xij. q. prin. verſi. quæro vlte
rius circa iſta ſtatuta permiſſiua allegando Bal. ita te-
nere ꝙ ſtatutum habilitans, vel inhabilitans perſonã
alicuius nõ videtur habilitare uel inhabilitare forenſem
et quoad bona ſita in territorio ſtatuentiũ, quia bona ve
niunt potius acceſſoriè ad perſonam vbicunque ſita ſint

& nõ ad bona, vt dixit Cy. in. l. prima. C. vbi pe. tu.
Et conſequenter ratione bonorum non fundatur iuriſ
ditio ſtatuendi in forenſem. d. l. libertus. §. ſola. ff.
ad muni. & l. reſcripto. § fi. cum concor. ad hoc. ʒ. al
legatis. Et notat Inno. in. c. paſtoralis, de priuile. Ad
idem facit quod notat Old. in conſi. ccxlviij. incipiẽ.
pręſuppoſita conſuetudine in ſecundo articulo illius
conſilij. Sequitur Corneus conſi. xciiij. inc. circa in ſe
cundo dubio. ij. col. ij. volu. quãuis aliter dicat in. d.
conſi. cxlvij. incipiẽ. conſtat. ij. colum. iij. volu. Ad
idem facit etiam ꝙ dixit Cy. in. l. i. in fi. commen. C.
quę ſit long. conſue. poſt Iaco. de are. & Oldr. quem
refert Alb. de roſ. in. d. l. cunctos populos in. vij. co.
verſi. ex prædictis colligunt quidam, volentes quòd
ſi Bonon. habeat prędium in territorio Imol. & Imo.
fiat ſtatutum ꝙ nullus poſſit extrahere granum de di-
ſtrictu Imolæ. tale ſtatutum non compræhendat nec
liget Bonon. forenſem. l. munerum. §. præterea. ff. de
mu. & ho. iuncta. l. l. ff. ad muni. per quæ iura, ita di-
ſputando tenuit Iaco. de are. prout dicit Floria. in. l.
ſi pendentes. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufru. cum qua
ſententia videtur trãſire Alex. in conſilio. ʒ. allegato.
xliiii. facit ad idem quod dixit Bal. in rubrica. C. qui
accu. nõ poſ. vlt. col. ver. ſed quæro an vigore iſtius
ſtatuti, vbi dixit ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ quilibet ad
mittatur ad accuſandum de aliquo facto ſeu delicto,
ſi eo caſu de iure communi non ſit permiſſum accuſa
re, putà quia de iure cõmuni nõ ſit delictũ uel publicũ
crimen, tale ſtatutum non includit forenſem volentẽ
61 accuſare beneficio illius ſtatuti, quia † ſtatuta nõ ſunt
leges publicorum iudiciorum ſed priuatorum in ſuo
populo tantùm, vnde accuſatio popularis per legem
municipalem forenſibus non datur, arg. l. ſi non ſpe-
ciali. C. de teſta. & ꝙ non excludatur forenſis, tenuit
do. Signo. de homo. in diſpu. incip. ſtatuto ciuitatis
Mediolani inſerta inter eius conſilia nume. clxvij. &
Pet. de ancha. in conſi. clxviij. incip. viſo puncto in
fi. dicens hoc maximè verum eſſe ſi verba ſtatuti con-
cipiantur in perſonam. In hoc difficili tenerem illã
opi. ꝙ talia ſtatuta ligent fœminas forenſes volentes
ſuccedere extantibus maſculis ciuibus, ita vt fœminę
excludantur non habita illa diſtinctione, an ſtatutum
loquatur in rem vel in perſonam, quam opinionem di
xit Pet. de anc. prout retuli fuiſſe communem, & quã
communiter ſecuti fuerunt Doc. antiqui, & moueor
per iura & fundamenta ſupra allegata, dum referrem
doctores qui eam tenuerunt, & maximè quia prout di
cit Cy. in. d. l. cunctos populos in fi. Iſta ſtatuta ac ta-
lis conſuetudo directè & indirectè diſponunt de bo-
nis qualitercunque verba ſint concepta, & prout dixi
ʒ. poſt Bal. & Pet. de anc. & notata in illo conſi. xxx-
iii. inſerto in volumine conſiliorum. Cald. ſub rubri
ca de teſta. Ipſa ſtatuta diſponunt in effectu de acqui-
ſitione bonorum quæ cauſatur in territorio ſtatuen-
tium qualitercunque verba ſint concepta, vnde nõ mi-
rum ſi debẽt ligare forenſes quo ad ipſam diſpoſitio
nem quæ eſt proprius effectus eorum, facit in arg. tex.
in. l. i. § fi. ff. de interdi. vbi dicitur ꝙ licet interdicta
in rem ſcripta ſint, tamẽ quia eorum effectus & ius eſt
in perſonam. Propterea quia pſona obligatur ad id
quod concernit interdictum dicuntur perſonalia, ſic
ergo & econtra in caſu noſtro licet perſona mulieris
afficiatur dum à ſucceſſione excluditur, tamen quia
effectus eſt in rem & reſpicit bona iudicabimus de tali
bus ſtatutis ac ſi eſſent in rem ſcripta, facit in arg. d. l.
ſeruo legato. § ſi teſtator. ff. de leg. i. & l. cum pater. §.
donationis. ff. de legat. ij. & c. tanta de exceſ. præla.

ſtine dixit Io.an.in addi. Spe.in tit.de conſti.§.i.ver.
pone ergo. ꝙ ſtatutum prohibens extrahi granum ex-
tra territorium ligat forenſes, quia licet non poſsit li-
gare perſonam.l.neq;.C.qui.da.tu.poſ.&.l.ius dan
di.ff.de tut.& cur.da.ab his,&.d.l.cunctos popu-
los,&.l.i.§.fi.C.de no.co.confir.&.l.i.C. de colo.
pal.&.l.reſcripto.§.fi.ff.de mu.& ho. Tamen poteſt
ligare rem.l.an in totum.C.de ædi.priua.&.l.pupil-
lo.ff.de tuto.& cura.datis ab his,&.l.ij.de excu.tu-
to.&.l.cum vnus §.is qui.ff.de bo.au.iu. poſſ. Ad
idem facit quod dixit Pau.de ca.in.d.l. inter debito
rem.ff.de pact.dum voluit ꝙ licet ratione rerũ non
poſsit collecta quę afficit perſonam imponi forẽſibus
d.l.reſcripto §.fi.cum ibi notatis,&.d.l.libertus.§.ſo
la cum concor.ſ.allegatis. Tamen valebit impoſitio
ſi in effectu non afficiat perſonam ſed rem, putà ꝙ ni
ſi ſoluatur fructus ſeu res ipſa capi poſsit, & ita intel-
ligit ipſa iura. Et ita dixit de cõſuetudine ſeruari, ꝙ etiã
voluit Bal.in.l.etiã in vltima col.C.de exec.rei iudi.
Et ita limitatur.d.l.reſcripto §.fina.&.d.§ ſola, quæ
iura etiam limitat Bal.in.l.i.in.vi.col.C.de ſent.quę
pro eo quod intereſt, vt non procedant quando ſtatu-
tum obligaret ad collectam perſonam forenſis, poſsi-
dentis prędium in territorio ſtatuentium propter ali-
quod ſuum factum, vt ſi diceret omnes qui colũt uel
coli faciunt in territorio ſoluant collectam, quia tunc
valeret ſtatutum etiam in forenſes, ſicut valet ſtatutũ
ꝙ omnes ingredientes portam ſoluãt aliquid, nam ex
eo ꝙ colunt vel ſeminant quaſi contrahere videntur.
17 Et † ſtatutum poteſt inducere quaſi contractus inco-
gnitos, arg.l.omnem.ff.de ludi. Facit quod dixi.ſ.
poſt Bal.in.l.de quibus.x.col.ver. quarto quæro.ff.
de legi. Et ad hoc ꝙ non ſit facienda differentia, an ſta
tutum loquatur in rem vel in perſonam, facit quòd uo
lunt But. Io.de lingnia. Imo.& Panor.in.c.cum con
tingat de iureiur. Saly.& Fulg.in auc.ſacramenta pu
berum.C.ſi aduer.vendi. Cuma.& Pau.de caſt.in.l.
ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& alibi ſæpe doc.legendo
18 & conſulendo volentes quòd † ſiue ſtatutum prohi
beat contrahi loquendo, in rem ſiue in perſonam non
trahatur ad actus iuratos, repræhenſa opinione Bart.
in.d.l.ſi quis pro eo in.iij.colũ.ver.tertio dixi, qui
diſtinguebat, an ſtatutum loqueretur in rem, vel in
perſonam.

Ad contraria reſpondetur & primò ad.l.fin.ff.de
contrahen.em.& ad no.in.l.iij.§.opus maximè per
Bar.ff.de alie.iu.mu.cau.fa.& in.l.fi.ff.de ope.no.
nun.cum concor.ibi ſignatis, quòd ibi de perſona ob
liganda, & non re expreſsè agebatur, & in illa materia
eſt dare effectum differentem.ſ.in obligatione quæ po
teſt eſſe realis & perſonalis, ſed in propoſito ſecus eſt,
& dicere quòd ſtatutum prohibendo fœminas ſucce-
dere non velit diſponere de rebus, ſed de perſonis, eſt
abſurdum & effectus eſt indiuiſibilis, iccirco non eſt
talis differentia facienda quomodo verba concipian-
tur. Ad.d.l.reſcripto.§.fi.& ad.d.§.ſola.patet reſpon-
ſio ex prædictis, quia ibi perſona non res afficiebatur
& ex prædictis etiam patet reſponſio. Ad.d.l. aut qui
aliter.§.fi.& quod ibi notat Bar.& Bal.in.l.adeo.ff.de
iuriſ.om.iud.& quia per hoc ꝙ verba ſint in rem vel
factum ſcripta non deſinit quominus de perſonis di-
ſpoſitum eſſe cenſeatur, nec etiam obſtat quòd no-
tat Bar.in.l.prętor §.ſi plures.ff. de ſepul. vio.& in
l.i.§.ne autem in fi.commen.ff.ſi quis te.lib.eſſe iuſ.
fue.vbi ad alios effectus ſit differentia, an verba legis
ſint in rem vel in perſonam concepta, quia ſolutio col
ligitur ex prędictis, & patet alibi multotiens quòd nõ
ſit talis differentia facienda, maximè in.l.gayus.ff.de
annu.leg.& in.l.i.&.ij.ff.ad velleia. quas leges pon
derat Ioan.de imo.in.d.c.cum contingat in.lxvij.
colum.verſi.non obmitto. Ad illud quod dicebatur
de ſtatuto prohibente extrahi granum extra territo-
rium ſtatuentium, vt non compræhendat forenſes ibi
habentes prædia, reſpondetur ꝙ verior opinio vide-
tur eſſe in contrarium prout dixit Alb. licet loquatur
ſub dubio fortè in.d.l.cunctos populos in.vij. colũ.
verſi.ex prędictis colligunt quidam Ioan.an.in addi.
Spec.in tit.de conſti.§.i.verſi.pono ergo, vbi declarã-
do & ſequendo verba Spec.idem in terminis noſtris
tenentis dicit ꝙ hoc caſu ſtatutum non ligat perſonam
ſed rem, allegat.l.i.C.quæ ſit long.conſue.&.l.an in
totum.C.de ædi.priua. Idem voluit Ray. de forli.in
addi.ad Cyn.repræhendendo ipſum Cy.in. d.l.i.C.
quæ ſit long.conſue. Idem voluit Floria.in.l. ſi pen-
dentes.§ ſi quid cloacarij.ff.de vſufr.licet ſoleat diſtin-
gui in illo qui emit frumentum extra territoriũ & por
tat per territorium in quo adeſt ſtatutum ad alium lo-
cum, an dicatur cõtrauenire ſtatuto vt ꝑ Iaco.de aret.
cyn.& Ray.in.l.ſi quis poſt hac.C.de ædi.priua.&
Pet.de anc.& Imo.in.l.i.de cleri.coniuga. Ange.&
Pau.de caſt.in.l.certa.§ ſed & ſi quis.ff.de leg.i.cum
concor.de quibus ibi per Alex.& in conſi.lxxxvi.in
cip.viſa inquiſitione quarto vol.& Firmi.in tracta.
gabel.in.viij.parte in princ.& do.Bapti.de ſancto ſe-
ueri.in repe.d.l.cunctos populos circa.ij.q.i. princi.
ibi tactę per Bar.in quibus locis docto. communiter
concludunt ligari illum qui alibi emit frumentũ quan
do ſtatutum vetat tranſitum aliàs ſecus. Item in dicto
19 ſtatuto adeſt alia ratio hoc ſuadens, quia ſicut † quis
delinquendo facit contra ſtatutum & ſubijcit ſe iuriſdi
ctioni ſtatuentium, ita extrahendo vel tranſeundo
vt per Cy.in.d.ſi quis poſt hac, & per Bal.in.d.l.de
quibus.x.col.ver.quarto quęritur, & quod ſolet no-
tari in auct.qua in prouincia.C.vbi de cri. agi.opor-
tet, facit quod notat Albe.in prima parte ſtatu.q.xv.
& in ſecunda parte.q.i.& pro dicta ſententia ſolet al-
legari tex.in.d.§.ſi quid cloacarij, qui dum indiſtinctè
loquitur in quolibet poſſeſſore, videtur loqui etiam
de forenſe quamuis contrarium tenentes dicant illum
non loqui de forenſe.

20 Ad illud autem quòd dicebat † ſtatuta loci in quo
ſunt res non ligare forenſes etiam ratione ipſorum bo
norum, & quia bona ſequuntur perſonam & illi ad-
hærent, reſpondetur quòd contrarium patet ex prædi-
ctis, cum ipſa bona affici poſsint per ſtatutum, vt prę
dixi & probatur in.d.§.ſi verò quis, & in.l.forma§.
agrum.ff.de cenſi.& in.l.i.C.de muli.& in quo loco
lib.x.& in.l.iuriſperitos.§.cum oriundus.ff.de excu.
tut.iunctis notatis per Bar.in.d.l.pupillo.ff.de tuto.
& cura.da.ab his, & quòd notat Nellus in tractatu
banni.in tertia parte ſecundi temporis in.lxxi.q.in fi.
Illa autem diſtinctio quòd ſit aduertendum, an ſtatu-
tum prohibeat mulierem ab hæreditate vel ſucceſsiõe
an verò à bonis, eo quia nomen hęreditatis, vel ſucceſ
ſionis cum ſit quid intellectuale loco non clauditur,
non placet, quia licet eſſe poſsit quid intellectuale, ta-
men compræhenſa ſub eo ſunt de territorio, vt latius
patebit ex his quę dicam infrà in.viij. arti. princip.in
xxiiij.q.vbi tangam, an talia ſtatuta compręhendant
incorporalia & nomina debitorum, an reliqua patet
21 de ſe reſponſio. Et ſi quæramus econtra † an ſtatuta
ligent ſubditam extra territorium, vt quòd mulier nõ
poſsit teſtari ſine conſenſu viri, & contingat illam te-
ſtari ſine dicto conſenſu extra territorium. Et quęratur

an teſta-

an taſtamentum ſit nullum ſaltem quo ad bona ſita in
territorio ſtatuentium non eſt materia noſtra, ſed latè
examinatur in.l.cunctos populos.C. de ſum.tri.per
Bar.& alios, & multa dicit corneus conſi.ccxli. in-
cip.de duobus.ij.vol.Et quia dixi maſculos forenſes
non gaudere beneficio talis ſtatuti, eſſet vidẽdum qui
dicantur forenſes, & Bal.in.d.l.dè quibus ver. quar
to quæro.§.allegato, remittit ſe ad text.in§.ſi verò in
22 auc.de quæſto.col.vi.Et † an comitatenſes & illi q
ſunt de caſtro ſeu villa exiſtente intra territoriũ & di-
ſtrictum loci ſtatuentium dicantur ciues, vel forenſes
notat Albe.in rubrica.C.quæ ſit long.conſue.in vl-
ti.carta ver.ſed an cõſuetudo ciuitatis, vbi dixit iſtos
compræhendi ſub ſtatuto per not.in.l.ex ea cauſa.ff.
de poſtu.Facit.l.inſulæ.ff.de iudi.&.l.qui ex vico.
iunctis notatis per Bar.in.l.i.ff.ad municip.l.l.ff.de
vſufruc.l.diuus.ff.de tut.& cur.da. ab his.l.nulli,
in ſi.C.de epiſ.& cleri.Bar.in.l.i.§.cum vrbem.ff. de
offi.præfec.vrb.& plenius in.l.ij.in.xxxvi. colum.
C.quę ſit long.conſuetu.Et Corneus conſi.ccxiij.in-
cip.circa, in prin.ij.vol.Pet.de anch.in conſt.ccxliij.
incip.pro iſto patre, vbi loquitur de medico condu-
cto ſeu ſalariato, do.Tho.doctius, & do.Bapti.poſt
eum in repe.d.l.cunctos populos in.xxiiij.carta. vbi
idem dicunt in rectoribus ciuitatum & eccleſiarum ſti
pẽdiarijs & conductis in loco durante officio, & ſcho
laribus licet ſint forenſes per not.per Bart.in.d.l.l. &
in.l.municipes.§.ſi.ff.ad muni.Et plenius per Bart.in
tracta.repræſa.in.l.&.v.q.prin.& in.iij.q. princip.
verſi.ad tertium cum tribus ſeq. De qua materia, &
23 † an incolę vel qui ex forma ſtatuti habentur pro ciui-
bus compræhendantur ſub talibus ſtatutis, & an vbi
eſt dubium, an quis ſit forenſis vel ciuis, & generali-
ter quis dicatur forenſis, habetur per gl.in.c.ij.in ver
ſi.eiuſdem de reſcrip.in.vi.& in.c.ſtatutum§.cum ue
ro eo.ti.Bal.in rubrica.C.qui accu.non poſ.& in.c.
i.de for.fideli.& in.l.cunctos populos in lect.in.x.
col.verſi.circa quæ quæro.Pe.de anch.in conſi.in-
cipien.quæſtio quæ vertitur inter ſer Paulum. Paul.
de ca.in conſi.cxciij.in vltima colum. Panor.in.c.
conqueſtus in prin.de foro compe.cum concor.addu
ctis per Ang.in tractatu maleſi.in verbo de Bononia.
Et ibidẽ per dominum Auguſti.in addi.Nelium in tra
ctatu banni.in.lxvi.q.ſecundę partis ſecundi tempo-
ris, & per do.Fely.in.c.rodulphus verſi.ſecunda cõ
cluſio, & ver.quarta concluſio, & per diſcurſum de
reſcrip.& in.c.quoniam in.l.&.ij. col. de offi.ordi.
Et dixit Bal.in auc.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi.
op.ꝙ non dicitur forenſis qui ſubeſt eidem foro, infe
rens ad homines ſubditos caſtro epiſcopatus, vt non
teneantur ad gabellam vigore ſtatuti diſponentis ꝙ fo
24 renſes teneantur. Ex quo infertur quòd † ſi ſtatutum
alicuius villæ ſubditæ ciuitati diſponat ꝙ mater forẽ
ſis non ſuccedat filio, benè ſuccedet mater quæ eſt de
alia villa ſubdita dictæ ciuitati, quia non dicitur forẽ
ſis, vt per Corneum conſi.cxlviij.incip.pro deciſione
iij.volu.quod eſt intelligendum quando ambę villæ
ſunt de eodem territorio, & in territorio ciuitatis iu-
xta.l.pupilius.§.territorium.ff.de ver.ſig.vt eſt in ter-
ritorio noſtræ ciuitatis Aſten.in quo ſunt vndecim uil
læ quæ non habent proprios fines, & ſunt immediatè
ſub iuriſdictione poteſtatis ſeu prætoris noſtri. Secus
autem eſſet in villis dominorum vaſſallorum & capi
taneatus noſtri Aſtenſis quæ ſunt plures, & in notabi
li quantitate, & habent proprium & ſeparatum terri-
torium ſeparatum à territorio ciuitatis, & propriã ac
ſeparatam iuriſdictionem, & proprios ac ſeparatos
iudices, nec ſub iuriſdictione prætoris Aſtenſis, licet
pręſes ac gubernator ciuitatis illis pręſit, ita ꝙ ſint ſub
guberno. Nam ille qui eſt de vna ex dictis villis, eſt in
alia forenſis, quando non concurrit origo vel domici
lium cum vt.s.apparet quis poſſit eſſe ciuis vel incola
duorum locorum.l.aſſumptio.§.iuris cum concord.
25 ff.ad munci. † An autem licentiatus à ciuitate rebel
lis vel bannitus deſinat eſſe ciuis, tradit Bald.in auct.
& omnino.iij.colum.verſi.de perſona iudicis.C.ne
filius pro patre, & in.l.voluntas.iij.col.C.de fideicõ
miſ.& Nellus in tract.banni.in.cccel.q.primę partis
26 ſecundi temporis. † Et ſi ſtatutum dicat ꝙ forẽſis nõ
ſuccedat, mulier originaria de loco, nupta extra territo
rium nihilominus ſuccedet per no.per Bar.in.l.ſi §.itẽ
reſcripſerunt.ff.ad municip. Sequitur Modernus bo-
no.in tracta.dot.in vltima parte.q.lxxi.incip. quid
ſi in loco, licet do. Signo.de homod.in diſpu.ſua.cl-
xvij.incip.Statuto ciuitatis Mediolani inſerta in ſuis
conſilijs teneat iſtam mulierem appellari debere foren-
ſem. Et propterea non excludi per ſtatutum loci origi-
nis diſponens ſimpliciter fœminas extantibus agnatis
non poſſe deſcẽtibus ſuccedere in bonis ibi ſitis, & ma
lè per ea quæ latè dicta ſunt hac ea.q. Et contra Sig.
conſuluit corneus con.ccij.incip.circa præſentem.ij.
vol.ij.&.v.colum.Et pro veritate huius deciſionis,
videri poteſt, quod dixit Bald.& Moderni in rubrica
ff.ſol.ma.Et Pau.de ca.in.l.rei iudicatę.§.i.ff.eo.tit.
& in conſi.cxcv.incip.poſſet quis dicere, Cy.& Bal.
& Ang.in.l.ij.C.de iuriſdi.om.iudi.poſt gl.in.l.ori
gine.C.de mune.& ori.lib.x.Bal.in.l.cum quędam
puella.ff.eo.ti.in prin.Et ibi latè do.Alex.cum con
cor.allegatis per eum iunctis no.per Bal.in conſi.ccc
lvij.incip.nulla mulier in.ij.col.in ſi.primò vol.ſecũ
dum vltimam impreſſionem, vbi etiam tangit, † an
27 dicatur exterus qui habet domicilium in alia ciuitate.
Et Maria.conſi.xxx.in.iiij.colum.iunctis his quę di
cam infra in.viij.articulo principa.xxiiij.q.penu.co-
28 lumna.Et quòd † originarius nulla bona poſſidens
licet alibi habitet, poſſit ſuccedere, quia ex hoc obligat
ſe ad onera, videatur Soci.in rub.ff.ſo.matri.v. col.
verſi.dicebam. Nam ligatur ſtatutis, Corneus cõſi.cc-
ij.ij.volu.latè. Econtra autem ſi ſtatutum excludat il
las quæ ſunt de loco Maſii, an compræhendentur ibi
nuptę.Bal.in dicto conſi.ccxv.incipi. quæritur vtrũ
in.iij.volu.ſecundum penultimam ſtampam ſenſit ꝙ
non, quaſi ſtatutum ponderet originem, niſi vlterius
progrediatur loquendo de ibi ſtantibus & habitanti-
bus. Sed veritas patet ex his quę traduntur in locis
prædictis, & maximè ex tex.& notatis in dicto.§.item
29 reſcripſerunt. † Quid autem de viduis & tranſeunti-
bus ad ſecundum matrimonium, & de concubinis ac
viduis inhoneſtè viuentibus, de quo territorio cenſeã-
tur, tradit Alexand.in dicta lege penulti.in ſecunda, &
tertia columna.ff.de iuriſdictio.om. iudic. An au-
tem dicatur forenſis quæ tempore delatę ſucceſſio-
nis non eſt forenſis, ſed tempore teſtamenti ? videa-
tur Barto.in.l.fina.ff.de regula cathoniana, Bald.in
l.cum ſecundum.C.de legat.Pau.de caſtro.in lege cę
tera.ff.de lega.primo, & in conſilio.ccçxl.primo uo-
mine, ſecundum primam impreſſionem, & Alexan.
in conſilio quadrageſima, vltima columna.i.volu.
Et alibi dicam, facit quod dicam infrà eodem, articu.
30 in quarto membro in.vi.&.xx.quęſtio. † Quid au-
tem ſi adſit ſtatutum in aliqua ciuitate, putà papien.ꝙ
maritus non poſſit legare vxori quo ad proprietatem
an ſi quis mutet domicilium in loco vbi non ſit tale
ſtatutum poterit legare Saly. in.l.i.in.v. colum.vel

.iiij.C.de ſum.tri.& fi. cat.tenuit ꝙ ſic,vbi dicit ſe ita
cõſuluiſſe,& obtinuiſſe ga anẽdı debet ſtatutũ domici-
lij quod quis habet tempore mortis , ſed Roma.aliter
tenuit in conſilio trigeſintonono,incip. in propoſita,
q.notabilis viri,& Alberi.in dicta lege prima quos ſe
quitur ibi dominus præceptor meus in.xv.colũ.eo
quia attendi debet domicilium loci originis , vt ibi
per eum.Quod puto intelligendum niſi legaret de bo
nis ſitis extra territorium loci originis per ea quæ la-
tiſſimè dicam infra in.viij. articulo princi.in.xxiiij.
q.in princip.Et per notata per Ange.in.l. exigere do
tem.ff.de iudi.dum vult † non attendi domicilium
31 viri in lucro dotis quando bona remanſerunt in ciuita
te vxoris,de qua materia etiam tradit Felyn.in.c.i.in
iii.&.v.col.de ſponſa.antepe. col. vbi etiam tradit
de eo qui habet plura domicilia.

32 Secundò quæro,†an talia ſtatuta per laicos con-
dita ligent perſonas eccleſiaſticas.Et primò eſt viden-
dum quando expreſsè loquuntur in eis, & eas exclu-
dunt quo caſu Bartol.in.l.fi.C.de pactis,diſtinxit ꝙ
aut ſtatutum diſponit per talia verba per quæ com-
præhendit pſonã eccleſiaſticã anteꝗ̃ fiat & ſit eccleſia
ſtica,putà ſi ſtatutũ dicat ꝙ ingrediens monaſteriũ vel
ſi qs intret monaſteriũ,non ſuccedat,vel ſit priuatus
iure ſuccedendi,& tunc tale ſtatutũ ligabit pſonã eccle
ſiaſticã,& valebit quia non diſponit circa clericũ, ſed
circa laycum.Nam ingrediens monaſterium ingredi-
tur laycus ſicut viuens moritur.Glo.in.l. qui duos.
ff.de ma.teſta.Si verò ſtatutum confert verba ſua in
tẽpus quo quis iam eſt ingreſſus monaſteriũ, vel fa-
ctus clericus,& ſic diſponat de iam ingreſſo putà ſi di
cat ſi quis ingreſſus fuerit monaſterium,tunc nõ valet
ſtatutum.quia non poteſt clerico auferre ius ſuum, &
eſſet contra libertatem eccleſiæ,& hoc modo intelligit
Barto.aucten.caſſa.C.de ſacro ſanct.eccle. & .l. deo
nobis,vbi Pan.de caſt.C.de epiſ.& cle.&.§.ſed hoc
præſenti in aucten.de ſanctiſ.epiſ.allegant ad hoc in
argu.l.ſtichus ſeruus.ff.de ma.teſta.facit, lex prima
& lex quod ſponte.C.de dona.ante nup. Nec obſtat
ſecundum eum ad primum membrum aucten. niſi ro
gati.C.ad trebel.quia ibi rogatur & grauatur , ſi mo-
naſterium ingreditur,ſed in propoſito lucrum aufer-
tur,non autem in ſibi quæſito iure grauatur , & facit
quod dixit Bald.in lege ipſis.C.vt in poſſ. lega. Vbi
voluit † non valere ſtatutum quòd filiæ ingreſſæ mo
33 naſterium pater non poſſit relinquere niſi certũ quid,
tanꝗ̃ hoc ſtatutum ſit religioni contrarium per. dictã
legẽ deo nobis in vltima columna , motus per eadem
fundamenta,maximè per dictam legem,ſtichus in ra-
tione ſui,& per legem aretuſa.ff.de ſta.hom.& quod
notatur inſtitu.de his qui ſunt ſui vel ali.iur.in princi
pio,in quæſtione de puncto,de qua per Bartolum,in
lege ſi poſt mortem in princip.ff.de legatis primo,ſub
dit Bald.quòd ſimilem diſtinctionem,facit Innocen.
in capitulo præterea requiſiſti de appella.Nec eſt ve-
rum ſecundum eum quòd hoc ſtatutum diſponens de
ingrediente ſit contra libertatem eccleſię,quia ex quo
principale eſt permiſſum,ſcilicet prouidere de conſer-
uatione domus & agnationis,iſtud quod venit inci-
denter & ſecundariò non intelligetur prohibitum , ar
gumentum in lege prima.ff.de aucto.tut. Et inſtitu.
de teſtamen.§.legatarijs, ſed aliæ ſolutiones ſunt ſuſte-
tabiliores , quia ſecundum iſtam valere deberet ſtatu
tum diſponens etiam de ingreſſa,cuius cõtrarium vo
luit ipſe Bal.& non eſt verum quòd non ſit contra ec-
cleſiaſticam libertatem,vt infrà dicam.prędictam opi
nionem ſequitur Pet.de ancha.in repe.capitu.cano-
num ſtatuta in vndecima quæſtione,princip.verſicu.
ad idem quæritur in trigeſimaſexta,colum.ſecundum
ſtampam meam de conſtitu.Sed idem Bal.in dicta le-
ge fina.C.de pactis,ſecutus eſt Barto.cum modifica-
tione . Dicit enim quòd ſi ſtatutum loquatur de in-
grediente ſiue conferat effectum diſpoſitionis in tem-
pus quo perſona excluſa nondum eſt eccleſiaſtica va-
lebit prӕterꝗ̃ in legitima,quia illa non defertur vt lu-
crum,ſed vt debitum,vt teſt glo.& ibi notatur in lege
ſecunda.C.de iur.& fac.ignor.& in ea videtur ceſſa
re fundamentum Barto.qui dicit prædictam deciſio-
nem procedere ex eo,quia non agitur de iure aliquo
quæſito perdendo,& adducit Bal.aliud fundamentũ
ad validitatem huius ſtatuti,vt id quod poſſet pater
facere teſtando poſſit idem ſuperior facere ſtatuendo,
ſed hoc vltimum fundamentum non placet, quia eo
attento valeret ſtatutum diſponens etiam in ingreſſo,
cuius contrarium ipſe voluit,prout eſt veritas, vt in-
fra dicam.Panor.autem in dicto capitulo quod cleri-
cis in nona columna,de foro compe. poſt Anto.de
but.ibi refert Iaco.but.in dicta lege deo nobis dubi-
taſſe circa ſtatutum,excludens ingreſſam monaſteriũ
à ſucceſſione,ne foret contra libertatem eccleſiaſti-
cam.Et dicit ſe noluiſſe aliter decidere cum quæſtio pẽ
deret de facto,& concludit quòd tale ſtatutum nõ va
let,etiam ſi conferat verba in tempus quo perſona ex
cluſa nondum eſt eccleſiaſtica,eo quia eſt contempla-
tiuę vitę retractiuum ſeu impeditium.§ ſed hoc pręſen-
ti in aucten.de ſanctiſ.epiſ.& quod in ſimili notatur
per Bartolum,in aucten.niſi rogati.C.ad trebellia.&
plenè per eo.Panormi.in capitu.in præſentia , vbi
etiam Moderni de proba.quod limitat,niſi in omnem
euentum filia fœmina excludenda eſſet à ſtatutaria di
ſpoſitione extantibus maſculis,putà ſi diceret ſtatutũ
extantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat,etiam
ſi monaſterium ingrederetur,tunc enim cum in omnẽ
euentum foret excludenda tale ſtatutum non impedit
religionis ingreſſum.Et ideo valere debet, attento etiã
quòd afficit ipſam perſonam antequam monaſterium
vel religionem ingrediatur per ſupradicta.Et idem di-
cit Panor.eſſe in quibuſcunq; ſtatutis inhabilitãtibus
aliquem ad ſucceſſionem ex certa cauſa, per notata ꝑ
Lap.allegatione centeſimaoctaua,aliàs centeſimapri-
ma,incipiente in ciuitate flo.Et ita dicit fuiſſe conſul-
tum per Petrum de ancha.& Anto.de but.quod etiã
ibi atteſtatur idem Anto.de bu.& iſta opinio eſt cõis,
vt atteſtatur do.Bapt.de ſancto ſeue.in repe.l.omnes
populi in quadrageſimaſeptima colum.in fine, domi
num Fely.in dicto capitu.eccleſia ſanctæ Mariæ in
trigeſima colum.cum ſequen.verſicu.ſextò quæro de
conſti.& dominus præceptor meus dominus Iaſon
in lege fina.C.de pactis,qui adducunt plures auctori
tates ad hoc,& maximè ſolenne in hac materia conſi
lium domini Pau.de caſtro,in conſi.cccxxxix. ſecun
dum ordinem meum quod incipit primum dubium
verſicu.ſupereſt tertium dubium in volumi.antiquo-
rum conſiliorum ſecundum primam ſtampam , vbi
adducit ad hoc quòd ex quo filię per tale ſtatutum red
derentur timidiores ad ingrediendum monaſteriũ , vel
ſumendum habitum religionis dicitur contra eccleſia
ſticam libertatem,argum.legis primæ.§.quę honoran
dę.ff.qua.re.ac.non da.& quia facit tales perſonas
deterioris conditionis propter aſſumptionem habitus
religionis,& ingreſſum monaſterij quàm forent,ſi ma
nerent in ſeculo & ſeculares,quod eſſe non debet di-
cta.l.deo nobis,& ſi dicitur ſtatutum eſſe contra ec-
cleſiaſticã libertatẽ,quando aufert priuilegia eccleſiaſti-

cis per-

cis pſonis à principe indulta, per quã ablationem effi-
ciuntur deterioris conditionis ſecundum Innocen. in
c. nouerim de ſen. excom. & Legiſtas in auctẽ. caſſa.
C. de ſac. ſan. ecc. Multo magis hoc eſſe debet quando
aufert eis beneficium iuris communis, & quia talis
priuatio infertur in actum quem ſubſecuturus eſt ſta-
tim ingreſſus, & aſſumptio religiõis. proinde habẽda
videtur ac ſi poſt ingreſſum conferreretur, & ſic tanq̃
factum in fraudem canonicæ ſanctionis valere non
debet. d. c. eccleſia ſanctæ mariæ, & c. quę in eccleſia
rum de conſti. & c. fi. de reb. eccl. non alie. & l. ſi vẽ
tri in fi. ff. de priui. credi. & dicta auctentica caſſa, &
auctẽ. Item nulla communitas. C. de epiſ. & cleric.
& capitulo graue de ſententia excommuni. cum con
cor. ibidem allegatis. Idem tenet ipſe pan. in. l. ſi quis
id quod. ff. de iuriſd. om. iud. & Ang. in diſputatio-
ne ſua incipiente nobilis quidam genere in uer. ad unũ
tamen diligenter in antepen. colum. matheſi. in nota-
bili. cl. G. mi. poſt Imo. in. c. quamuis in. iiij. colũ. de
pac. in. vi. Roma. in. l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta. verſi. circa illud verò exemplum in. iiij. columna
& ibidem Imo. & poſt eos Alex. in pen. colum. ff. de
verborum obligationibus, Panor. in repe. d. c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ in. xv. colum. verſi. circa iſtum ca
ſum, & in fi. colum. Et Nico. de vbal. in tractatu de
ſuc. ab inteſta. in vltima parte circa princip. Angel. in
dicta lege fina. C. de pactis, dicens de hoc eſſe caſum
in dicta lege deo nobis rectè intelligẽdo, dum ibi quis
non poteſt inhabilitari à iure antequam ingrediatur re
ligionẽ, & dum habet ſolã volũtatẽ ingrediẽdi. Et ſeq
34 tur ibidem Fulg. ea ratione, quia † verba ſtatuti de
bent intelligi ſecundum tempus quo ſuam efficaciam
conſequuntur lege in delictis. §. ſi extraneus. ff. de no
xa. ſed eo tempore quo defertur hæreditas de qua p
ſtatutũ diſponitur, repitur hęreditas delata. ergo &c.
quod fundamentum adducetur infrà in oppoſitum.
Idem voluit Bal. in lege omnes populi in nona colũ.
ff. de iuſtitia & iure, & matheſi. in notabili. centeſimo
quadrageſimoſextò. Pet. de anch. in conſi. cvij. inci.
in paucis verbis. Et ſatis amplè hoc comprobat do.
Lauren. in repe. §. cæterum in decimaquinta columna,
cum ſequen. inſti. de leg. agna. ſuc. quamuis do. Ioã.
campe. in tracta. do. in quinto articulo princip. in tri
geſima ſecunda quæſtione. videatur dubitaſſe de hac
deciſione, dum tranſit cum ea ſub dubio fortè. De
veritate autem prædictę limitationis datę per Panor.
videantur quæ dicam infrà proximè, verſi. nunc &
ſecundò. Et ita debet intelligi quod in hoc paſſu fir-
mat pro communi opi. Mari. conſil. lxxxi. incipien.
35 In præſenti. iij. colum. in fi. Dum dicit † quòd ſtatu-
tum ſpecificè loquens de monialibus quòd non ſuc-
cedant extantibus maſculis indiſtinctè non valet ſecũ
dum opinionem communiter approbatam, quã etiã
firmat Soci. conſi. ccxli. incipiẽ. circa. ij. col. i. volu.

Vbi autem fœmina antequam factum eſſet ſtatu-
tum fuiſſet perſona eccleſiaſtica, res eſt clara vt nõ cõ-
pręhẽdatur ſub tali ſtatuto, quia ſtatutum nunquam
potuit extendere vires ad eam, cum ab initio cõditi ſta
tuti non eſſet de ſua iuriſdictione, vt per Iaco. but. &
Bal. in dicta lege deo nobis. Ant. de but. Imol. & Pa
nor. in dicto capitu. quod clericis, & paul. de caſtro,
in conſilio præallegato, & Panor. in conſilio. cxi.
incipiente in cauſa Catherinæ in ſecundo dubio. ij.
vol. Vbi hoc dicit eſſe verum, etiam ſi ſtatutum di-
ſponeret quòd traheretur ad caſus præteritos pręſen-
tes, vel futuros. Et hoc non habet dubium per prædi-
cta, & notata per Bartolum in dicta lege fin. & facit
quod notat Io. an. in regula ſine culpa de reg. iur. in
vi. & tex. in dicta lege deo nobis, capi. cum. M. ferra
rienſis, & c. eccleſia ſanctę Mariæ de conſti. & c. be
ne quidem. xvi. diſt. cum ſimi. Et plenius de tali mate
ria dicere continget infrà, hoc eo. arti. in. iij. membro
36 in quęſtio. Ex his patet quòd † ſtãte ſtatuto quod mo
nachi non ſuccedant, etiam monachi facti poſt ſtatu-
tum non ligabuntur ſtatuto, vt innuit Bal. licet nõ be
nè firmet in lege omnes populi in. viij. col. verſic. ſed
quid ſi ſtatutum dictet. ff. de iuſtitia & iure. Item ex
prædictis patet non valere ſtatutum quòd filiæ ingreſ
ſę monaſterium nihil poſſit relinqui per patrem ſecun
dum domi. Baptiſt. in loco. ſ. allegato, allegat Bald.
in. l. in ipſis. C. vt in poſ. leg. & Pet. de anch. in repe.
c. canonum ſtatuta de conſti. in. xi. artic. princip. dixi
hac. ea. q. in. i. colum. in fin.

37 Nunc et ſecundò videndum reſtat † an talia ſtatu
ta excluſiua fœminarum compręhendãt perſonas ec-
cleſiaſticas, quando generaliter & indiſtinctè loquun
tur & nullam de perſonis eccleſiaſticis mentionem fa-
ciunt, vt quia ſimpliciter dicant quòd extantibus ma
ſculis fœminę non ſuccedant, & tunc etiam ſunt opi
niones ſed magis vera & communis eſt ſententia q̃
fœminæ quæ tempore conditi ſtatuti non erant eccle
ſiaſticæ, ſed factę ſunt poſtmodum per tale ſtatutum
à ſucceſſione propter maſculos excludãtur, quia tunc
ceſſat ratio per quam videantur timidiores reddi ad
ingrediendum religionem, vt declarat Panor. in dicto
c. quòd clericis in. ix. colum. poſt Lap. in. d. allegatio
ne. cviij. Et ibidem Anto. de but. qui dicit ſe ita cõſu-
luiſſe cum Pet. de anch. Et ibidem etiam Imo. & Pan.
de ca. plenè proſequitur & confirmat in dicto conſil.
cccxxxix. Et Maria. latè. d. conſi. lxxxi. penu. col. &
fi. & Soci. in. d. conſi. ccxli. ij. col. i. volu. & ſequi-
tur Marti. de lau. in tract. de primoge. in. viij. col. ver
ſic. pulchrum dubium, & Alex. ſi bene ponderentur
verba ſua in conſi. xliiij. incip. videtur prima facie in
iiij. colum. ver. & ſic manifeſtè. v. vol. & do. Sign.
de homod. in conſi. vi. incip. titius in infantili in fin.
licet moueatur alia ratione minus bona, & quæ ſibi-
ipſi implicat contrarietatem ſi bene videatur. Idem te
net do. Fely. in. d. c. eccleſia ſanctæ marię in. xxxi. co-
lum. verſi. ſextò quęro, poſt Panor. ibi in fin. colum.
de conſti. vbi allegat quandam deciſionem Rotę quæ
hoc non dicit, ſed loquitur in terminis quando con-
ſuetudo excluderet iam ingreſſum monaſterium, &
do. Lau. in repe. d. §. cæterùm in. xv. colum. cum ſeq.
inſti. de legi. agna. ſuce. pro hac opinione facit illud
quod poſt longam diſtin. firmat Ioan. and. in mercu.
in regula prędicta ſine culpa, de reg. iu. in. vi. Dũ vult
q̃ ſtatutũ vel cõſuetudo excludẽs ſecũdogenitum à ſuc
ceſſione regni exiſtente primò, excludat ipſum ſecũdo
genitũ etiam factũ clericũ eo quia ante clericatum ſta-
tutũ cępit in eo habere vires quod ſequuntur But. Pa
nor. & Imo. in. d. c. eccleſia ſanctæ Marię, vbi etiam
do. Feli. in antepe. carta de conſtit. ad idem facit quod
tenet Bar. in. l. reſcripto. §. fi. ff. de mu. & ho. & in lege
fi. C. de exa. tri. & in. l. placet, vbi plenè per dominũ
præceptorem mẹum do. Iaſo. C. de ſacro ſan. eccle.
Bal. in. d. c. quæ in eccleſiarum in. iij. colum. de con-
ſti. Pet. de anch. in conſi. ccxcviij. incip. habet ſtatu-
tum communis piſtorij, & Ange. in conſi. xxiiij. inci.
eccleſia tenetur ad munera cum concordan. traditis
per dominum præceptorem meum in. d. l. placet, &
do. Fely. in. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ in. xxviij. co-
lum. cum ſequen. verſi. quinto quęro, vbi volunt q̃
38 † eccleſia non poteſt ſubijci ad collectas per ſtatutũ

laicorum pro prædijs iam quæſitis, licet ſecus in quæ
rendis faciendo omnia prædia tributaria, quia tranſi-
bunt in eccleſiam cum illo onere. Prædictam conclu-
ſionem limitat Bal. in. l. cunctos populos in repe. quē
refert & ſequitur ibi do. Baptiſt. de ſancto ſeue. in pe-
nul. carta. C. de ſum. tri. & fide catho. procedere vbi
verba ſtatuti forent in rem concepta, putà quod hęreditas
deueniat ad maſculos vbi exiſtant, & non ad fœmi-
nas, vel æquipolenter. Secus autem ſi verba dirigerē-
tur in perſonam, putà quod exiſtentibus maſculis fœmi-
næ non ſuccedant, quia tunc perſona quæ reperitur ec
cleſiaſtica cum non ſit ſubiecta ſtatuentibus non poteſt
per eos excludi, quæ limitatio & differentia nō vide
tur procedere per ea quæ dixi in præcedenti quæſtio-
ne. dum concluſi per talia ſtatuta excludi fœminas fo
renſes, ſiue loquantur in rem, ſiue in perſonam, & te-
nuit contra Bart. Bal. & ſequaces talem differentiam
eſſe verbalem. Vnde tenendum puto prædictam
concluſionem ſine prædicta limitatione, quamuis
contraria opinio ſit iuribus & auctoritatibus ful-
cita. Nam Bald. in conſilio trecenteſimo trigeſimo
incipiente quidam Lellus de fulgineo, in quar-
to volumine, ſecundum penultimam ſtampam,
poſito in conſilio quinquageſimó quinto, ſecun-
dum vltimam ſtampam, tertio volumi. tenet quod per
tale ſtatutum non excludatur monialis per textum, in
dicta lege deo nobis. & Cuma. hoc idem voluit in con
ſilio octuageſimoquarto incipiente præſuppoſito caſu
in vltimis verbis per notata in auctentica caſſa. C. de
ſacro ſanctis eccleſiis, & per Innocentium in dicto ca
pitulo nouerint de ſententia excommu. in quam ſen-
tentiam inclinat Pet. de anch. in dicto conſilio. cvij. in
cip. in paucis verbis. motus illo fortiori fundamento
quod vt credo poſſit pro hac parte allegari, ſcilicet quod
quia non potuiſſent ſtatuentes excludere expreſsé mu-
lierem eccleſiaſticam per ſupradicta, & tanquam non
ſit de ſua iuriſdictione, vt in. c. decernimus, de iudi. &
c. cum laicus de reb. ecc. non alie. & c. cum cauſa de
iureiur. Non poteſt nec videtur ſtatutum ipſas ſub ge-
neralitate includere. argumento capituli in gene-
rali. de regulis iuris in ſextò facit. l. quanquam. ff. de
ritu nuptia. & l. lutius. § penultima ad municip. & le
ge prima. §. huius rei. Et quod ibi notatur in gloſ. in
verſiculo argumentum triplex. ff. de officio eius cui
manda. eſt iuriſdictio. & quod notat Bartolus in le
ge ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtitutio.
39 Dum notat † ſtatutum, generaliter loquens non
trahi ad illicita, nec in dubio videntur ſtatuentes
diſponere in non ſubditum capit. à nobis de ſententia
excommu. & c. ij. de conſti. in. vi. & habetur in dicta
l. cunctos populos. Nec videntur velle diſponere de
eis impoſſibilibus. d. c. à nobis de ſen. excommuni. c.
tua de deci. c. eccleſia, vt lit. pen. c. fi. de conſti. in. vi.
Bar. in. l. ſi quis ſub conditione. ff. de condi. inſti. Bal.
in. l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. & l. om-
nes populi. ff. de iuſtitia & iure. Hoſtien. But. & alij in
c. quod clericis de foro compe. Panor. in. c. cum ve-
niſſent de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. Et iccirco Sa
ly. in dicta auct. caſſa in pen. & vlti. colum. verſic. &
ex his infertur, aperto ore concludit fœminas religio-
40 ſas per tale ſtatutum non excludi, quia † non refert, an
in ſpecie, an verbis generalibus aliquid exprimatur. l.
lutius. ff. de vulg. & pup. & lege precibus. C. de imp.
& ali. ſubſti. & l. in teſtamento. C. de teſta. mili. & ſe-
cundum eum eadem ratio eſſe debet quòd ſpecialiter
excludantur vel per verba generalia, ſubdit fuiſſe in fa
cti contingentia cum ſtatuto caueretur quòd extanti-
bus agnatis vſque ad ſecundum gradum, cognati licet
ſint intra illum gradum non ſuccederent, quòd cleri-
cus in ſacris conſtitutus non foret excluſus, & ita fuiſ
ſe determinatum per valentiſsimos doctores in per
ſona epiſcopi tunc Imolenſis, quamuis ſecūdum eum
aliter dicendum foret ſi factus fuiſſet clericus poſt mor
41 tem eius de cuius ſucceſsione ageretur, quia † clerica-
tus ſuperueniens ius alteri quæſitum tollere non po-
teſt lege nec auus. C. de emancip. lib. l. ij. §. ſi quis à prin
cipe. ff. ne quid in loco pub. cum concor. per eum alle
gatis, & merito dominus Franc. de aret. in. d. c. quod
clericis in fi. commen. dubitauit in ſimilibus terminis
de prædicta concluſione quam feci, motus illo funda
mento, quia ſi attendit̄ qualitas excludēdi à ſucceſsio-
ne quæ ineſt tempore quo defertur ſucceſsio, vt tradi-
tur in lege ſi cognatis. ff. de reb. dub. quo tempore mu
lieres eccleſiaſticę habent qualitatem propter quam nō
ligantur ſtatuto laycorum, conſequenter à ſucceſsio-
42 ne excludi non debeant, † quando enim quæritur de
iure concernente perſonam, attendi debet qualitas per
ſonæ coherens. c. porro de priuile. & capitulo primo
de iurepatro. in. vj. Nec videtur verum quòd dicatur
ſtatutum afficere perſonam antequam fiat eccleſiaſtica
& à ſucceſsione excludere, cum talis excluſio fieri
nō poſſit antequam hæreditas deferatur, ſicut nec po-
teſt prius hæreditas repudiari lege qui ſuperſtitis. ff. de
43 acqui. hære. & † priuatio præſupponit habitum le-
ge decem cum ſimilibus. ff. de verborum obligationi-
bus. Item iſta excluſio fit propter alterius incluſio-
nem, vt per Bartolum, in lege. ij. §. videndum. ff. ad
tertullia. Et dicam infrà in penulti. articulo principa-
li, ſed maſculi quorum contemplatione fœminæ ex-
cluduntur non poſſunt dici incluſi antequam ſucceſ-
ſio ſit delata, cum viuentis non ſit hęreditas dicta
lege qui ſuperſtitis cum concor. ibi ſignatis niſi ſpe, &
deſtinatione, quæ ſpes & deſtinatio non habent cau-
ſam de præteritu ſecundum Bartolum in lege is po-
44 teſt. ff. de acquiren. hæredita. † nec priuſquam hære-
ditas deferatur de perſonæ conditione inſpicitur, lege
non oportet. ff. de legatis ſecundò, & l. interuenit. ff.
de lega. pręſtan. contrabu. & propterea ſecundum Are
ti. prædicta concluſio per me facta de iuris ſubtilitate
non procederet. Sed iſtis non obſtantibus adhuc pu-
to prædictam concluſionem tenendam, & eſſe pro ea
magis cōmunem opinionem, & maximè ex eo quod
dicitur de primogenito quod ex ſtatuto vel cōſuetudine in
ſucceſsione præfertur, vt excludat ſecundogenitū etiā
clericum ſecundum magis communem opinionē pro
ut etiam dicit do. Fran. are. vbi ſuprà, & ad fundamē
ta. ſ. proximè in contrarium relata reſponderi poteſt
ex his quæ dixit Pau. de caſt. in conſi. cccxxxix. in pe-
nul. col. verſi. ſed generaliter, cuius dicta tacito aucto
re refert & ſequitur dominus Laur. in loco. ſ. allega-
to, quòd in loco vbi eſt tale ſtatutum cenſetur ſublatū
& abolitum ius commune quod pariformiter maſcu-
lis & fœminis defert ſucceſsionem, ita quòd ius ſuc
cedendi quo ad tales perſonas ex toto efficiatur mu-
nicipale lege ius ciuile. ff. de iuſtitia & iure. Et conſe-
quenter non poteſt dici hæreditas fœminis, deuolui
niſi de iure municipali, vt in lege prima. ff. vt ex leg.
45 ſenatus ve. conſult. bonorum poſſeſsio detur. † Et
ſicut habens poteſtatem ſuccedendi à iure commu-
ni limitatam, ingreditur religionem cum illa poten
46 tentia ſuccedendi, † & ſatis ſibi eſt quòd per in-
greſſum non fiat deterioris conditionis, dicta lege
deo nobis, & argumentum in lege gayus in fine. ff. de
ma. & quod notatur in auctēn. ingreſſi. C. de ſac. ſan.
eccle.

eccle.de illo qui habebat emphiteoſim,vel vſumfru-
ctum,& in.c.nuper de dona.inter virum & vxo. Ita
habens poteſtatem ſuccedendi à iure municipali li-
46 mitatam,ingredi debet religionem cum illa qualitate
ar.l.ſtatius.§.cornelio.ff.de iure fiſ. &.l.peto.§ præ-
dium.ff.de leg.ij.aliàs ſequeretur ſi fieret lex imperia
lis faciens differentiam in modo ſuccedendi inter ma
ſculos,& fœminas,prout facit ſtatutum,q per illam
non excluderentur nec ligarentur perſonæ, poſtea fa-
ctę eccleſiaſticæ quod eſt abſurdum ſecundum eos,ſed
47 poſſit ad hoc reſponderi q †ius ciuile non tollitur niſi
quo ad perſonas in quas habent poteſtatem ſtatuentes
cum eius ſit tollere cuius eſt condere.l.iiij.ff.de re in-
di.ſed quo ad clericos non poſſent ſtatuentes aliquid
prǽiudiciale condere.d.c.eccleſia ſanctę Mariæ,&.d.
c.quæ in eccleſiarum cum concor.ſuprà allega. ergo
quo ad eos ius commune remanebit incorrectum.nec
obſtat quod dicitur de lege imperiali,qa illa bene ligat
clericos niſi de eis expreſsè loquatur.c.j.de oper.no.
nun.&.c.ſi in adutorium.x.diſt.& plenè habetur in
d.c.eccleſia ſanctę Mariæ,maximè per Modernos ali
ter concludentes in ſtatuto q in lege imperiali, vnde
ſecundum Calde.In diſpu.Incip.ſtatuto ciuitatis in ul
tima colum.quem ſequitur dominus Fely.in.d.c.ec
cleſia ſanctę Mariæ in antepe. carta in.xv.q.dici pōt
48 q† clericatus,vel religio ſuperueniens non ſe exten-
dunt ad caſus qui ſuam virtutem ante clericatum ſor-
tiuntur, ſicut patet in exemplo de primogenito cui à
principio ineſt ius primogeniturę quod ſibi cōfert emo
lumentum ſucceſsionis,& cōſequenter idem dicimus
in maſculo qui fœminæ ex forma ſtatuti prǽfertur,qa
ratio ſexus quę hunc effectum producit adeſt illi à pri
cipio,ſic dicimus q ius agendi ortum ante clericatum
obſeruatur in vtroq foro, vt patet in.c.conſtitutus
de in integ.reſt.& ex notatis per Io.an.& Ant.de but.
in.c.i.de obli.ad ratio.& per Bar.in.l.i.ff.de pen. &
Bald.in.l.officiales.C.de epiſco.& cler.cum concor
49 dant.dum ibi traditur quod † ſuperueniētia clericatus
non impedit cauſam prius inchoatam coram iudice ſe
culari,vbi autem actus habuiſſet initium ante clerica
tum,& conſummaretur poſt clericatum, volunt Cal
de.& dominus Fely.ſecus eſſe.Ex quo inferunt ad ſta
tutum prohibens probari ſolutionem debiti per teſtes
ſi laicus poſt ſolutionem factus clericus velit probare
per teſtes,poterit,quia non ligatur tali ſtatuto in deci-
ſorijs,vt traditur in.d.c.quod clericis,de foro comp.
nec dicitur ſtatutum eo caſu iniecìſſe vinculum ante
clericatum ex eo,quia exiſtens laicus contraxerit,quia
actus probationis imminet tempore cleritatus , ſequi-
tur Pet.de ancha.in regula ea quæ in vlt.col.de regu.
iur.& in.d.c.i.in.xiij.carta verſi.accedat quæſtio di-
ſputata,de conſti.& iccirco Anto.de but.In diſputa-
tione ſua incip.ſtatuto municipali in deciſione ſecun
di dubij,verſi.ad propoſitum nunc applicando con-
50 cludit,†q ſtatutum inducēs præſcriptionem.x.anno
rum ſuper debito ex negligentia creditoris non nocet
clerico hæredi creditoris contra quem creditorem nō
fuit finita præſcriptio,licet fuiſſet inchoata cum non
dicatur ſtatutum in clericum iniecìſſe vinculum perfe-
ctum,& ibi dicit multa bona quæ in propoſito,& ſi
milibus caſibus conueniunt,prout etiam aſſerit domi
nus Fely.qui vlterius allegat dominos de rota in tit.
de foro compe.deciſio.prima in antiq.Sed dici poteſt
q adhuc iſta reſponſio non ſit tuta,& q iſta iura ,&
deciſiones magis faciunt in oppoſitum,quia ut dixi
ante hæreditatem delatam non fuit ius ſuccedendi,ni-
ſi in ſpe, & ſic non fuit actus ſucceſsionis perfectus

licet qualitas ſexus à principio perfectè ineſſet,vnde p
hac concluſione melius facit.l.tribunus §.i.&.l.ti-
51 cius.ff.de te.mil.vbi patet quòd†teſtamentū factū mi
nus ſolenniter à pagano,poſtea facto milite ex eo ſolo
non ſuſtinetur quòd factus ſit miles,nec ex ſpeciali pri
uilegio militibus conceſſo, quaſi qualitas prior du-
ret. ita quòd ipſum teſtamentum ſubijciatur regulis
iuris communis quibus ligabatur exiſtens paganus,
& tempore teſtamenti,niſi conſtet de contraria mente
ipſius militis cuius voluntas habet effectum noui te-
ſtamenti. Sic ergo in propoſito qualitas quæ affuit à
principio in muliere per ſuperuenientem religionem nō
mutabitur,nec ipſius qualitatis effectus, nec prodeſt
contraria voluntas mulieris ſicut in milite prodeſt,
quia ſexum mutare non poteſt ſicut miles voluntatem
& teſtamentum.item facit quod dixi ſuprà in prǽced.
52 q.†de ſtatuto excludente fœminas quòd liget forēſes,
quia afficit bona, vnde cum antequam perſona ſit fa-
cta eccleſiaſtica bona ſint affecta, valebit quo ad eam
ſtatutum ſiue illam ligabit.d.l.reſcripto.§.finali.ff. de
mune.& hono.cum concordan.ſuprà allegatis , nec
per hoc fit grauamen vel iniuria eccleſiæ,vel religioni,
quia in omnem euentum talis perſona excluſa remanſiſſet,
ſiſſet, etiam ſi non fuiſſet facta eccleſiaſtica. Et præ-
53 dicta †limitabat Soci.conſil.ccxlj.incipien.circa pri-
mo volumine.iij.colum.cum quatuor ſequen. vt nō
procedant quando per vnum ſtatutum filiæ reperiren
tur in ſuccedendo melioris conditionis quàm ſint de
iure communi:putà quòd mater non poſſit in præiu-
dicium filiarum diſponere niſi de vna quarta,& poſt
ea fieret ſtatutum quòd non ſubeuntes onera commu-
nis non gaudeant beneficijs ſtatutorum . Nam ſecun-
dum Soc.tale ſecundum ſtatutum non excluderet mo
nialem à beneficio illarum trium quartarum.de cuius
dicti veritate patet in lib.de legibus conſti. & ſtatutis
in articulo quos ligent ſtatuta, aliàs circa quæ condi
54 poſſint.ll.& ſtatu.†Quę autem dicātur perſonę eccle
ſiaſticę videantur pro nunc no.per Panor.& alios in
capl.ij.de foro competen.per Maria.in.c.i.e.ti.&.c.
vt lex.xxvij.q.i.& nota.in.c.quiſquis, maximè per
Archid.xvij.q.iiij.&.§.iconomus,&.§.ſi quis in au-
ctem.de ſacti.epiſcop.& Ioan.and.in capi.ſciant cū
cti,de electio.in.vi. Et an tonſuratus ab epiſcopo,
qui non potuit,dicatur perſona eccleſiaſtica, & gau-
deat priuilegio clericorum ac declinatoria fori, notat
Compoſt.in.c.cum adeo,de reſcrip.facit.c.i.&.ij.et
fina.cum ibi traditis de ad temp.ordi.& habui in fa-
cto.Quę autem dicantur perſonæ religioſę,notat Io-
an.and.But.Panor.& ſcribentes in rubrica de regu-
la.Moderni in.d.c.eccleſia ſanctę Marię in princip.
commen.Quid de clamidata Maria.in conſi.l.& So
ci.conſil.ccxxx.pen.colum.& fina.i.volumi.Reli-
qua in materia vide Anto.de but.in.c.fina.de vita,et
bone.clerico.& Imo.in.d.c.quod clericis.iij.colum
na,de foro compe.& dominum Natam in ſuo tract.
facto in hac materia.
55 Tertiò quęritur,†an talia ſtatuta habeant locum in
ter Iudęos & eorum filios & filias,& ſentio q Iudęi di
cunt de conſuetudine obſeruari , vt in eorum hæredi
tatibus ſuccedant ſecundum diſpoſitionem legis mo-
ſaicę,quę vt dixi in ſecundo articulo principali di
ſponit quòd extantibus filijs maſculis fœminæ non
ſuccedant,cuius verba ibi retuli , & vult filias
præferri cæteris maſculis : ea ratione : quia non
debet tolli nomen defuncti de familia eius , licet
ſint ſolæ filiæ fœminæ , quaſi ſufficiat defuncto ſi-
ne filijs maſculis , habere fœminas deſcenden-

tes per quas nomen & memoria ipſius defuncti con-
ſeruetur, debent tamen ſecũdum illam.l. moſaicam
nubere cũ bonis in familia defuncti, vt habetur nume
ri capi.ſi. vt bona in alienas familias non tranſeant, &
ſtame hac conſuetudine. Iſta quæſtio non haberet dif
ficultatem, quia ſtaremus cõſuetudini.l.de quibus cũ
materia.ff. de legi. &.l.ij.C. quæ ſit long. conſuetu. &
quod plenè traditur ibi, & in capi.ſi. extra eo.ti. & di
citur in conſi.cccxcvi. in volumine nouorum conſi-
liorum Pau. de caſt. quod conſilium incip. inſtrumẽ
56 tum diuiſionis, ꝙ † iudæi habent ex conſuetudine inter
ſe vt maſculus ſuccedat excluſis fœminis, & ꝙ niſi
mulier vidua iuret ſe nihil habere de bonis mariti,
præſumatur tantùm ſubtraxiſſe, quantũ aſcendit dos
ſua, ita ꝙ de ſuis dotibus tunc diſponere non poſſit.
Qua conſuetudine poſtpoſita adhuc dicendum vide-
57 retur ꝙ † inter iudæos habeat locum diſpoſitio ſupra-
dictæ legis moſaicæ, cum iudæi non humanis, ſed di-
uinis conſtitutionibus ſubijciantur. c. omnia. xij. diſt.
& cap. ſi ſolus Chriſtus cum ibi traditis. viij. diſtin.
& conſequenter non ligabuntur tali ſtatuto, quia nec
lex imperialis habet efficaciam contra prouiſionem le
gis diuinæ. c. lex imperatorum, & cap. non licet. x. di
ſtin. & cle. ne romani, de elect. & Doc. in.l.ſi.C. ſi cõ
tra ius vel vti. pub. Bar. in.l. omnes populi in.ij.q.
prin. ff. de iuſt. & iur. Cano. in.d.c. quæ in eccleſiarũ,
vbi latè Moderni in prima &.ij. carta de conſt. & Pe.
de ancha. in repe. d.c. canonum ſtatuta eo.ti. cum cõ
cor. ad hoc facit quod no. Innoc. in.c. ſuper his, de
voto, vbi papa non vult iudæos in matrimonijs con-
trahendis, vel dirimendis ligari lege canonica, ſed per
mittit, vt eorum ritibus, & legibus vtantur. De his
enim qui foris ſunt, nihil ad nos cap. gaudemus, de di
uor. & c. multa.ij.q.i. pro qua iudæorum obſeruan-
tia quando non eſt à ciuili, vel canonico iure reproba
ta, facit. c. ſunt iudæi de iudæis & quod de eorum ſi-
nagoga dicitur in.c. conſuluit, & c. iudæi eo.ti. &.l.
dies ſabbati, &.l. iudæos, &.l. ſi quem à contrario
ſenſu. C. eo.ti. & c. qui ſincera. xlv. diſt. Et videmus
ꝙ Pilatus dixit iudæis tempore paſſionis domini no
ſtri Ieſu Chriſti, & maximè Ioannis. xix. c. accipite
eum vos & ſecundum legem veſtram iudicate eum,
qui Pilatus gerebat vices Auguſti romani imperatoris
in patria iudæorum, & ſic Pilatus demonſtrabat eorũ
particularem legem in non concernentibus præiudi-
cium Cæſaris fore iudæis ſeruandam, quod etiam aſſe
rebant ipſi iudæi ad Pilatum dicentes, nos legem habe
mus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei
ſe fecit, in hoc ſuæ legis obſeruantiam demonſtrantes.
Quinimmo Deus mandauit, vt habetur numeri. c. xx
vij.l. allegato, ꝙ lex prædicta tradita iudæis eſſet illis
perpetua. pro quo facit quod no. Archi. in.c. ſi quis
ſuadente in.ij. col. in fi. xvij.q.iiij. dum volunt diſpo
58 ſitionem illius ca. non ligare iudæos, quia † non ligan
tur conſtitutionibus eccleſiaſticis ſecundum eum. d.c.
gaudemus, & quod notatur. xv.q.c.ſi. & in.c. con-
ſtituit in fi. ea. xvij.q.iiij. & ꝙ lex moſaica ſit inter iu-
dæos ſeruanda, & non leges noſtræ etiam in ſucceſſio
nibus conſuluit Io. cald. in conſi. xi. incip. factum ſu
per quo conſilium petitur, & in conſi. x. inci. lex mo-
ſaica ſub rubrica, de conſti. & in conſil.ij. incipien. cõ
ſuetudo quæ habet ſub rubrica de conſue. & in con-
ſil. xxx. ſub rubrica. de teſta. cum quo videtur tranſire
Alex. in.l.i. in.xi. colum. ff. ſi certum peta. Idem vo-
luit Roma. in conſil. cliij. incip. præmiſſum laudum
circa fi. & dicit Flo. in.l. maximum vitium. C. de li-
ber. præte. ꝙ ita fuit conſultum per eum in hæredita-
te cuiuſdam iudæi quæ erat valoris. xxx. milium du-
catorum vna cum Fulgo. Gaſp. Calde. & Pet. de an-
cha. & Imo. Idem etiam volunt Moderni in.c. de in
59 fidelibus, de conſangui. & affinita. † vbi reſpondent
ad contraria iura ſubijcientia iudæos romanis legibus
vt procedant in his quæ iudæis expreſſè prohibentur,
& ſecus eſſe in his in quibus lex ciuilis non derogat ex
preſſe eorum legibus & ritui. Hoc idem ſequitur do.
Fely. in.c. iudæi lo.ij. de iud. Et clariſſimus dominus
præceptor meus domi. Iaſ. in.l. qui ſe patris in.v.co.
C. vnde libe. & dixit Modernus bononien. in ſuo tra
cta. dotium in vltima parte vlt.q. ita fuiſſe ſeruatum
Mantuæ in arcta quæſtione facti de anno. 1461. & iſta
opinione præſuppoſita, ſtante ſtatuto quòd maſculi
præferantur fœminis in ſucceſſionibus ſeruandum
non eſſet ſtatutum, niſi inter fratres, & ſorores vigo-
re legis moſaicæ, magis quàm ſtatuti prædicti. Facit quod
dixit Corneus conſilio, ci. ſecunda colum. ver. licet, et
conſil. clxx. ſecundo vol.

60 Sed † ꝙ talia ſtatuta ligent iudæos in ſpecie, voluit
Ioan. de ana. cum quo tranſit ibi Fely. in.ij. colum.
in.d.c. iudæi ei.ij. circa fi. commen. de iudæis. motus
quia tale ſtatutum reponit nos in diſpoſitione legis mo
ſaicæ, & iſte reditus ad legem antiquam eſt commen
dabilis.l. lege. xij. tabu. C. de legi. hær. & quia iudæi
dicuntur de eodem corpore ipſius ciuitatis quamuis non
dicantur eſſe de corpore ſpirituali.l. chriſtianus. C. de
paga. rit. tol. & quia turbis diuerſorum hominum ci
uitas fit magis populoſa in auten. de quæſtio. poſt prin
cip. quem tex. dicit ſingularem Bald. in capi.i. de for.
fide. & in rubrica. C. qui accuſa. non poſ. ad hoc vt
iudæi dicamur de populo, & iſtud magis animosè te-
net domi. Lau. in repe. d.§. cæterum, inſti. de leg. agn.
ſuc. in quarta colum. cum ſequen. motus, quia iura ci
uilia ſecundum eum debent inter iudæos ſeruari, & cõ
ſequenter ſtatutum quod eſt in loco ſuo ius ciuile. d.
l. omnes populi, & §. ius autem ciuile, inſti. de iur. na
tu. gen. & ciui. & cum prędicta ſententia videtur tran
ſire Modernus bononien. in dicto tractatu dot. in vl-
tima parte. q. lvij. incipien. an prædictum ſtatutum,
& quòd iudæi ligentur diſpoſitione iuris communis
& non.l. moſaica, facit quia iudæi habent filios in
poteſtate ſecundum Bald. poſt Iacob. de rauen. & an
tiquos in.l. item in poteſtate cum ſequen. ff. de his q
ſunt ſui vel alie. iur. & glo. in.c. iudæorum. xxviij.q.
i. Gaſpa. Calde. in conſilio. iij. incipien. an filij iudæo-
rum ſub rubrica, de iudæ. Cardi. in cle.i. in fin. com-
men. de iude. Panormi. in.c.ſi. de conuer. infi. Alex.
& Aret. in.l. multum intereſt. ff. de verb. oblig. vbi
reprehendunt Archidiaco. qui aliter tenuit in ca. qui
ſincera. xlv. diſtin. ex quo infert Bald. vbi ſuprà ꝙ fi-
lij iudæorum ſunt ſucceſſibiles, dicens idem eſſe in
quibuſuis infidelibus citra crimen, vt ſunt hæretici, &
ſciſmatici, ex quo infert Bald. etiam quòd nõ poſſunt
filij iudæorũ teſtari ſicut nec chriſtiani.l. ſi filiuſfamil.
ff. de teſtamen. inſtitu. qui. non eſt permiſ. face. teſta.
in princip. ex quibus infert Alexand. in conſilio ſe-
ptuogeſimoprimo incipien. ponderatis verbis ſecun-
do volumi. quòd filij iudæorum ſunt ſui parentibus ſi
cut & chriſtiani, facit tex. in.l. ſpadonem. §. iam tamẽ
ff. de excuſa. tutorum. Dum ibi iudæus non habet ex-
cuſationem à tutela chriſtiani ſecundum communem
expoſitionem. & dicit ibi Bald. quòd iudæus poteſt
eſſe procurator chriſtiani in iudicio contra chriſtia-
num. Et quòd iudæi in humanis actibus & non di-
uinis nobiſcum participant ſaluo iure ſuperioritatis
facit ad idem.l. generaliter §. fina. ff. de decu. & quod
notat

notat Bar.in.l.omnes.C.eo.titu.lib.x. ꝙ iudęi cogi
poſsint ad ea munera & honores ad quæ chriſtianus
cogitur per iura:dummodo ex eo ad iudęorum ſuper
ſtitionem ſpectantia nō lędantur,licet hodie inter chri
ſtianos honores habere non poſsint.l.fin. de iudę. &
c.ex ſpeciali,&.c.cum ſit cum ibi notatis eo. titu. &
quod dicit Ange.poſt glo.in auct.iuſiu.quod preſt.
ab his,ꝙ iudęi non poſsint exercere officiū in quo in-
uocandum ſit nomen Chriſti:propter quod nec ho-
die poteſt iudęus eſſe tutor,vt per Bar.in rub.ff. de iu
ſti.& iur.vbi dominus præceptor meus multa dicit
de iudęis,& generaliter in materia ꝓportionabili chri
ſtianis & iudęis, lex eſt communis vtriſq; ſecundum
Gemini.in.c.i.§ fi.in vltimis verbis de vſuris, in.vi.
poſt glo.in verbo cenſura,& Pau.de lea. & Imol.in
cleme.l.eo.tit.Io.de ana.in.c.quod ſuper.l.col. Et
Laud.de rodul.in.c.conſuluit in ver.cxlvi. & quod
notatur in.c.poſt miſerabilem:&.c.quanto eo.tit.&
in.c.ij.per Io.an.e.ti.in.vi. Ad prędicta facit.l.iudęi
ſecundum ꝙ verba ſonant.C.de iudę.vbi dicit iudęos
communi romano iure vti.& tam de cauſis ad eorum
fidem & ſuperſtitionem ſpectantibus ꝙ̃ ad forum ac
leges,& iura adire debere iudices chriſtianos,& ſic tā
ad ea quæ ſunt ordinis iudiciarij,dum dicit forum ꝙ̃
quo ad ea quę concernunt deciſionem, dum dicit le
ges & iura copula interpoſita,& ſic eorum ritus, &
ſuperſtitiones ad eorum fidem ſpectātes eis præſeruan
tur,& iuri communi in cæteris ſubijciuntur,& illum
tex.ita intelligunt Alberi.& Bar.ibi,& Panor.in.c.
fi.de conuer.infi.& Alexan.in conſil.lxxv.in.ij.col.
in prin.v.volumi.& ꝙ in matrimonijs ſubijciantur
legi ciuili eſt expreſſum in.c.nemo iudęorum.C.de iu
dę.& per tex.in.d.l.iudęi.dixit Pau.de ca. in conſil.
cccxcv.incip.ad primum uidetur in volumine nouo
rum conſiliorum ſecundum vltimam impreſsionem
ꝙ iudęi tenentur teſtari ſecūdum ſolennitatem iuris ci
uilis, non autem ſecūdum ritum eorum,idem dicitur
de cauſa inteſtati in conſil.ſeq.Item iudęi ſubſunt le-
gibus & canonibus in pœnalibus:& puniuntur per
eccleſiam ſi contrafaciant ſuę legi morali,aliàs per iu-
dices temporales,vt notant Inn.& Io.an.in.c.quod
ſuper de voto,traditur per doct. in.c.poſt miſerabi-
lem,&.d.c.quanto de vſur.Io.an.in.d.c.gaudemus
& in.c.in archiepiſcopatu de rap.& in.c.poſtulaſti,
de iudę.& notatur in.d.c.de infidelibus de conſang.
& affini.vnde videtur ꝙ in his quæ non ſunt de fide
& ſuperſtitione iudęorum ſubijciantur iudęi legibus
chriſtianorum,& non legi moſaicę, & hoc ſentit gl.
in.c.ius quiritum.i.diſtin.ſaltem in iudęis habitanti-
bus ſub Romano imperio,& vbi Roma.leges ſeruā
tur,& ipſorum ſuperſtitio non tolleratur, in his quæ
cedūt in opprobrium & contemptum fidei chriſtianę,
vt eſt expreſſum in.l.iudęos quoſdam.C.de iudę.no
tatur in.c.quia ſuper eo.ti.& in.d.c.gaudemus, qui
iudęi à chriſtianis ex humanitate tollerantur, vt in.c.
& ſi iudęos de iudę.& in.d.c.qui ſincera, & pulchrè
per Oldra.in conſi.lxxxvij.incip. quæritur an prin-
ceps.& cum prædicta opinione tranſit Socy. conſil.
lxij.lxvi.&.lxxi. vbi limitat niſi in concernentibus
ſalutem animarum,quia non ligantur canonibus, de
clarat Fely. in.d.c.iudęi el.ij.ij.colum.licet paulo an
te Fely. ibi dicat ꝙ ſtatuta chriſtianorum non trahū-
tur ad iudęos.& tenentes hanc partem reſpondent ad
legem moſaicam ſeu diuinam quæ prima facie videtur
non poſſe tolli, ꝙ ſcripta in veteri teſtamento non ſunt
obſeruanda niſi in nouo repetantur, vt notatur.vi. di
ſtin.c.fi.& in.§.his ita reſpondetur.& ꝙ lex veteris te-
ſtamenti in moralibus ſeu in his ꝑ quę ordinabat ho-
mines inuicem & Deum,tunc erat immutabilis quan
do fundabatur ſuper ratione naturali, ſed in his quæ
erant iudicialia,& quæ ex dictamine naturæ non ꝓ-
cedebant:bene erat & eſt mutabilis, notant Imo.&
Moder.in.c.fi.de conſue.& Imo.in.l.ſtipulatio hoc
modo concepta.ff.de uerbo.obliga.in.ij. colū.& in
l.iiij.in pen.colum.ff.de de teſta.& Io. de ana.in.d.
c.iudęi lo.ij.vlti.colum.allegant ſanctum Thomam
in prima ſecūdę.q.xcix.articulo quarto, aliàs.q.ciiij.
articu.tertio,quæ maximè vera ſunt quando ſubeſt ra
tio aliter diſponendi quàm in teſtamento veteri conti-
neatur, ſeu quæ redundet in publicam vtilitatem, vt
per Bart.in repe.l.omnes populi in.l.q.tertiæ prin.&
But.in.d.c.fi.de conſue.ver.quarto reſtat vbi etiam
Doct.& aut.in.d.c.quæ in eccleſiarum in.iij.colū.
cum ſequen.vbi latè Moderni in.i.&.ij.carta,;pro-
pter quod valeret ſtatutum prædictum contra legem
moſaicam,quia tendit ad commodum publicę vtilita
tis,vt dixi latè in primo & tertio articulo princi. Ad
illud autem quod dicitur in euangelio paſsionis domi
ni noſtri Ieſu chriſti,per quod apparet ꝙ iudęi hēbant
legem diuerſam à communi, poteſt reſponderi ꝙ illa
Pilati demonſtratio non probat.l.nemo iudex.C.de
ſen.& inter.om.iudi.vel ꝙ cum iudęi haberent pro-
prium territorium poterant particularem legem habe-
re.d.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur. &.d.§.ius aūt
ciuile, Inſti.de iur.nat.gen.& ciui.vel ꝙ haberent le-
ges ſpeciales,prout etiam eos nunc habere licet,vt di-
xi in concernentibus eorum ſectam & fidem,ſecundū
quas leges petebant Chriſtum tanquam falſum pro-
phetam iudicari,dicendo reus eſt mortis, quia filium
Dei ſe fecit, propter quod dicebant ſuam legem of-
fendi, licet falſa eſſet & ex inuidia eorum accuſatio;
vt noſtra ſancta atteſtatur fides. Ad illud autem quod
dicebatur ſeruari debere inter iudęos legem moſaicam
niſi vbi contrarium expreſsè reperitur, reſponderi po-
teſt quòd lege non probatur. Ex his patet quòd iſte
paſſus non eſt ſine dubio, an in iudæis ſeruanda ſit eo
rum lex vel communis ſeu ſtatuta locorum vbi de-
gunt vel habent bona. Verumtamen in terminis no
ſtris puto dicendum quòd prædictum ſtatutum non
liget filias iudęorū,ſi filij maſculi vel alij ꝑꝑ quos fœ-
minę excluduntur,fuerint etiam iudęi,quia cum hoc
ſtatutum ſit principaliter factum fauore maſculorum,
vt concluſi ſuprà in quarto articulo principa.non cen
ſetur emanaſſe ad ſuccurrendum iudæis,ſeu in eorum
fauorem, poſito quòd iudæi ligentur lege communi,
vel ſtatutis,& non moſaica per gloſſ.fina. in capitu.
ſecundo, de iudæ.quæ vult quòd iudæis rigor & non
æquitas ſeruetur,per quam gloſſ.dominus Baptiſ. de
ſancto Blaſio in repetio.l.in bonę fidei.C.de reb.cre-
di.& in tracta.correlatiuorum in quinta parte in vi-
geſima octaua fallentia.poſt Roma.& Ange.de vbal.
nouum in repeti.admonendi.ff.de iureiuran. Et ibi
etiam dominus Præceptor meus dominus Iaſon in
lxi.colum.verſicu.xxxvi.Iſtud iuramentum.ff.de iu
reiur.& in.l.& ſi poſt tres in primo notabili.ff.ſi ga
cau.dicunt quòd cum iuramentum ſuppletiuum de-
feratur de æquitate ſecundum Baldum in rubrica de
controuer.inueſtitu.in vſibus feudo. non ſit iudæo
deferendum, vt illi æquitas non ſeruetur ſed rigor, in
ferentes ꝙ vbicunq; licet de iure purgare moram, vt
habetur in.l.& ſi poſt tres.ff.ſi quis cau. & in.l.ſi in
ſulam.ff.de verb.oblig.non poſsit iudęus illam pur
gare cum morę purgatio dicatur de æquitate.l.ſi ſer-
uum §.ſequitur.ff.de uer.ob.& quod dixit Alexan.

in.d.l.& ſi poſt tres,ꝑ hoc facit quod notat Bar.In.l.
omnes la.iij.C.de decu.lib.x.ꝙ iudęus poſſit eſſe
decurio,inquantum officiũ decurionatus habet onus
annexum,non autem inquantũ eſt honor propter quę
quandoq; dubitaui de deciſione Bal.in.l.ſpadonem
.§.iam autem.ff.de excu.tut.dum vult ꝙ immunitas
conceſſa incolis trahatur ad iudæos:& de eo quod di
xit Ang.in.l.vtimur.ff.de ſepul.vio.& Alexã.in di-
cto conſil.lxxv.i.&.ij.colum.i.volu. Dum dicunt
ꝙ ſaluus conductus conceſſus alicui & ſocijs trahi-
tur ad iudęum venientem cum impetrante gratia ip-
ſius impetrantis:licet poſſit in hoc ſecundo dicto di-
ci non ſubeſſe dubium,ſed inſpiciendum eſſe perſo-
nam impetrantis:cuius gratia conceditur. & ꝙ tale
ſtatutum non proſit iudęis etiam ſuadet ratio propter
quam factum cenſetur tale ſtatutum,quæ eſt vt digni
tas familiarum conſeruetur:cùm ipſi non aſpirent ad
dignitates,vt dixi nec publica vtilitas verſetur in cõ
ſeruatione ſuarum agnationum & familiarum, facit
l.adigere.§.quis cum concor.ff.de iurepatr. & quod
dixi in.i.q.huius articuli, vbi autem maſculi eſſent
chriſtiani,licet fœminæ & hi de quorum ſucceſſione
tractatur eſſent iudęi,puto ꝙ tunc vendicaret ſibi lo-
cum ſtatutum,quia tunc militaret finalis intentio ſta-
61 tuti. † & iudęi qui fiunt chiſtiani non perdunt agnatio
nem,nec ius ſucceſſionis,vt habetur in.d.c.iudęi lo.
ij.vbi etiam Panor.de iud.& Gloſ.in.c.iudęorum.
xxviij.q.i.& patet in.c.deinde.xxvi.diſtin. vbi nati
ante patris baptiſmum ſunt fratres alijs poſtea natis,
& commodum ſucceſſionis habent,quod etiam ſecũ
dum lecturam aliquorum tenet Barto.in.d.§ iam au-
62 te. †Et tales maſculi facti chriſtiani debent alì à paren
tibus iudęis,& econtra vt traditur in.c.fi.de conuer.
infide.Bald.in.l.neq; mater.C.de iure do.& hř in.c.
ſi qui filij.xxx.diſtin.& per Ioã.de ana.in.d.c.iudęi
lo.ij.de iudęis. Vbi fortius voluit ꝙ filius iudęi fa-
ctus chriſtianus poſſit petere legitimam in vita patria
quam filius chriſtianus petere non poſſet.l.l §.ſi impu-
beri.ff.de colla.bono.motus,quia melioris condi-
tionis debent eſſe conuerſi ad finem ꝗ̃ ante eſſent, &
hoc planè procederet tenendo opinionem ꝙ iudęi li-
gentur ſtatutis laicorum,ſed tenendo opinionem ꝙ iu
dęi ligentur lege moſaica,eſſet hæc deciſio dubitabi-
lis,an maſculus chriſtianus ſecundum ſtatutum, vel
legem moſaicam ſuccedere deberet per eã quæ dixi.i.
q.huius articuli de forenſe. Verum puto ꝙ attenden-
da foret diſpoſitio ſtatutaria vt melioris fiat conditio
nis factus chriſtianus ꝗ̃ eſſet anteꝗ̃ eſſet ad fidem con-
uerſus.d.c.iudęi lo.ij,& quod ibi dixit Ioan.de ana.
quem ſuprà proximè retuli:& ſi maſculi eſſet iudęi &
fœminæ chriſtianę non excluderentur per tale ſtatutũ t
propterea quia vbi omnes tam mares ꝗ̃ fœminæ ſunt
iudęi,etiam fœminæ non excluduntur,vt prædixi po
ſito ꝙ iudęi ſtatutis chriſtianorum ligentur. Et idem ſi
pater eſſet chiſtianus & filij iudęi per eaſdem rationes,
laus Chriſto. In alijs autem infidelibus circa crimen ac
ſucceſſibilibus idem dicendum eſt quod de iudęis, vt
ſtatutum illas non excludat ad commodum alterius
infidelis, ſecus ad commodum fidelis per prædicta,
quia de his qui foris ſunt nihil ad nos.c.gaudemus,
63 de diuortijs.l.l.C.de ſum.trin. Ita ꝙ† ſtatutum chri
ſtianorum inducens commodum de illis in dubio nõ
cenſeatur ſentire. Reliqua poſſunt videri per Barba.
conſil.xv.incip.circa dubia.i.colũ. cum duobus ſe-
quen.i.volumi.

QVARTO contingit dubitari, an hermofro-
ditę prætextu talis ſtatuti excludantur ? & quidem ſi
magis incaleſcunt in ſexu maſculino, non excludun-
tur,quia cenſentur maſculi,ſecus ſi magis incaleſcunt
in ſexu fœminino,quia cenſentur fœminæ.l.queritur
& ibi Bal.format hanc.q.ff.de ſta.homi.facit.l.repe
tundarum.§.i.ff.de teſtã. Quid autem erit ſi non poſſit
bene diſcerni ex ſexu , vel agilitate corporis, an quis
præualeat in altero ſexu? veritas colligitur ex his quæ
dicam in.xij.arti.prin.x.q.ubi tangam de monſtruo-
ſis.& ad ibi dicta me remitto.

64 QVINTO Quæro,† an tale ſtatutum excludat
filias naturales tantùm in eo caſu in quo poſſunt ſuc-
cedere iuxta.§.ne igitur iuncto §.ſi quis autem in auct.
quib.mod.nautra.effi.ſui putà,quia ſtante ſtatuto ꝙ
extantibus agnatis fœmina nõ ſuccedat, extet patruus
& filia naturalis ex vnica, & indubitata concubina,
quæ de iure cõi ſuccedit,vt in.d.§ ſi quis autem, vel
ſtante ſtatuto quòd maſculi fœminis prę ferantur ex-
tet frater naturalis maſculus, nam cum legitimo non
ſuccederet,vt ibi,& in §.ſi quis igitur. Et uidetur di-
cendum ꝙ non,quia verba ſtatuti ſunt ciuiliter intel-
ligenda non autem naturaliter.l.fina.C.de his qui ue.
æta.impe.cum vulg. Sed puto veritatem eſſe in con-
trarium eo.ſ.caſu,quando talis maſculus eſt legitimꝰ
ne melioris ſit conditionis nata ex tali coitu ꝗ̃ ex le-
gitimo & permiſſo §.fina.in auct.de reſtitu.& ea quæ
pa,& quod dicam in.xij.articu.prin.in.iij.q.vbi au
tem ſupereſſet maſculus naturalis tantùm,tũc non ex-
65 cluderetur per ſtatutum,filia etiam naturalis,quia † ſta
tutum quando tractat de commodo filiorum in du-
bio non uidetur de naturalibus ſentire, vt ibi etiam
dicam.

66 SEXTO Quęro,† an per tale ſtatutũ excludatur
filia legitimata.Bal.dicit ꝙ ſic in.l.eam quam in.ix.
col.ver.ſed pone ſtatutũ.C.de fideicõ.& eſt veritas.
facit quod dicam infrà in.xij.articu.principa.in quar
ta quæſtione.

67 SETIMO Quęro,† an talia ſtatuta excludant
filias,uel ſorores dominorum & principum à ſucceſ
ſione bonorum in quibus poſſent de iure communi
ſuccedere,quæ ſita ſunt in territorio vbi viget ſtatu-
tum ? & breuibus ſecundum Cardina.florentinũ in
conſilio ſecundo. Dicendum eſt quòd non,vbi con-
ſuluit ſtatutum ferrariæ ſub rubri.de ſucceſſionibus
ab inteſtato excludens fœminas non vendicare ſibi lo
cum in hæreditatibus illuſtrium dominorum mar-
chionum nunc verò ducum ferrariæ,licet bona ſint ſi
ta in territorio Ferrariæ. Propterea quia ſtatuta infe-
riorum non ligant ſuperiores.l.iij.in prin.ff.de alie.
iudi.mu.cau.fa.&.l.nam magiſtratus.ff.de arbi. &
quod notat Ioan.and.in.c.ciuibus de reg.iur.in.vi.
in mercu.& Pe.de anch.in repe.c.canonum ſtatuta
in.xlij.col.in.xij.q.princ.in prin.de conſtitut. Vult
Bal.in auct.ſed nouo iure.i.col.C.de ſer.fugiti.& in
l.iiij.C.ad leg.falcid.quod ſecundum Cardina.in lo-
co præallegato,procedit etiam poſito ꝙ ipſi domini
Marchiones eſſent ciues ferrarię,quia non eo minus
ſunt ſuperiores & dignitas eos quo ad omnia facit ſu
periores,licet contrarium innuat ipſe Cardi.in repe.c.
perpendimus in.xxiij.q.& ſeq.de ſen.exc. Quid aũt
ſit in decretis dñorum ſuper tali ſucceſſione diſponẽ-
tium,colligitur ex notatis in.l.princeps.ff.de leg.ubi
Auguſti mulier ex lege ab eo condita ligatur, & in.l.
digna vox.C.eo.& ꝑ Cy.& Bal.in auc.quibuſcunq;.
C.de ſac.ſanc.ecc.ꝑ Bal.in.l.cum ipſe.C.de contra-
hen.emp.& Io.an.in.c.ij.de conſt.in.vi.Pet.de an
cha.in loco.ſ.allegato cum concor.ꝑ eos allegatis.
Prædicta limitantur niſi ſuperior velit vti benefi-

cio

cio ſtatuti vel commodum ex eo conſequi, quia tunc
ligatur ſtatuto, & pariter eccleſia ſecundum Bald. in
68 d. l. iiij. C. ad leg. fal. †An autem vltra prædicta ſtatu
ta ligent ſtatuentes traditur plenè in. l. i. in princip. ff.
quod quiſ. iur. Et an decreta illuſtriſſimi do. Mar-
chionis montiſferrati quæ excludunt certas fœminas
à ſucceſſionibus extantibus maſculis in eis nomina-
tis, vendicent ſibi locum in terris vaſſallorum? Paul.
de ca. conſil. ccclxxxviij. aliàs. ccclxix. incip. præſup-
poſito quod præfatum. ij. vol. penul. & vlti. impreſſio-
ne conſuluit quod ſic, pro quo facit. l. de quibus. ff. de le
gi. & l. i. C. de ſum. tri. Vbi lex imperialis omnes li-
gat, & videtur de mente Bal. in. l. etiam prope fi. com-
men. in lect. noua. C. de iure do. Dum vult bannitos
per ſuperiorem etiam eſſe bānitos in loco ſubdito quo-
uis habeat merum & mixtum imperium. Quod eſt in
telligendum quando terrę vaſſallorum non haberent ſtatu-
tum diuerſum uel contrarium p. l. omnes populi. ff.
de iuſt. & iur. & notata per Bal. in. d. l. etiā loco præ
allegato poſt Guil. de cu. in. l. ſi conuenerit §. ſi nuda.
ff. de pigno. actio. Nam prout dicit Bal. in repe. d. l.
69 de quibus. i. & ij. reſpōſo poſt Guil. de cun. pro †le-
gibus & ſtatutis, tunc recuerimus ad caput quando mem-
bra non habent proprium ſtatutum nec ſpecialem le-
gem, faciunt notata in. c. nolite. xi. q. i. & in. l. fi. C. de
teſta. & per Bar. in. d. §. ſi nuda, & per Marti. de lau. in
tracta. de princi. verſi. lxij. & per Maria. conſil. vij.
iij. col. & dominum Philip. cor. conſil. cli. incipit. in
hanc prope. fi. iiij. volu. Et prædicta etiam procedunt
in alio loco qui non eſſet ſubditus vaſſallis? ſi haberet
propria ſtatuta in materia loquentia, quia non habe-
ret, tunc locum principis decretū, aliàs ſecus. d. l. om-
nes populi, & in iuribus præallega. & ſi eſſent ſtatuta
ciuitatis dominantis vel leges Florentię, haberent etiā
locum in locis ſubditis ſecundum Roma. conſti. cxli. incip.
eximie doctor per iura præallegata, & per tex. inſtit.
de ſatiſda. in fi. & per gl. in. l. ex ea. ff. de poſth. quod
fortius affirmat ipſe Roma. conſi. ccviij. incip. præ-
ſens caſus, & Mari. d. conſil. vij. & Barto. ſoc. conſi.
lxxxi. ij. col. & Barto. in. l. i. §. cum vrbem. ff. de offi.
70 pręfe. vr. vbi dicit † quod ſtatutum quod viget in ciuita-
te pariter debet vigere in villis & caſtris eius, quod ēt
firmat Bal. in. d. l. ex ea, & in. l. ij. in. ij. q. C. quēa. teſt.
ape. & ſimile eſt in conſuetudine ſecundum Bar. in. l.
ij. in. xxxvi. q. cum ſeq. C. quæ ſit lon. conſue. Quod
eſt intelligendum niſi in ipſo loco ſubdito ciuitati ſit
ſpeciale ſtatutum vel ſpecialis conſuetudo ſecundum Bart. in
d. l. ij. in præallg. q. xxxvi. & in. xv. q. & Gui. de cu
neo in. l. igenuum. ff. de ſtatu homi. cum concordan.
pręallegatis.

71 OCTAVO Quæro, †an ſtatutū ſimpliciter ex-
cludēs fœminas intelligatur excludere filias primi gra
dus, vel neptes, quarum pater ſeu mater ſunt pręde-
functi, an verò in dubio intelligatur de his quibus nul
la debetur legitima, dicam infrà hoc eo. arti. in. xxiiij.
72 q. in quarto memb. †Generaliter autem quæ perſonæ
ligentur ſtatuto vel conſuetudine loci tradunt Bart.
& R. in repe. l. cunctos populos. C. de ſum. trini. &
fide cat. Pet. de anch. in repe. d. c. canonum ſtatuta.
in. xij. q. prin. de conſti. Alber. de roſa. in prima parte
ſtatu. maximè in. xiiij. q. vbi tradit an ſcholares ligen-
tur ſtatutis Bononię, Cy. & Bar. in. l. de quibus. ff. de
legi. Io. an. Anto. de bu. & Mod. in repe. c. fi. de cō
ſue. cum concor.

73 ALIO Et & ſecundo membro †quando conſide
ramus talia ſtatuta fœminarum excluſiua in eo quod ex-
cludant aliquam lineam ſiue certum gradū, putà aſcē-
dentium, deſcendētium ſeu collateralium: occurrunt
nunc infraſcriptę quæſtiones examinandę, quæ licet
poſſent decidi ex dicendis in membro ſeq. tamen gra-
tia facilioris inuentionis putaui illas ſub ſpeciali mē-
bro ſituare.

74 PRIMO Igitur quęro ſi †ſtatutum excludat aſcē
dentes per lineam fœmininam, an videatur etiam ex-
cludere deſcendentes per eandē lineā, in qua quæſtione Bal.
in conſi. cccxvi. inci. an ſtatutū. i. vol. ſecundum pen. ſtam-
pam. aliàs. lxxvi. iij. parte ſecundum vltimam impreſ
ſionem arguit primò quod non: quia caſus omiſſus à ſta
tuto relinquitur diſpoſitioni iuris. l. ſi verò. §. de viro.
ff. ſo. matri. l. ſi ſeruum. §. non dixit. ff. de acqui. hær.
l. ſi extraneus. cum ibi notatis. ff. de condi. ob cau. l.
fi. C. de præ. cu. lib. x. poſtmodum ſubdit hoc verum
eſſe niſi talis deſcendens deſcendat à perſona inhabili,
hoc eſt à perſona quæ ſi adeſſet aliàs per ſtatutum ex-
cluderetur, quia tunc etiam ipſe foret excluſus vt not.
Cy. in. l. i. C. quæ ſit lon. conſue. & traditur in. c. i. quis
feu. da. poſ. pro quo facit quod dicam in ſeq. membro
huius quæſtionis in prima & tertia. q. vbi latius de ue
ritate huius deciſionis conſtabit.

75 SECVNDO Quæro †an ſi ſtatutum excludat
lineam maternam, & vocet agnatos, videatur exclu-
dere fœminas etiam agnatas, putà amitam, Bal. in cō
ſil. clxiij. incipiente ſtatuto ciuitatis palmę. i. volumi.
ſecundum penultimam ſtampam, aliàs eſt. ccxcv. ter-
tio volumine, ſecundum vltimam impreſſionem ar-
guit quòd ſic: quia ſenſus ſtatuti duo continet, vnum
excluſiuum linęę maternæ alterum verò delatiuū agna
tis maſculis, vnde licet amita non excludatur ex par-
te excluſiua propterea quia non eſt de linea materna:
tamen ex parte delatiua quę vocat maſculos videtur
excludi per not. per Bar. in. l. ij. § videndum. ff. ad ter.
& in hac ſententia reſidet Ioan. de ana. in conſil. iiij.
incip. viſis ſtatutis, verſi. circa verò aliud dubium,
76 motus ex eo, †quia cum ſtatutū diſponat contra ius
commune & vocet agnatos, per maſculinum genus
non comprehenditur fœmininum genus, & conſequē
ter non vocantur agnatæ per nota. per Bart. in. l. ſi quis
in tantam. C. vnde vi. facit. l. ſi quis id quod. ff. de iu-
riſdi. om. iudi. & quod no. Archidia. ſeptima. q. iiij.
c. ſi quis ſuadente, & hoc maximè verum dicit vbi ex
præfatione ſtatuti, vel alijs verbis eius appareret de fi
nali ratione ſtatuentium, per not. per Bartol. in. l. cum
hi, in princip. ff. de tranſac. & Bal. & Imol. in. l. fina.
ff. de hęredib. inſti. & per tex. in. l. quod dictum. ff. de
pactis, & l. cum pater §. dulciſſimus. ff. de lega. ij. &
l. regula §. qui ignorauit. ff. de iur. & facti ignor. plus
dicit ibi Modernus Bono. in additio. ad dictum con-
ſilium Ioan. de ana. quòd licet ratio non ſit in ſtatuto
expreſſa, tamen quia veriſimiliter ex verbis ſtatuentiū
excludentibus lineam maternam & includētibus ma-
ſculos apparet de eorum mente & ratione: fœminæ
agnatæ excluſę intelliguntur per gloſſ. in. l. tale pactū
§ fi. in gl. in fi. ff. de pactis, & not. per Dy. in. c. fin.
de regul. iur. in. vj. & Bald. in. c. i. § . qui feu. da. poſſ.
vbi dixit quòd †eſſentia ſtatuti conſiſtit in mente ſta-
77 tuentium, ſed ſecundum Baldum in dicto conſilio
centeſimoſexageſimotertio, veritas eſt in contrarium,
quia ſequeretur abſurditas quòd ſoror, vel neptis ex
fratre propter vlteriorem agnatum excluderetur, quā
abſurditatem vitare debemus. § ſed quia ſanè. inſtitu.
78 de leg. agna. ſuc. †nec eſt bona conſequentia quòd
excluſa vna linea ſcilicet materna, uel cognatorum
intelligatur excluſa alia linea, ſcilicet fœminina agna-
torum: nec verba ſtatuti nec ratio poſſunt in totū ma-

ſculo patrocinari, quãdo ex toto verba deficiunt. d.
l. ſi ſeruum §. non dixit. ff. de acquiren. hæredita. &
quod no. Cyn. in. d. l. prima, in penulti. quæſtio. C.
quę ſit longa conſue. dum diſtinguit an verba ſtatuti
poſſint trahi quãquam impropriè: & tunc trahãtur,
aliàs non, & quando ex uirtute incluſiua ſequitur cor
rectio legum, vel abſurditas: tunc non fit extenſio ſiue
incluſio. l. cum pater. C. de condit. inſer. & ita nal.
intelligit ac limitat not. per Bartol. in. d. l. ſecunda §.
videndum, & pro hac parte conſuluit dominus Soci
nus conſilio. ccvij. incipien. in cauſa, quarta & quin-
ta columna primo volumi. dicens quòd † ſtatutum ex
79 cludens matrem & alios cognatos à ſucceſſione filij,
non excludit ſororem ſimul cum patre cum ſit agnata
& loquitur in fortiori caſu, & ſecundum Corneum
conſil. clxij. incipien. conſtat, prima colum. iij. volu.
perſona excluſa à ſucceſſione aſcendentium non intel-
ligitur excluſa à ſucceſſione collateralium: facit quia
† excluſus à ſucceſſione patris non intelligitur exclu-
80 ſus à ſucceſſione fratris: etiam ſi frater non habeat niſi
bona à patre ad eum peruenta: vt per Alexand. & Mo
dernos in. l. prima §. veteres. ff. de acquirend. poſſeſ. de
quo dicam infrà in octauo articulo, princip. xviij. q.
& iſta pars eſt verior per ea, quę dixi ſuprà in tertio ar
ticulo principa. poſt Imo. in. l. ſi verò §. de viro. in vl-
tima colum. ff. ſoluto matrimo. quòd quando in tali
ſtatuto ſunt limitatę perſonæ excluſæ, non fiat ex-
tenſio ad alias: niſi quæ veniant mediante perſona ex
cluſa, vt latius dicam in ſequen. membro in tertia quę
ſtione, & licet vocentur agnati in maſculino genere ta
men vocantur exiſtente linea materna & ad eius exclu
ſionem tantùm & non ſimpliciter, nec ad excluſionẽ
fœminarum agnatarum ſeu alterius lineæ. & pro-
pterea bene dixit domi. Andr. ſicul. in conſilio. xvi.
incipien. circa conſultationem, in ſecunda & tertia co
81 lum. primo volumi. quòd † ſtatutum excludens ma-
trem & deſcendentes per lineam maternam non exclu
dit auiam paternam: maximè quando adeſt dictio ta
xatiua: vt quia excludat matrem & deſcendentes per
lineam maternam tantùm, quia limitata cauſa limita-
tum parit effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum
domi. & quia tunc ſenſus ſtatuti eſt manifeſtus, ita vt
excludatur verborum interpretatio. l. ſi quis filium.
C. de liber. præter. & . l. ille aut ille §. cum in verbis. ff.
de legatis tertio, & prædicta concluſio eſt magis com
munis, vt patet ex his quæ dicam in ſeq. memb. iij. q.
& in. viij. arti. prin. in. ix. q.

82 TERTIO Quæro † an ſi ſtatutum excludat de-
ſcendentes ex fœmina exiſtentibus maſculis, putà fi-
lio vel nepote: videatur etiám excludere ipſam fœmi-
nam ſicut excludit deſcendentes ex illa. Pau. de caſtro
in conſil. ccxij aliàs & melius. clxiiij. incipien. noui-
ter reuocatur in primo volumi. nouorum conſiliorũ
ſecundum vltimam impreſſionem tenuit quòd ſic: at-
tenta mente ſtatuti quę fuit vt bona remaneãt in agna
tione, iuxta nota. per Cyn. in. l. prima. C. de adul. Nã
ſi admitteretur fœmina, bona peruenirent ad extra-
neos contra mentem ſtatuti, ſed contrarium puto ve-
rius, quia licet excluſa radice intelligantur excluſi de-
ſcendentes ex illa, vt latè dicam in ſequenti membro
in prima quæſtio. non tamen ſequitur econtra quòd
excluſis deſcendentibus intelligatur excluſa perſona à
qua deſcendunt, ab ea, ſcilicet hæreditate ad quam nõ
venit ex perſona deſcendentis, per ea quæ dicam in
ſequenti membro in ſecunda & tertia quæſtione. nec
enim eſt par ratio in excludendo magis proximum,
& in excludendo magis diſtantem gradu, vt dicetur
in membro ſequen. prima quæſtione, notat Bald. in
l. quod vero. ff. de legi. & poſt eum Alexan. in conſil.
xcvij. inci. viſo themate, in vltima col. uerſi. quinim
mo non uidetur, cum ſequen. ſecundo volumi. facit
quod dixit Bald. in conſil. lxxxviij. incipien. ſtatuto
cauetur. iiij. volumi. ſecundum pen. impreſſionem de
quo dicam in memb. ſeq. iij. q. iiij. col.

83 QVARTO Quæro † an ſtatutũ excludens co-
gnatos propter agnatos videatur excludere matrem et
omnem lineã maternam, certum eſt quòd ſic, quia ma
ter & materna linea dicuntur cognati. l. ſecunda. ff.
vnde cogna. & § primo inſti. de legi. agna. tutel. & no
tatur in. l. in ſucceſſione. C. de legi. hæred. & ita te-
net dominus Anton. de roſel. in arbore conſangui. in
xliiij. colum.

84 QVINTO Quæro † an ſtatuto præferente co-
gnatos ex parte patris illis qui ſunt ex parte matris, fi-
lius ſororis perſonæ defunctę qui vulgò dicitur ne-
pos ex ſorore, excludatur per filium fratris patruellis,
dubiũ facit, quia verba illa ex parte patris poſſunt in
telligi ex parte patris perſonæ defunctę, & ex parte pa
tris illius perſonæ, quę vult ſuccedere, et primo caſu fi
lius ſororis videbatur dici coniunctus ex parte patris
quia ſoror erat coniũcta defuncto ex parte patris, vt
per dominum Curtium iuniorem dominum France-
ſchinum qui fuit in doctoratu meo vnus ex promo-
toribus in ſuo conſilio. v. nihilominus concluden-
dum puto cum opinione ipſius domini Franceſchi-
ni q. filius ſororis excludatur per fundamenta quibus
mouetur: & quia principalis intentio ſtatuti fuit con-
ſtituere differentiam in ſucceſſione inter agnatos & co
gnatos, iuxta ea quæ dixi ſuprà in. iij. articu. princip.
85 † quam intentionem deſtruere non debemus, inci. tali
dubio, & quia vt dicam infrà in duodecimo articulo
princip. in. xvij. & . xix. q. potius eſt dicendum quòd
intelligatur ſtatutum de coniunctis ex parte patris ip-
ſius ſuccedere volentis, & ita eſt de mente Ioan. petri
de ferrarijs in ſua pratica in forma libelli quo hæredi
tas petitur ex teſtamento, in verbo ac etiam reali, tertia
columna.

86 SEXTO Quęri poſſet, † an ſtatuto excludente li-
neam fœmininam, uel vocante hęredes de linea maſcu
lina comprehendatur filia maſculi, hanc quæſtionem
tangit Alexand. conſil. xliij. incipien. conſideratis his
tertio volum. & Pau. de caſtro etiam conſulendo ma
ximè conſil. ccxiij. incipien. nouiter reuocatur, aliàs.
clxiiij. & . ccclvij. aliàs. cccxxxix. incipit. quia ſupà.
i. volumine vltima ſtampa. cum multis concor. quæ
adducam in. xij. arti. prin. xix. q.

ALIO Et tertio membro huius articu. eſt viden-
87 dum † quæ fœminę videantur excluſę quando ſtatutũ
non excludit certum gradum ſeu lineam fœminarum,
ſed certas tantùm perſonas ſimpliciter & ſine aliqua
88 qualitate. et licet regula ſit quòd † ſtatutum ſpecialiter
aliquas perſonas excludens non ſit generaliter intelli-
gendum ſecundum Corneum conſi. cxlvij. incipien.
conſtat prima colum. tertio volumi. & Imol. in. l. ſi
vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo. & Bal. in. l. maxi-
mum vitium. iij. colum. C. de liber. præte. tamen pro
veritate melius dilucidanda putaui infraſcriptas quę-
ſtiones ſubijcere.

89 ET PRIMO quæro † an ſtatutum prædictum
excludẽs vnam perſonam intelligatur excludere quaſ-
uis perſonas ab illa deſcendentes etiam maſculos. &
pono exemplum, quando ſtatutum excludit filiam ex
tãtibus filiis maſculis, an ſi extet neptis, aut nepos ma
ſculus ex filia prędefuncta excludetur per filium ma-
ſculum

ſculum ſibi auunculum à ſucceſſione aui. hanc quæ-
ſtionem ponit Bar.in.l.liberorum,in antepe.colum.
cum ſeq.ff.de uer.ſig.& dicit poſt Richar.mal.uideri
ꝙ non,quia ſtatutum excludit filiam,eo quia eſt fœmi
na & propter ſexum,quæ qualitas non tranſit in ne-
potem maſculum ex filia.item non reperitur lege cau
tum ꝙ appellatione filiæ veniat nepos ex ea. poſtmo-
dum ipſe Barto.contrarium decidit tali ratione,quia
aut iſte nepos vult venire ex perſona ſua,& tunc exclu
detur ab auunculo cum ipſe teneat ſecundum gradũ,
& filius qui eſt ſibi auũculus primum,aut vult ſucce
dere in locum,& ex perſona matris ſuę,& tunc exclu
detur ſicut mater excluderetur ſi ſupereſſet.l.illam. C.
de colla.& arg.in.l.pomponius.§.cum quis.ff.de ac
quir.poſ.&.l.diuo marcho.C.de quæſtio.item quia
fauor maſculi admittendi,propter quem ita fuit ſtatu
tum durat mortua filia ſicut ea viua,vt probatur in.l.
qui iure militari,cum.l.ſequen.ff.de teſta.milit.vbi fa
uore militum eſt inductum ꝙ poſſint filios ſine cau-
ſa præterire,& ſi miles fuerit huius propoſiti vt naſci-
turus ſibi non ſuccederet,tamen nati ex filio excludun
tur,ſic & in propoſito vbi filia excluditur fauore ma
ſculorum,defuncta filia durabit fauor illorum maſcu
lorum,ita ꝙ excludent natos ex ipſa filia,& hoc ma
ximè apparet,quia licet ex ea parte qua ſtatutum exclu
dit filiam non contineatur nepos,tamẽ ex ea parte qua
filius maſculus vocatur excludetur.l.cum prætor.in
prin.ff.de iudi.&.l.ſicut certi.C.de teſta.milita.&.l.
quod in rerum.§.ſi quis poſt.ff.de lega.i.vbi quod ad
vnum applicatur,alteri remouetur,& probatur in.c.
90 i.§.hoc quoq;.qui feudum da.poſ. † vbi nepos ex fi-
lia excluditur à feudi ſucceſſiõe ſicut & ipſa filia,quia
ratio excluſionis hoc eſt fauor domini,durat ſemper.
Et illa verba extantibus maſculis in eorum perſona cõ
tinẽt diſpoſitionem,quaſi dicat,maſculi ſuccedant &
fœmina non.l.fideicommiſſa.§.cum eſſet.ff. de lega.
iij.l.in ratione §.tametſi.ff.ad.l.fal.& ſimilibus ver-
bis vtitur idem Bald.in.l.ij.§.videndum.ff.ad tertul.
cuius dicta conueniunt deciſioni præſentis quæſtio-
nis.Facit ad idem quia perſona,quæ excluditur non
q̃ eſt cauſa fauoris,ſed illa quę includitur,vnde illa
incluſa tanq̃ principaliter debet attendi,argu.l. ſed ſi
hac.§.fi.ff.de in ius vocan.& eſt melior tex.de iure ſe
cundum Bal.ibi & Pau.de caſt.in.l.ſi defunctus.C.
de ſuis & leg.vbi patet quòd illi quorũ commodo fit
aliorum excluſio videntur vocati,q̃uis aliter hoc nõ
exprimatur vbi autem filia non propter alterius fauo
rem,ſed morte,vel repudiatione excluderetur,tũc ne
pos ex ea bene ſuccederet auct.ceſſante.C.de leg. hær.
§.ſin autem,cum ſeq.verſi.illud palam eſt in auct. de
nino diſcrepant ſtatutum in vna perſona non trahiẽ
ad aliam, vt dixit Cynus in. l. j. circa finem. C. quę ſit
longa conſuetu. (Et ſecundum Baldum in. l. ſi quis.
C. ad tertul. ſi ſtatutum dicit quòd fratres patrueles
excludant matrem non excluditur amita, quod de-
pẽdet ab his quæ dicta ſunt ſuprà in primo membro
quando nominata perſona excluſa excluderet non
nominatam. uult Corneus conſi. ccvi. prima colũ-
na. tertio volumine. Ex his ſequitur quòd ſtatuto ex
cludente materteram nõ intelligitur auunculus exclu
ſus, quia non coniungitur defuncto per illam ſecun-
dum Paulum de caſt. in dicto conſilio. cccxl. Item ex
prædictis apparet tenendam eſſe deciſionem Bald. in
l. venia. C. de in ius uocan. quam ſequitur Pet. de an-
chara. in repetitio. c. canonum ſtatuta. in uerſicu. his
142 igitur quinq; membris. de conſtitutio. dum voluit.
† ſtatutum excludens filiam extante filio maſculo nõ
excludere neptem ex filio maſculo, licet illa ratio deci
dendi adducta per Baldum, quòd hoc ſtatutum cen-
ſeatur ex parte mulierum odioſum non ſit vera per ea
quæ dixi. ſ. in quarto articulo principa. ꝗuis domi-
nus Alex. de Imo. & Anto. de alex. aliter ibi dicant
poſt Ful. moti, q̃a ſi excluduntur filię q̃ ſunt in primo
gradu multo magis debent excludi neptes q̃ ſunt in
remotiore. argument. l. ſi viua matre. verſi. in nepoti-
bus. C. de bo. mater. Item quia aut talis neptis vult ve
nire ex propria perſona & non poteſt, quia filius eã
in gradu præcedit. l. ſecunda. §. primo. ff. de ſuis & le-
gi. aut. vult uenire ex perſona patris & non poteſt
ſecundum Baldum quia non eſt eiuſdem qualitatis,
ꝓut pater qui erat maſculus, prout in ſimili dicit Bar.
in dicta. l. liberorũ. Item quia ratio ſtatuti ita militat
in tali nepte ſicut in filia. quam opinionem Baldi. ſe
quitur Marian. conſil. trigeſimo incip. quamuis. vii.
col. dicens quòd quando verba non conueniunt, nõ
fit extenſio vltra perſonas ſpecificatas etiam ex idẽti-
tate rationis. In qua quæſtione dominus præceptor
meus in dicta. l. uenia. diſtinguit, ꝙ aut pater neptis
eſt præmortuus, & in ea habeat locum ſtatutum, aut
auus prius deceſsit cuius hæreditas fuit per filiũ a-
dita, & tũc quia deſijt eſſe hæreditas auita, & dicitur
paterna nõ excluditur neptis. per not. in. l. 1. §. veteres.
ff. de acquirenda poſſeſsione. & per glo. in. l. eius qui
in prouincia. & ibi barto. ff. ſi certum petatur. Inn-
ctis his quæ in ſimili propoſito dixit Cy. in. l. prima
C. de adulte. In quo paſſu vbi per patrem neptis eſſet
hæreditas adita, teneo cum domino Præceptore meo
per ea quæ vltra prædicta dicam in ſequẽti membro
hoc eod. articu. quæſtione decimaſexta vbi autem
pater neptis fuiſſet præmortuus, dico recurrendum
143 eſſe ad illam materiam † an diſpoſitum in filiis traha-
tur ad nepotes in materia ſtatutaria. de qua ꝑ Barto-
lum in. l. liberorum. ff. de uerborum ſignificatione.
& Imol. in. l. gallus. §. inſtituens. ff. de liberis & poſt-
humis cum concordan. ibi adductis per Alexan. &
conſiderandum eſſe, an ex larga ſignificatione, an
verò per extenſiuam interpretationem filii appellatio
ne veniat nepos. notatur in locis prędictis, quia ut
notat Cyn. in dicta. l. prima, & Bald. in. l. quod verò
ff. de legi. facit. l. ſenatuſconſult. ff. de ritu nup. l.
filium habeo. ff. ad macedonia. iũcta lege liberorum
& lege iuxta. ff. de verborum ſignificatione. notat
gloſſa in lege miles ita. in principio. ff. de regulis iuris
& in auctentica minoris debitor. C. qui dare tuto.
teſtamen. poſſunt cum ſimilibus etiam in correctoriis
vbi ſubeſt eadem ratio, bene fit extenſio ad caſus
ex larga ſignificatiõe vocabuli comprehẽſos. (Circa
q̃ materiam latius dicam infrà in duodecimo articu
lo principali in decimaſexta quæſtione. in princi-
pio & magis in propoſito, in penultima columna.)
144 ¶ Item per prædicta apparet quid iuris in † ſtatuto
excludente materteram, an videatur excludere ma-
terteram magnam, in qua quæſtione Baldus in
lege quòd verò. ff. de legi. dixit quòd ſic. tum quia
verba omnino non repugnant, quia vt dictum
eſt in præcedenti quæſtione quando verba omnino
non repugnant diſpoſitũ in vna perſona trahitur ad
aliã. tũ quia maior eſt rõ excludẽdi materterã magnã

quę eſt remotior, & maior ratio minorem includit.
lege cum pacto.ff.de ſer.expor.idem voluit Petr. de
anchar.in repe.c.canonum ſtatuta.in.xc.colum.de cō
ſtitutio.roma.& Alex.in.l.i.ff.de ſuc.edic.& ibi etiā
dominus præc ptor meus .pro quo facit quod dixit
Bal.in lege.ij.C.de nupt.quòd ſtatutum loquens de no
uerca nō habet locum in nouerca magna, & ſic docto
res prædicti loquuntur in matertera magna coniuncta
perſonæ defunctæ mediante matertera nō magna, quo
caſu res eſt ſatis clara per ea quæ dixi hoc eo.membro
in prima quæſtione.vbi autē talis matertera magna non
eſſet coniuncta per materteram propriam, vt quia eſ-
ſet mater auunculi, tunc dicendum eſt talem materterā
magnam non excludi, ſiue ſuperſit auunculus ſiue nō,
vt dixi in primò caſu huius tertiæ quæſtionis. Item ex
prędictis colligitur deciſio, an ſtatum excludens ſoro-
res habeat locū in ſororibus patruelibus, in qua quæ
ſtione Angel.in conſilio.cccxliij.incipien.totum dictū
ſtatutum.conſuluit ꝙ ſic per nota.per Bar.in dicta.l.
ſecunda.§.vidēdum.ff.ad tertul.& quia mens & ratio
ſtatuti fuit præſeruare agnationem, vt ſępius dixi.cum
qua opinione tranſit do. præceptor meus in dicta.l.
i.in pen.colum.C.de ſuc.edic.vbi dicit ꝙ quando ſta-
tutum excludit patruum ſimpliciter, etiam excludit pa
truum magnum, & idem conſequenter de alijs pſonis.
Et per prædicta apparēt commentata & exēplificata di
cta Bar.in.d.l.i.§ qui habebat.ff.de contrata. vbi decla
145 rat † an & quando tam in diſpoſitione legis quàm ſta-
tuti ille, qui eſt remotior me excludit eū qui me exclu
dit, pariter excludat me.an verò admittar, & quomo-
do.& dicit quòd aliquādo ille qui eſt remotior me ex-
cludit eū, q excludit me.qa ſuccedit in eius locū quē ex
cludit, & tūc ipſe ſuccedit & ego excludor, cū ex eodē
capite & iure ſucceſsio deferatur.l.æquiſſimum.&.l.
ij.§.obijcitur.ff.ad tertul.ibi enim auus excludit patrē
& ſuccedit in locū patris qui eſt ſibi filius & iuris me
rito excludit matrem ſicut ipſe pater excluderet. & iſti
particulę conueniunt quæ dixi ſupra in hac tertia quæ
ſtione in ſecundo caſu, in ſecunda ſeu tertia col. Ali-
quando verò talis remotior non ſuccedit in locū eius
quem excludit.& tunc aut ille quem talis remotior ex
cludit, me excludit, propterea quia habet potentius ius
in ſucceſsione, & tunc ego non excludor, ſed ad ſucceſ
ſionem vocari potero iure meo, perinde ac ſi ille exclu
ſus non eſſet in rerum natura.vt in.d.l.ij.§.ſi ſit conſan
guinea.ff.ad tertul.& huic particulę conueniunt quæ
dixi in hacmet tertia quæſtione in tertio caſu. Aut ta-
lis remotior nō excludit me, propterea quia habeat po
tentius ius in ſucceſsione, ſed quia deficit conditio, ſub
qua vocabar ad ſucceſsionem, & tunc non potero ad
mitti, vt in auc.licet .C.de natura.lib.vbi excluditur
filius naturalis, non propterea quia habeat vxor po-
tentius ius in ſucceſsione, ſed quia lex voluit vocare
naturalem ſub ea conditione, ſi vxor nō eſſet.ideo ibi
non attenditur an vxor ſuccedat necne.& iſta particu-
la non fuit tacta, quia non conueniebat ſupradi-
ctis quæſtionibus, ne tamen hanc particulum dimit
tamus ſine illatione in propoſito materiæ noſtræ dixit
Pau.de ca.in conſi.ccccxliiii.incip.viſis ſtatutis in vo-
lumine antiquorum conſiliorum ſecundum vltimam
146 impreſsionem, quòd † ſtatuto vocante proximiores
agnatos, vbi contingit quem decedere deficientibus de
ſcendentibus & aſcendentibus ex latere patris excluſa
matre, & aſcēdētibus ex linea materna.& cōtingat quē
decedere relicta matre auia, paterna, & agnatis collate
ralibus remotioris gradus, ꝙ mater non excludetur,
quia tales agnati vocantur ſub conditione ſi non ſint
aſcendentes, vnde quia adeſt auia non vocantur, licet
non ſuccedat propter matrem.& ita etiam videt in effe
ctu tranſire.Corne.in conſi.lxxxiij.incip. in hac.ij. &
iij.colum.iiij.vol.& conſi.cclxxi.incip.de hac.vij.co-
lum.&.vi.eo.vol.& ꝙ poſiti in conditione non vo-
centur, nec ſit neceſſe ꝙ ſint ſucceſsibiles, voluit idem
Corne.conſi.ccxlvi.incip.videtur.iij.colum.in fin.ij.
vol.&.lxi.incip.licet.in.col.ver.nec obſtant adducta.
iiij.volu.vbi diſtinguit & dicetur.ī.xij.artic.principa.
quinta quęſtione.Et prædicta theorica ſuppletur ex his
quæ dixit Bal.in.d.l.ſi quis filium vltima.q.C.de inoſ
fi.teſt.dicit enim ꝙ aliquando lex excludit aliquem de
ferendo ſucceſsionem excludenti & extat caſus à ſtatu-
147 to prouiſus, vt quia † ſtatuto excludente ſororem extā
ſibus fratribus etiam conſanguineis tantùm, extant fra
ter conſanguineus tantùm, & ſoror vtrinq; coniuncta
& non mater, vel ſi extet mater repudiet hæreditatem,
& tunc excludenti defertur integra ſucceſsio.l.vltima.
C.de prædi.curi.li.x.vbi exiſtente fratre & ſorore, ſo-
ror pro nihilo reputatur, & iſtud tenui in hac.iii.q.in
tertio caſu.ij.colum.Si verò non extat caſus à ſtatuto
prouiſus in quo excludenti ſucceſsio deferatur, ſicut
eſt in caſu propoſito quando mater eſſet in medio, &
tunc ſtandum eſt iuri communi.l.ſi cum dotem in prin
cip.ff.ſol.ma.& hoc tenui in hac.t.q.iii.ij.col.verſic.
vbi autem.aliquando autem ſtatutum procedit exclu-
ſo ſimpliciter obſtando, & tunc ſecundum eum nō eſt
curandum, an excludens admittatur nec ne, quia fit ex
cluſio tanquam ex quadam conditione.d.auctem.licet.
148 & de hoc ſuprà proximè dedi exemplum & † per præ
dicta declaratur in propoſito illa regula ſi vinco vin-
centem te, multo magis vinco te, quam.ī.dixit Bal.in
fallibilem quando vincens ſuccedit in ius victi ſucceſ
ſione vel alio modo per no.per glo.& docto.in.l.vſu
capio.ff.de vſuca.& notatur in.d.auc.licet & ꝑ bart.
in.l.de acceſsionibus.ff.de di.& tem.præſcrip.& licet
prædicta putem vera, tamen in quæſtio.Bal.quam po
nit in.d.l.ſi quis filium in vltima quæſtio.puto veri-
tatem aliter eſſe.nam ipſe præſupponit eſſe duo ſtatuta
in volumine vno ſtatutorum vnum, ſcilicet diſponēs
149 quòd † fœmina non ſuccedat extāte maſculo, & aliud
diſponens quòd extante fratre etiam conſanguineo tan
tùm ſoror non ſuccedat, nam ſtantibus illis duobus
ſtatutis non eſt dare caſum quòd mater extante fratre
poſſit ſuccedere.ita quòd ſuper exiſtentia matris nō poſ
ſit prodeſſe ſorori, nec ſibimet, & ſic non eſt curāda ſu
perexiſtentia perſonæ non excluſę nominatim in vno
ſtatuto quando ex alio excluditur, quod etiam voluit
Roma.in conſi.cccxcix.incip.vt præſens conſultatio
in.ij.col.cuius conſultationis veritatem dicam latè
in artic.ſequen.in.ij.q.ex quo elicitur limitatio ad prę
dicta.item limitatur niſi perſona nominatim non exclu
ſa eſſet remotior nominatim excluſa, etiam agnato uel
maſculo vocato ſecundum Alexan.in conſi.octuage-
ſimo incipiente, viſo & opportunè, in tertia columna,
150 primo volumine, vbi conſuluit quòd † ſtatuto ex-
cludente matrem exiſtente auo paterno, vel auia pater-
na, ſit locus ſtatuto etiam ſi ſuperſit amita, cum ma-
tre cum ab auo amita de iure communi excludatur
ita vt eius expreſsio non ſit in ſtatuto neceſſaria,
facit quod dixi in hac ta.quæſtio.prima columna ver
ſiculo vbi autem item limitatur niſi perſona non ex-
cluſa repudiet ſecundum Baldum in dicta lege ſi quis
filium in fine, & dixi in charta præced.verſiculo, & ſi
opponatur. idem eſſet dicendum ſi eſſet incapax le-
ge gallus.§ & quid ſi tantùm.ff.de liberis, & poſthu-
mis.cum his quę dicam in duodecimo.articu.princi.

151 q.iiij.Et ꝙ vbi † perſona media quæ facit non eſſe lo-
cum ſtatuto repudiaret, ſeu ſuæ portioni renunciaret
nihilominus ſit locus ſtatuto & proinde ſit, ac ſi talis
perſona non eſſet in rerum natura. idē firmat Corne.
conſi.cccxli.inci.multa.iii.colum.i.volu.per textum,
apertum in.d.§ ſi ſit conſanguinea, & in conſi.cccxvij.
inci.licet.ij.col.in prin.iiij.vol.ſub dubio tamē fortè.
& do.Barb.iij.d.conſi.xvi.incip.circa conſultationē.
i.vol. Item prædicta limitanſ ſecūdū Cor.cōſi.clxix.
152 incip.multę.iiij.vol.niſi † perſona excluſa nomi-
natim quæ poteſt venire mediante non nominata vo
catur ꝑ ſtatutū ad aliq̄ portionē: q̄a tūc nō nominata
153 ei non prodeſt, putà ſi † ſtatutum diſponat ꝙ agnati ex
cludant cognatos excepta quarta. Nam ſi contingat ali
quē deceſſiſſe ſuperſtitibus fratribus patruellibus, ami
ta & ſorore vterina, ipſa vterina tāquam cognata ſuc
cedet in quartam & fratres patruelles tanquam agnati
in reliquo excluſa amita, quæ licet præferatur de iure
communi fratribus patruellibus.l.auunculo.C.com-
mu.de ſucceſ. nihilominus ſecundum ius ipſum cōe
vincitur ab vterina, in tantùm quòd amita nō ſit in cō
ſideratione propter vterinam quæ vocatur in parte ſci
licet in quarta, facit quia vt dixit Alex.d.cōſi.lxxx.ꝑ
ſona nominatim non excluſa ſi ſit remotior ea quæ eſt
nominatim excluſa non attenditur. Subdit Cor.d.cō
ſi.clxix.quòd ſi vterina in nihilo vocaretur à ſtatuto
vt quia ſtatutum ſimpliciter diceret quòd agnati exclu
derent cognatos, tunc in caſu prædicto amita quæ prę
fertur de iure communi fratribus patruellibus faceret
non eſſe locum ſtatuto, quia propter potentius ius ꝙ
habet amita in ſuccedendo quàm fratres patruelles non
poſſent ipſi fratres patruelles exiſtēte amita nominatim
à ſtatuto non excluſa ſuccedere, & quilibet ſuccederet
iure ſuo ſecundum ius commune, vt per Barto.in.d.§.
qui habebat, & Bal.in.d.l.ſi quis filium, & in multis
exemplis.ſ.in.ij.iij.&.iiij.colum.alle. Et idem voluit
ipſe Cor.conſi.cclxxvi.incip.conſtat etiam in.iiij.vol.
154 vbi conſuluit, quòd † ſtante ſtatuto ꝙ ſi qua perſona
deceſſerit ſine filijs ab inteſtato ſuccedant proximiores
ex latere patris vſq; ad quartum gradum, & quòd ma-
ter ſolum ſuccedat in quarta parte bonorum. & con-
tingat aliquem deceſſiſſe ſine filijs ſuperſtite matre ami
ta, & agnato remotioris gradus qui ſit inter quartum
gradū, amita non erit in cōſideratione cum vincatur à
matre quæ vincitur ab agnatis excepta quarta, et inter
cætera mouetur Corn.ibi in pen.col.ver.vlti.etiā quia
tex.in.d.l.ii.§.ſi ſit agnatus, & in.l.æquisſimū.ff.ad
tertul.qui volunt perſonam nominatim excluſam face
re locum non excluſę nominatim, loquuntur quando
ſunt tres perſonæ quę inuicem excludunt & excludun
tur. ita ꝙ neutra reperitur quæ aliquo iure non ſit in to
tum excluſa quo caſu videtur etiam loqui Bald.in
d.l.ſi defunctus, & in.d.l.ſi quis aliàs ſi qua. Iſti autem
caſus præallegati ſunt diuerſi, quia in eis duæ perſonę
diuerſis reſpectibus excluduntur in totum, &.iii.ex-
cluditur pro parte ab vna ex dictis duabus perſonis &
ipſa excludit alteram, quia mater nullo iure in hoc vl-
timo caſu reperitur in totum excluſa ex quo ſuccedit
in quartam, & ipſa omni iure excludit amitam auctēn.
defuncto.C.ad tertul. & ipſa amita iure communi ex
cludit agnatum auctēn.poſt fratres la.ii.C.de legit.hę
re. & in corpore vnde ſumitur. Et ſimile eſt in primò ca
ſu.ſ.relato de ſorore vterina vt declarat Cor.d.conſi.
clxix.l.col.attenditur enim in talibus perplexitatibus
ꝑſona quę habet efficaciora iura, & ſic quæ magis ex
cludit & minus excluditur, vt declarat ipſe corne.d.
conſi.cclxxvi.viij.col.ver.nec huic concluſioni. Ad
quod etiam adducit Cor.d.conſi.cclxxvi.in.iiii.col.
ver.hinc fundatur, & ver.ex his deciſionem Barto.in
d.l.ſi defunctus, & in.d.l.ſi quis aliàs ſi qua dū vult
ꝙ agnatus excludens expreſſè matrem excludat etiam
amitam de cuius veritate.ſ.dictum fuit. Necnon deci-
ſionem Petri de anch.conſi.cccxxxvi.incip.ſi ab agna
155 to, dum concludunt quòd † ſi filij patrui ex forma ſta-
tuti excludunt matrem & concurrant filius patrui,
mater & ſoror conſanguinea tantùm, ſuccedet agna-
tus non obſtante quòd de iure communi ſoror cōſan-
guinea tantùm excludat agnatum & quòd ipſa ſoror
à ſtatuto expreſſè non excludatur, in qua ſententia ſe-
cundum Cor.ibi videntur etiam fuiſſe. Pau.de caſtr.in
d.l.illam, & Bal.in.d.l.ſi quis filium quos.ſ.retuli, &
cum prędicta opi.etiam tranſit ipſe Cor.conſi.cccxvij.
incip.licet.ii.colum.in prin.ver.vlti.etiam in.iiii.vo
lu.de quo conſi.latius.ĩ.proximè dicetur. Eandem etiā
opinionem tenuit ipſe corneus in conſi.cclxxi.Incipi.
de hac.viii.col.ver.nec huic eo.vol. vbi conſuluit
quòd ſtatutum excludens auunculos ſalua quarta pro
pter patruos vel filios patruorum, non excludit eos
extante amita vel matertera. ſubiungens in.vi.col.ver.
ſed tunc videndum vnum quod videtur prędictis con
trariari videlicet, quòd quia tale ſtatutum aliquid prę
ſeruat auunculis illud non amittent eſto ꝙ beneficio
amitę vel matertere ſuccedant de iure communi. quod
non puto probari ꝑ iura quę allegat, nec per alia, quia
iſta pars ad quam vocantur auunculi non defertur eis
ad excluſionem aliarum perſonam, ſed ne ex toto ex-
cludantur iuxta ea quæ dixi.ſ.hac eadē.q.iij.col.uer.
redeūdo Cæterùm ad prędicta, & ꝓ ſupradicta limita-
tione facit ꝙ cōſuluit Ang.cōſi.ccli.inci.ꝓ filia, vbi
156 cōſuluit, ꝙ † ſtatuto bononienſi diſponente ꝙ patruus
ſuccedat in ꝓprietate, & mater in vſufructu ſi cōtingat
extare in medio ſororē conſanguineā tantū defuncti ni-
hilominus erit locus ſtatuto, nō obſtante ꝙ ſoror præ-
dicta poſſit dicere patruo ꝙ de iure cōi ei prę fertur, quia
cū exiſtentia matris habeat talē ſororē excludere auctēn.
ceſſante.C.de legi.hær. & nullo iure ad ſucceſſionem
ipſa ſoror inuitetur, cenſenda eſt ac ſi non eſſet in rerū
natura.l.1.§.fi.ff.de gradi. & dixi.ſ.in præce.col. Et non
pōt talis ſoror dicere matri ꝙ vincendo patruū, qui ma
trē vincit in ꝓprietate, vincat & matrem, quia nō eſt
eadē ratio excluſionis, nā patruus vincit matrem fauo
re agnationis conſeruandę propter quam mouetur ſta-
tutū iuxta ea quę latè dixi.ſ.in.iii.art.prin.quę rō ceſſat
in ſorore ad ſucceſſionē aſpirante. facit, q̄a ſm Cor.d.
157 cōſi.cclxxi.viii.col.circa fi. † in talibus ꝑplexitatibus
debet recurri ad coniecturas, & circūſtantias ēt extrin-
ſecas quę aliàs nō arctarēt, nec ēt ob. ſi mater diceret ꝙ
vincit patruū, ex quo vincit ſororē cōſanguineā tantū
q̄ patruo de iure cōi prę fert, q̄a cū ſtatutum velit matrē
excludi ꝑ agnatum vel patruū fauore agnationis non
eſt eadē rō in matre uincēdi patruū, q̄ eſt in patruo uincē
di tā matrē, q̄ ſororē merito igitˀ patruus in ꝓprietate, et
mr̄ in vſufructu nō attēta ꝑſona dictę ſororis cōſangui
neę tm̄ ſuccedēt ſm Ang.in cōſi.prealle.quē refert, & ſe
quitˀ Cor.d.cōſi.cclxxi.in.viii.col.in prin. vbi dicit in
fine dictę col. In talibus ꝑplexitatibus cōſiderari ꝑſonā
quę habet efficaciora iura, vt ibi latius ꝑ eū. Cæterū nō
eſt omittēdū, id quod cōſuluit ipſe Cor.cōſi.ccxiii.inc.
158 circa primū.iiii. col.ij.volu.dum tenuit ꝙ † ſi ſint duo
ſtatuta, in quorū altero diſponatur ꝙ mater ſuccedat
cum fratribus patruellibus. Et in altero quòd mater
ſuccedat cum fratribus vterinis, & contingat ſupereſ-
ſe matrem fratres patruelles, & fratrem vterinum ſuc
cedent mater, & frater vterinus excluſis, patruelli-

bus, quibus vterinus de iure communi præfertur. nec
obſtat ſecundum eum, quòd patruellis vincat matrem
ex forma ſtatuti pro parte in qua mater de iure com
muni præfertur vterino, quia procederet argumentum
ſi patruellis ſubintrando locum matris ſuccederet vir
tute ſtatuti in parte in qua mater vincit vterinum per
prædicta & not. per Bartolum in dicto.§.qui habebat,
159 quia † perſona excludens debet ſuccedere in locum ex
cluſę, ad hoc vt habeat locum regula, ſi vinco vincen
tem te, multo magis vinco te. vt ibi latius & per Cor.
qui hoc fundamento plerunque vti ſolet, vt per eum cō
ſilio.lxxxij.incipi.licet in fi.iiij.volu. Ad idem con
fert quòd conſuluit ipſe Corne.conſi.cccxvij.incip.li
160 cet.iiij.vol.quòd † ſtante vno ſtatuto quòd frater
conſanguineus tantùm excludat ſororem vtrinque con
iunctam. Et alio ſtatuto, quòd filia eiuſdem matrimonij,
excludat matrem. ſi deceſſerit frater aliquis relicto fra
tre conſanguineo tantùm matre, & ſorore vtrinque con
iuncta mater & ſoror prædicta ſuccedent excluſo fra
tre germano tantùm, non obſtāte quòd talis frater poſ
ſit dicere quòd excludit de iure ſtatutario ſororē, quæ
de eodem iure ſtatutario excludit matrem, quia poteſt
etiam ſoror dicere quòd vincit matrem, quæ mater vincit
fratrem conſanguineum tantùm. cum & mater poſſit
dicere, quòd vincit fratrem conſanguineum tantùm,
qui vincit ſororem, & conſequenter quòd ipſa mater
vincat fratrem & ſororem, mouetur corne. illo fun
damento ſuprà relato videlicet, quòd referat, an ſint
tres perſonæ, quæ inuicem excludantur & excludant
ita quòd neutra ſit quæ in totum non excludatur, an
duæ diuerſis reſpectibus excludantur in totum, & ter
tia ab vna ex duabus, quæ tertia perſona excludat alte
ram. Item mouetur, quia non poſſet excludi ſoror pro
pter fratrem conſanguineum tantùm qui ſuccedere nō
poſſet obſtante ei matre, & ille qui debet ſororem vin
cere non excludit, niſi ipſe ſuccedat, ſeu ſubintret locū
161 excluſę per prædicta & latius ibi dicta per eū. † quòd
ſi dicatur valere argumentum à coniunctione duorum
ſtatutorum lege gallus.§.ille caſus.ff.de lib. & poſthu.
cum ibi notatis per cyn.Bar.Bal. Imo. Alex. & do
cto. reſpondetur quòd ſecundum Imo. & Alex. ibi in exor
bitantibus, & ad correctionem iuris communis, non
eſt licitum tale argumentum. Item ſecundum doct. ibi
data maioritate, vel diuerſitate rationis non procedit
ipſum argumentū, & ex prædictis apparet de maiori
tate & diuerſitate, ac de potētiori iure vnius ergo &c.
& dicetur etiam de hoc.j.in.vij.artic.ij.q. maximè in
fine. Poſtremò quia vt dixi.ſ.eo.ij.q. multi doctores
162 tenent † perſonam mediam quæ non excluderetur,
quando nō eſt nominata ex capite excluſiuo, poſſe exclu
di ex capite incluſiuo agnatorū, & cōſimiliū perſonarū.
poſſunt circa hoc videri quæ dixit Corneus in conſi
lio.cclxvi.incip.conſtat.iiij.colum.iiij.vol. Et alibi ma
ximè in conſilijs præallegatis, & in veritate in materia
præſentis quæſtionis, ipſe Corneus plura cæteris con
ſulendo cumulauit, fortè quia in cauſa propria, vt.ſ.
retuli, fuit hanc materiam expertus. Nihilominus ta
men obſcurè fuit loquutus.
163 Quartò quæro † an ſtante ſtatuto quòd proximiores
ex parte matris ſuccedant in matrimonio, & ex parte
patris in patrimonio. ita tamen quòd maſculi ſemper
fœminis præferantur, ſi contingat extare matrem, &
maſculos coniunctos per matrem perſonæ defunctæ,
mater ab illis excludatur. Bal. in conſi. lxxxviij. incip.
ſtatuto cauetur.iiij.volum. ſecundum pen. impreſſio
nem conſuluit quòd non, quia ſtatutum loquitur de
deriuatis à matre, dum dicit proximiores ex par
te matris, quia eſſet impoſſibile, quòd aliquis eſſet ip
ſa matre proximior, ita quòd iſtud verbum proximio
res non poſſit de matre intelligi. & illa verba, quòd
maſculi fœminis præferantur intelliguntur ſecundum
principium ſtatuti, hoc eſt vbi eſſet facienda diuiſio in
ſuccedendo de patrimonio inter proximiores ex par
te patris, & de matrimonio inter proximores ex par
te matris, ſed in propoſito non aderant aliqui ex parte
patris. item nec agebatur de bonis à materna hæredita
te prouenientis facit quòd dixi in mēbro præce. in. iij.q.
164 Quintò quæro † an ſtante ſtatuto quòd extantibus
agnatis, mater non ſuccedat, nec etiam ſoror, ſit locus
ſtatuto ſi concurrant mater & ſoror ſimul. Anton. de
roſ. in arbore conſangui. in. cij. colum. tangit hanc quæ
165 ſtionem, in qua dicendum eſt quòd ſic, quia † cū ſit
facta prouiſio in vtroque ſimplicium comprehenditur
etiam caſus mixtus, cum ſimus in materia fauorabili,
prout dixi in.iiij.artic.princi. facit tex.in.l.ſi ita ſcriptū
cum ibi notatis.ff.de lib.&poſth.&.l. titię textores in
princip.ff.de leg.i.& quod notatur in.l.ij. in princip.
ff.de verbo.obliga. vbi dicitur ſub ſimplicibus com
prehendi mixtum quando ſubeſt eadem ratio quę ſit
in.l.ſcripta, quia vt dixi in tertio articu. princi, in hoc
ſtatuto ratio habetur pro expreſſa.
166 Sextò quæro, † an ſtatuto excludente filiam vel fœ
minam propter maſculos, habeat locum ſtatutū ſi ad
ſint non vna tantùm filia vel fœmina, ſed plures & cū
ſtatutum loquatur in ſingulari. & econtra, ſi loquatur
in plurali & adſit vna tantùm fœmina? dico quòd locus
eſt ſtatuto per ea quę vult Bal. in.l.i.C. de condi. inſer.
& dominus Anto. de but. in repe. c. fin. in quarto arti
cu. prin. ver. fallit nono. de conſue. iunctis his quæ latè
dicam.j.in.xij.art.prin.in.xiiij. ſeu.xv.q.
167 Septimò quęro † ſtatutum diſponit quòd frater &
ſoror inuicem ſuccedant, an mater videatur excluſa.
Bal. in conſilio.cxl.incip. quęritur vtrum.iiij. volu. ſe
cundum vltimam ſtampam, arguit quòd ſic. quia in
cluſio fratris & ſororis eſt excluſio matris.l. cum præ
tor in princ.ff.de iudi.l. maritus.C.de procur.l.quòd in
rerum.§ ſi quis poſt.ff.de leg.l. iunctis notatis per barto.
in.l.ij.§.videndum.ff. ad tertullia. & decidit contra
rium motus, quia ſtatutū pręd ctum emanauit ſolum
modo ad exęquādum fratres & ſorores in eo caſu in
quo de iure communi non ſunt exęquati, vt quando
alter eſt vtrinque coniunctus fratri defuncto, & alter nō
vt notatur.C.de legi.hęre.auc. poſt fratres. la prima, &
dicere quòd mater excluderetur à ſucceſſione filij eſſet
contra pręſumptionem.l. precibus.C.de impu. & alt.
ſubſtitu. melius facit.l.fi.C.de inſti.& ſubſti.ſub con
168 ditio.fact. & † non debemus diſcoperire vnum altare
vt aliud coperiamus.l. aſſiduis § exceptis.C.qui po
ti.in pigno. facit, quia ſtatuta ſunt interpretanda vt mi
nus lędant ius commune quàm fieri poſſit.l.ij.C.de no
xa. & quòd plenè habetur in.l. fi.§. in computatione.C.
de iure delib. per Alex. in.l.iiij §. pretor ait.ff. de damn.
infec. ſed minus lęditur ius commune in exęquando
fratres & ſorores, qui de iure communi inuicem non
ſuccedunt cum alijs ſuccedentibus, quàm ſi exclud a
mus matrem, quia etiam pater excluderetur & alij aſ
cendentes iuxta tradita in auctenti. defuncto.C. ad ter
tullia. Item excluderentur filij fratrum à ſucceſſione pa
trui vel amitę extantibus fratribus contra auctenticā
poſt fratres. la.i. & la.ij. & in corpore vnde ſumūtur.
C. de legi.hęr. cum concor.
169 Octauò poteſt dubitari, † an ex generalitate ver
borum cenſere debeamus matrem à filij ſucceſſiōe ex
cluſam, putà ſi ſtatutum excludat fœminas extātibus

fratribus

fratribus vel agnatis, vel lineam maternam, & vocet
paternam ? prima facie videretur ꝙ non prr.l.ſi.C. de
condi.inſti.& faciunt q̄ dixi ſupra in proximè præce.
ac etiam in.iiij.qõne.ideo Ang.in cõſi.cccxxxix.inci.
martinus Ioãnis circa finẽ videtur velle quòd pręſum
ptio quæ facit pro matre tollat quãlibet aliam contra
riam præſumptionem,& ꝙ faciat ſilere quemlibet ta-
citum contrarium intellectum. In contrarium eſt veri
tas, quia iſta ſtatuta cõiter ſunt facta ratiõe agnationis
præſeruandę,quæ rõ vendicat ſibi etiam locum in ex-
cluſione matris,vt dixi latè.ſ.in.iij.arti.prin.& ita te
net Pau.de caſt.in conſi.ccxiij.aliàs.clxiij.inci.noui
ter reuocatur,&.ccclviij.aliàs.cccxxxix.inci.quia.ſ.i.
vol.vltima impreſſione. Hinc ſecundum Corn. cõſi.
170 cxiiij.inci.in hac.ij.col.iiij.volu.† ſtatuto excludente
cognatos mater excluditur cum & ipſa ſit cognata.l.
ij.ff.vnde cognati, niſi ſtatutum matri aliquid reſeruet
putà legitimam.vt ibi.
171 NONO quęro † an ſtatutum excludens maſculũ.
putà auum maternum etiam excludat fœminam. putà
auiam maternam,dixi latè ſuprà in.v.articu.princi.in
xiiij.quæſtione.

QVARTO caſu huius articuli principalis qñ ſta-
tutum non excludit expreſſe certam lineam ſeu gradũ
fœminarum,ſed certas tm̃ perſonas, non ſimpliciter,
ſed ſub aliqua qualitate.putà quia dotatę vel maritatę
diſiunctim,aut coniunctim,vel quia tranſiuerint ad ſe
cunda vota, vel quia ſint extra territorium nuptę vel
aliter.contingit de pluribus quæſtionibus dubitari.
172 PRIMO † an ſtatutum diſponens, ꝙ dotata à pa
tre non ſuccedat dotanti vel alij aſcendenti habeat lo-
cum qñ auus dotaſſet neptem.ita ꝙ eã excludat à ſuc-
ceſſione patris vel aui.in qua quęſtione inuenio ꝙ Io.
de ana.in conſi.lxxxix.incipi.viſis his quæ in facto in
prin.cum quo ibi tranſit.d.Lud.in addi.& Cor.cõſi.
ccxlvj.inci.videtur.ij.vol.tenuit ꝙ non ſuccedat pa-
tri.motus,quia ſecundum cõem opinionem dotata ab
auo perinde habeť ac ſi eſſet à patre dotata.l.dedit do-
tem.ff.de colla.bo. Idem tenuit modernus Bono.do.
Ioan.campe.in ſuo tracta.dotiũ. vltima parte.in.lv.
q.inci.ſi ſtatutum ſimpliciter dicit. motus inter cætera
ex his quæ dixit Bald.in.l.nẽſenius circa fi.cõmen.ff.
173 de neg.ge.vbi dicit ꝙ † qñ non põt reddi ratio diuerſi
tatis in matre & auia,ſtatutum in matre porrigitur ad
auiam.moueť etiam ex his quæ not.Bal.in.l.maximũ
vicium.C.de li.præte. dum vult excluſa filia per ſtatu
tum excludi etiã filios filię,& ex his quæ no.idẽ Bal.
in.l.quicunq;.C.de ſer.fugi.cuius verba magis faciũt
in contrarium.moueť etiam ex notatis per Bar.in.l.i.
in.vij.col.verſi. vlterius quæro vtrũ tacita, de vulg.
& pu.& ex notatis in aucten.matri & auię.C.qñ mul.
tu.offi.fun.poſ.& pro hac parte facit quòd dixit An-
dre.de iſer.in.c.l.in.v.colũ.in fi.cum prin. ſeq.verſi.
174 oportet ergo.de na.ſuc.feu. ꝙ † conſtitutio excludẽs
ſororem dotatam à ſucceſſione fratris licet debeat intel
ligi qñ fuit dotata à fratre, & de eius bonis ſecundum
eum.& dicam.ĩ.in.viij.arti.prin.in.xvi.q. tñ ſecun-
dum cõem intellectum habebit locum ẽt in ea quæ fuit
dotata à patre cõi auo vel proauo, licet aliqui videanť
cõtrarium tenuiſſe,ita vt ipſe nihil videať firmare. ſed
Bal.in conſi.xxx.inci.pręſuppoſito ſtatuto in.iij.vol.
ſecundũ pen.ſtampã arguit ad partes. & demũ decidit
cũ diſtinctione.dicit enim prima facie videri ꝙ hoc ſta
tutũ non habeat locũ in dotata ab auo, quia pſonæ q̄
non enumeranť videntur neglectæ p ſtatutũ, & tam ab
eius ꝓuidentia q̄ ab odio.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol ma.
inſti.de bo.poſ.in.§.adhuc aũt. verſi. ſunt aũt. & ſeq.
l.i.C.de ſecun.nup.&.l.l.C. de natura. lib. &.l.l.ff.
de inoffi.te.&.l.iij.ff.de dona. inter virũ & vxo. ſed
ſtatutũ non diſponit de dotata ab auo,ergo nõ intelli-
giť excluſa. quia quòd nõ mutatur cur ſtare ꝓhibetur.l.
ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus. C. de appel.& ma
175 ximè,quia † ex tacitis coniecturis q̄ ex verborũ interpre
tatione non ꝓueniunt, nõ debet induci legũ correctio
.l.apud antiquos.& ibi notať. C.de furtis.& quod tra
diť in aucten. quas actiones. C.de ſacroſan.eccle. & li
cet auus dotando neptem,ſi filius viuit dicatur dotare
contẽplatione filij.d.l.dedit dotẽ. tñ hoc eſt p quandã
fictionem, quia quod auus facit interpretatur a filio fa-
ctum p.l.l.§.quoties cũ ibi traditis.ff.de vi & vi arm.
& ſtatuta quotiẽs poſſunt intelligi in caſu vero nõ pro
cedunt in caſu ficto.l.iij.§ hæc verba.ff.de neg.ge. niſi
expreſſe loquantur de caſu ficto,quia tunc oia iura q̄ lo-
quuntur de caſu vero trahunť ad fictũ.l.ſingularia.&
l.nã & ſi fur.ff.ſi cer.pe.&.l.i.§.i.ff.ad.l.fal.vbi Imo.
& moder.l.filio quẽ pater.ff. de libe. & poſth.l.fi.C.
de his q ve.eta.impe.& p hac ſnia adduci poſſet quòd
dicit Pau.de caſt. in cõſi.cx .inci.ſuper. primo.i.col.
176 vbi arguit ꝙ † ſtatutũ loquens de dotata ab vna pſo
na ſibi locũ non vendicet, niſi reperiať ab illa pſona no
minata in ſtatuto dos data vel cõſtituta. quod ẽt tenet
Maria.conſi.xxx.inci.q̄uis.viij.col.ver. & vltra pręe
177 dicta.volens ꝙ † ſtatutũ excludens filiã dotatã ab auo
& patre ꝓpter fratres filię & patruos,non hẽat locum
qñ dotata ab auo tractaret de ſuccedendo patri,quia do
tatio aui nõ habetur ꝓ dotatione à patre facta.vt ibi p
eum,iunctis his q̄ dicentur.ĩ.eo.in.viij.arti.prin.xvi.
q.Et eſt de mente Cornei cõſi.lvij.inci.videtur.ij.col.
178 ij.vol.vbi dixit † ſtatutũ loquẽs de dotata ab auo nõ
verificari, niſi agatur de ſucceſſione aui q dotauerit.
In contrariũ adducit Bal.in conſi.ſ.alleg.quia nil refert
vtrũ aliquid fiat à me vel ab aliquo ꝓpter me.l. cũ ſer
179 uus.ff.de verb.obli.† vnde dotata dicitur ab aliquo
illa q̄ fuit eius contẽplatione à quouis dotata.l.ꝓfecti
cia in prin.ff.de iure dot.& hoc intelligendũ eſt de cõ-
templatione immediata & ꝓxima .l. ſed ſi plures.§. in
arrogato.ff.de vulga.& pu. intellectus enim transfert
fictionẽ in ius & transfundit de pſona in pſonã in his
quę nõ cohęrent pſonę ſed cauſę. vt in regula iuris qui
p alium & in.l.i.§.ne aũt. & ibi not. Bald. C. de cadu.
tol.& hoc ſin Bal. demonſtrať, nã ſi auus primo mo-
riatur q̄ filius. & poſtea viuo filio neptis moriať actio
dotis cõſolidatur in pſonam filij.l.ij.ff.ſol.ma.demũ
180 ipſe Bal.pro deciſione diſtinguit. ꝙ † aut filius deceſ-
ſit viuo auo,& tunc iſta neptis non põt cenſeri à patre
dotata,quia non poteſt intellectus concipere ꝙ ab hoc fi
lio præmortuo fuerit dotata.l.qui libertinus §.poſthu
mus.ff.de oper.lib. & eo caſu, neptis non excludetur,
à ſucceſſione patris nec aui, aut auus primò deceſſit,
& tũc quia dicitur ꝓprie dotata à filio,eo quia realitas do-
tationis ab auo in filiũ & à filio in neptem trãsfuſa vi-
detur.d.l.dedit dotem, filia à ſucceſſione excludetur,
ꝓ quo adduco,quia & ſi p fictionẽ diceretur à patre do-
tata tñ quia ex diſpoſitione.d.l.dedit dotem iſti caſus
ęquiparanť quo ad hoc vt dicatur à patre dotata,ſtatu
tum ſuperueniens in vno debet in alio militare, vt no
tant cano.maximè Pan.& Imo.in.c.cũ dilectus &.c.
ad audientiã de reſcri.& facit.l.ſi quis ſeruo.C.de furtis
& ſeruo cor.iuncta.l. vt tm̃.ff.eo. ſed contra deciſio-
nes prædictas facit, quia non videtur eſſe ęquipolens ꝙ
auus dotet ac ſi pater dotaſſet,licet patris contẽplatio
ne dotetur ex mente Bar.in.d.l. dedit dotem dum di-
cit ꝙ ſi neptis viuo patre moreretur dos nõ ad patrem
ſed ad auũ reuerteretur.l.i §.videamus.C.de rei vxo.

actio.quod etiam innuit tex.in.d.l.dedit dotem.dum
dicit mortuo auo patrem habere actionem ad dotem
alias autem cum præſumat dos longa manu data ab
auo patri & à patre filię. vt ibi in.l.iij.§.fina.ff.de do.
inter vi.& vxo.ſi diceremus repetitionem dotis com
petere filio & non auo quando filia eſſet mortua,in-
ſurgeret donatio efficax inter patrem & filium con-
tra.l.donationes.C.de dona.inter vir.& uxo.&.l.ij.
C.de inoffi.dona.& nor.per Bart.& doc. in.l.frater à
fratre in ſi.commenti.ff.de condi.inde. & ſic quia ſe-
cundum veritatem dos data ab auo non dicitur à pa
tre data,ſed per fictionem,obſtat theorica quæ dicit
181 q† in ſtatutis quæ ſunt contra ius cōe prouiſio facta
in caſu vero non trahatur ad caſum fictum.d.l.iij.§.
hęc verba.ff.de neg.geſt.& ibi notant Glo.Bar.Bal.
& ſcribentes.& ibi dicit Bal.q ſtatutum puniens dā-
tem damnum in re quæ eſt alterius non intelligitur lo
qui de re quę eſt alterius per fictionem .pro quo facit.
l.huic.ff ad legem aqui.&.l.ij.§ in locum.ff.de rel. &
ſumpt.fu.& dixit Ang.in.d.§.hęc verba q ſtatuta diſ
ponentia de aliquo expreſſo non habent locum in eo
quod ex iuris interpretatione habetur pro expreſſo.
182 inferens ad † ſtatutum diſponens quòd debitor per
inſtrumentum guarentigię in quo eſt expreſſus certus
terminus.vt eſt florentię capi poſsit ad voluntatē cre
ditoris,non vendicabit ſibi locum,ſi terminus non ē
expreſſus,licet pro expreſſo haberi debeat.& ita dicit
ſe de facto conſuluiſſe. Ad idem facit quod dixit bar
to.in repe.l.omnes populi in.vi.q.prin.ver.vlterius
quęro an ſtatutum.ff.de iuſti.& iure .vbi indiſtinctè
vult ſtatutum quod poteſt intelligi in caſu vero non
trahi ad caſum fictū , niſi ille caſus à ſtatuto ſpeciali
ter exprimatur.& idem in effectu dixit ibi Bald.in an
tepe.col.ver.ſed nunquid cum ſeq.facit ēt quod dixit
Bar.in.d.l.ſi quis ſeruo ver.quero nūqd ius cōe,q ſta
tutum loquens in maleficio ſecundum caſum verum
non trahitur ad caſum fictum,nec ius cōe admittens
talem extenſionem ſe extēdit ad ſtatutum,quia minor
eſt caſus fictus,quàm verus,& ſic manifeſtè vult ex
paſsiua interpretatiōe nō fieri talē extēſionē.ad idē facit
quod dixit Bald.in.l.tranſigere in.iij.col.verſi.hæc ſo
183 lutio eſt naturalis.C.de tranſac.q† ſtatutū diſponēs
poſſe fieri pacem de omni delicto præterq de homi-
cidio non intelligitur excipe condemnatum de homi
cidio per contumaciam & habitum pro confeſſo,&
ſic fictum homicidam.& cum hac opinione q in ſta
tutis correctoriis non fiat extenſio ad caſum fictum
tranſit.Alex.in.l.gallus.§.& quid ſi tñ in.iij.col.ff.de
libe.& poſth.& in.l.i§.lex falcidia.ff.ad leg. falci. in
penul.col.& in.l.adoptiuum in prin.ff.de in ius uo
can.& in conſi.lxxxii.in.iij.col.ij.vol.& licet prædi
cta fortiter ſtringant,vt talis filia per ſtatutum non ex
cludatur.tñ durum eſſet recedere ab opinione bald.
quæ ē conſona menti ſtatuentium,nam conſiderando
magis effectum q modū,vt habetur in.l.ſi mulier in
prin.ff.ad treb.&.l.ſi mater.C.de condi.inſti.ſtatutū
videtur voluiſſe excludere dotatā,vt cōſuleret agna
tis,& puideret q filia haberet de bonis paternis do-
tes,non cōſiderato veriſimiliter mō ſecundum quem
haberet,ſed effectu.vnde in caſu Bal.reperitur filia ha
bere dotes de bonis patris, ex quo eius cōtemplatiōe
fuit dotata,& quia actio dotis in perſonam filii con
ſolidatur prout ſuprà dictū fuit , & ſtante hac cōclu
184 ſione idem & multomagis eſſet dicendum,† ſi extra
neus patris contemplatione dotaſſet filiam,quia ſi fi-
lia moreretur non cōpeteret ipſi extraneo facultas re-
petendi dotem ſicut faceret auo. d.l.profectitia.ff.de
iure dot.iuncta.l.iij.in ſi.ff.de dona.inter vi.& uxo.
& §accedat.C.de rei vxo.act.iunctis plene traditis in
d.§.in arrogato cum concor. ibi allegatis.vbi dicunt
doc.datum filio patris contemplatione acquiri pa-
tri in tantum,ut ſecundum magis cōem opinionem
per Alex.ibi in.ij.co.comprobatē q talis dos filię cō-
putetur in legitima,& ex prædictis idem multo magis
dicendum eſſet in ea quæ fuit dotata à curatore patris
vel ab eius procuratore.facit.l.ſi fundus.ff. de condi
tio.& demon.vbi conditio dandi pupillo vel furioſo
impletur in perſona tutoris vel curatoris eorum. Itē
facit.d.lex profectitia, dīr ibi dicitur talē dotē à patre
proficiſci,pro quo facit etiam quod not.bar.in.l.po
ſtulāte in princi.ff.ad trebel.vbi ſentit ſtatutum loquēs
in una perſona trahi ad perſonam fictam quæ illā re-
185 preſentat.ita vt † ſi ſtatutum pmittat debitorem in-
carcerari hæres debitoris comprehendatur ſub ſtatu-
to.facit etiam quod dixit Bal.in.l. poſtulare.ff.de fi-
deiuſſo.tu.ubi dicit q pœna ſtatuti pręfixa petenti de
bitum,afficit illum qui petit per alium. ad quod etiā
videantur quæ dixit bar.in.l.ij.§.liberis.ff.de leg. præ
ſtan.& in.l.apud Iul.§ ſi.in ſi.comm. & ibi Ange.&
Moder.ff.ex qui.cau.in poſ.ea .& Alex. remiſiuè in
l.ſi procurator in.ij.col.ff.quod quiſq iuris.Frā.de
are.in.l.mutum pen.col.uerſi.& ex prædictis.ff. de
acqui.hæredi.Bal.in.l.ſi per alium.ff.ne quis eum q
in ius voc. eſt vi exi. cum concor.alle.per Ang.are.
&.d.Augu.in addi.in tract.malefi.in verbo ſempro
nium mandatorem in.xiiii.q.& per.d.pręcep.meum.
d.Iaſ.in.l.ſi quis id quod in vlt.char.ff.de iuriſ.om.
iudi.poſt Bar.in.l.ſed ſi vnus.§ i.ff.de iniu. vbi plenè
186 tangunt † an ſtatutum loquens in faciente habeat
locum in mandante.Sed in contrarium facit q de cu
ratoris dotatione dixit Pau.de ca.in.d.conſi.cxi.in-
cipi.ſuper primo quæſito in antiquis, dū dixit q do
tata à curatore non eſt perinde ac ſi eſſet dotata à pa-
tre.vult Cor.conſi.clxx.inci.in conſiliis.iij.co.ij.uo
lumine facit q dicunt.Bar.&.Ange. in.l.apud Iulia
num.§.ſi.ff.ex quib.cau.in poſ.ea & Ange.are.in§.hæ
res inſti.de obll.quæ ex quaſi contract. & Alex.in.l.
ij.§ ſi procurator.ij. col.ff. quod quiſ.iur.vbi dicit ſe
cōſuluiſſe q ſtatuto requirente in contractibus mino-
rum conſenſum proprinquorum,non exigatur con-
ſenſus ſi contractus fiat per eorum curatores pro cō
cordia dicebam in facto q ſi ſtatutum ſe refert ad pa-
trem qui teſtari pōt eo quòd poſsit pater filię egēti ſuc
currere aut teſtando prouidere, vel puidere incōgruē
dotatę qñ ſtatutum vult dotatam quacunq dote eſ-
ſe contentam & non poſſe agere ad ſupplementū legi
timę,vel congruarum dotium iuxta ea quæ dicentur
ī.in.ix.articu.princi.l.&.ij.q.cum ſeq.& tunc pro-
cedat hæc.ij.opin.alias ſit pcedat.i.opi.q excludatē ēt
à curatore patris dotata per iura.ſ.ad hoc allegata.&
quia vbi eſt rō differentię, q aliquid fiat ab aliquo an
ab eius curatore non æquipolent in iure.& ita intelli
go not.per Soci.conſi.ccvii.inci.in cā.ij.col.i.vol.
prædictam concluſionē de auo dotante, vt in eo ha-
beat locum ſtatutum poſſet quis limitare ex uerbis
Pau.de caſt.in.d.conſi.cxi.niſi alia eſſent verba con
trariū ſuadētia.item limitaē vt nō pcedat ſi non darē
dos filię patris cōtēplatione p no .in. d.l.dedit dotē
& in.d.§ i arrogato,vbi traditur maximè per Alex.
plenè quid in dubio,an ſc; cēſeaē tradita dos pris cō
tēplatione.ubi Alex.dat circa hoc intellectū ad.d.l.
dedit dotem.de qua materia ēt habetur per Alex.in.l.
in quartam in vltima char.ver.quæritēt.Ang.hic.ff.
ad.l.fal.& tradiē in.l.q in aliena §.interdū.ff.de acq.
poſſeſſ·

187 hære.& ſi † ſtatutum excluderet dotatã à patre ab eius
ſucceſſione,& nõ loquẽdo de ſucceſſione aui, an tũc
extenderetẽ ad ſucceſſionẽ aui. depẽdet ex his q̃ dicã.ĩ.
in.viij.arti.prin.an ſtatutum excludens à ſucceſſione
vnius trahatur ad ſucceſſionem alterius.—

188 SECVNDO quæro † an tale ſtatutum habeat
locum in ea quæ fuit dotata ab auo qui mortuus eſt
ipſa nepte dotata nondum concepta . & reperio inter
conſilia Bal.eſſe vnum ꝙ eſt penul.in.iiij.vol.ſm pen.
impreſſionem.In quo conſultũ fuit talẽ neptem exclu
di,q2 talis neptis eſt ex radice aui.l.ꝓnunciatio.&.l.
liberorum in fi.ff.de verbo.ſig.Item q2 rõ ſtatuti quæ
eſt,vt maſculorum ſalua ſit dignitas & agnatio ꝑſer/
uetẽ.vt dixi.ſ.in.ij.arti.prin.militat etiam in tali nepte
non concepta , & potior eſt rõ in nepte nondum cõce
pta q̃ in iam nata, cum maior ſoleat haberi affect⁹ ad
natos q̃ naſcituros.l.qui filiabus in princi.ff. de leg.j.
Item ĩ materia excluſiua magis debet excludi talis ne/
ptis nondum concepta q̃ concepta.l. item prætor.ff.
de ſuis & legiti.eſſet enim abſurdum ꝙ concepta in vi
ta minus haberet q̃ concepta poſt mortem.argum.l.fi/
lius fa.ff.de teſt.mili.& ſi opponatẽ ꝙ iſta non eſt ꝓpriè
neptis.d.l.item prætor. &.l. qui libertinus.§.poſthu/
mus.ff.de ope.lib.&.l.ſi quis filium.§.j.ver.ſed hic ita
ff.de iniu.ru.rñdetur in.d.cõſi.ꝙ qñq; aliquid ſm ſub
iectam materiã diciẽ propriè quod ſm aliam diciẽ im/
propriè. vt notatur in.l.ij.in glo.ff.de offi.procon.&
leg.cũ concor. ibi allegatis & patet in.l. pater ſeuerinã
§.conditionum verba.ff.de condi.& dem.vnde ſi q2
receperit feudum vel emphiteoſim pro ſe filijs & nepo
tibus , propriè & verè comprehendentur nepotes etiã
poſt mortem aui cõcepti.vt in auctẽ.de alie.& ꝑmu.
re.eccle.§. emphiteoſim in materia enim indifferenti iſta
diſtinctio non conſideratẽ,ſed vbi nepos vult iure pro
ximitatis ſuccedere.l.emancipatus §.fi.ff.de ſena. Sub
iungiẽ in.d.conſi.ꝙ poſito ꝙ talis neptis nõ concepta
in vita aui & ab eo dotata,non excluderetẽ à ſucceſſio
ne bonorum aui ,ꝓ certo deberet excludi cum ab eo
fuerit dotata. nec eſt nouum ꝙ fiat ſeparatio bonorũ
189 l.j.ff.de ſepara.bo.item ſubiungiẽ ꝙ talis † neptis de/
bet eſſe contenta dote ſibi ab auo conſtituta quæ ſuc/
cedit loco legitimę ei debitę ex ꝑſona patris ſui in bo/
nis aui,vt notatẽ.C.de nupt.l.ſacroſan.aliàs ſancim⁹.
& probatẽ in.l.ſi quis.§.ad alias.C.ad leg.Iuli.maie.cõ
trarium aũt reperio fuiſſe conſultũ in conſi.ccccxliiij.
incip.proponiẽ ꝙ quidam in eo.vol.ſm eandem im/
preſſionem aliàs eſt conſi.cl.ſm vltimam impreſſio/
nem, ꝓpterea quia talis neptis poſt mortem aui conce
pta non eſt ꝓpriè neptis auo. & conſequenter ille non
eſt propriè auus.d.l.item prætor cum concor.ſ.allega
tis quòd nõ ſolùm eſt verùm in materia ſucceſſionis,
vt ibi diciẽ,ſed ĩ quauis materia, Vnde ſi ſtatutum di/
ceret ꝙ nepotes militum non poſſint intrare palatium
nõ haberet locum in nepotibus natis & cõceptis poſt
190 mortem aui, quòd limitat niſi † communis vſus lo/
quendi aliud ſuaderet qui eſt potior omni ſignificatu
l. librorum.§. quòd tamen caſſius cum ibi notatis.ff.
de leg.iij. In hac quæſtione puto veriorem eſſe ſenten/
tiam , vt neptis non excludatur à ſucceſſione patris
per ſtatutum prout dicitur in.d.conſi.ccccxliiij.quòd
conſilium potius credo fuiſſe Bald. quàm aliud, quia
in alio ſunt multi errores . & moueor ea ratione, quia
iſta non eſt propriè neptis nec cognata.d.l.item præ
tor.&.l.tutius.ff.de ſuis & le.& inſti.de hęre. quæ ab
inteſt.defe.§ hac rõne.ver.plane.& ideo ſm Bar.in.d.
191 l.item † prætor.ſtatuto banniente aliquos, & eorum
filios & nepotes non intelligentẽ banniti nepotes con/
cepti poſt mortem aui,quia non ſunt ꝓpriè nepotes.fa
cit.d.l.emancipatum.§ i.cũ ibi notatis.ff.de ſena. nec
enim poteſt dici filius banniti qui tempore quo conci/
piẽ non habet auum habentem illam qualitatem bãni.
& deficieñ.ſubiecto deficit qualitas illi adhærens.Ad
ꝙ facit ꝙ dixit Bal.in.l.qui ſe patris vlti.col.C.vnde
li.vbi concludit ꝙ quo ad vniuerſalem ſucceſſionem
deferendam , ſiue ſucceſſio deferatẽ ex nouis legibus,
ſiue ex antiquis.talis nepos non comprehendiẽ ſub.l.
idem vult ipſe Bal.in.l.ſi in ꝑſona.C.de fideicom. vn
de cũ iſta non ſit neptis auo nec conſequenter ſit ab auo
192 dotata ceſſat in ea ſtatutum,quia † cui non conueniũt
verba ſtatuti non etiam conuenit ſtatuti diſpoſitio.l.
iiij§ prætor ait. & ibi Bar. Rom. & Alex.ff. de dam.
infe.& alibi dicam. Nec obſtat quòd diciẽ de emphi/
teoſi & feudo. quia fateor ex edicto conuentionis qñ
conceſſio fit alicui pro ſe filijs & nepotibus . appella/
tione nepotum venire nepotes natos & cõceptos poſt
mortem aui,non ſic in ſucceſſorio edicto legis. vt di/
xit Bal.in.d.l.ſi in ꝑſona.& Pau.de ca.in.l.etiam.ff.
ſol.ma.Andr.de Iſer.in.c.i.§.hoc quoq;.de ſuc.feu.&
eſt de mente Bar.in.d.l.item prætor,& in.l. ꝙ diciẽ in
fi.comm.ff.de ver. obl. vbi vult ꝙ diſpoſitio.d.l.ti/
tius.&.d.l.item prætor ꝓcedat quo ad auitam ſucceſ
ſionem,ſiue à lege,ſiue à prætore delatam, & à nepote
petendam non quo ad alia per.l. Paulus la.ij.§. paulus
ff.de oper.li.quod intelligo,dũ dicit non quo ad alia
etiam quo ad conceſſionem in emphiteoſim vel feu/
dum pro ſe filijs & nepotibus,vt etiam tunc appellen/
tur nepotes tanquam nati ex filio,& qui ab auo deſcẽ/
derunt quaſi vocentur tanquam filij filiorum & de/
ſcendentes ordine ſucceſſiuo & non aliter, non habi/
ta conſideratione ꝙ iure cognationis auum cognoue
rint iuxta.d.l.item prętor. &.d.§ hac ratione. aliàs nõ
eſſet bona illatio quam facit Bar. in.d.l. item prætor
de ſtatuto banniente aliquem & eius filios & nepotes,
cum ibi non agatur de ſuccedendo , & non eſſent etiã
bonę aliæ illationes ſuprà factæ in ſimili propoſito.&
poſito ꝙ prædicta in dubium refricarentur tñ etiã prę
dicta concluſio fortificatẽ ex his quæ dicam in ſeq.q.
de poſthuma vel infante.Et ex prædictis patet reſpon
ſum ad contraria,quia ſtatutum non intendit exclude
re fœminas ꝓpter agnatos generaliter . ſed reſpectiuè,
& ſic illas quæ habent duas qualitates .ſ. ꝙ ſint neptes
auo & ab illo ſint dotatæ & conſequenter ꝙ qualitas
dotis cadat in eis, vt dicam in ſeq.q. ita vt non liceat
arguere à generali ratione ſtatuti,quæ ſi attenderetur ge
neraliter oporteret dicere etiam non dotatas excludi
quod eſſet abſurdum , nec credo uerum ꝙ talis neptis
excludatur ſaltem à bonis quæ ab auo ad patrem deue
nerunt,quia talia bona deſierunt eſſe auita et facta ſunt
paterna,vt habetur in.l.j.§.veteres.ff. de acqui. poſ.&
latè dicam infrà in.viii.arti.princi.in.xviij.q. An autẽ
talis dos ſuccedat loco legitimę dicã.ĩ.in.xi.art.prin.
in ij.vel.iij.q. & faciunt quæ dixi in qõne præcedenti.

193 TERTIO quæro † an ſtatutum prędictum exclu
dens dotatam liget poſthumam vel impuberem ſeu in
fantem? & ſecundum quod reperitur inter cõſilia Bal.
in conſi.pen.in.ij.volu.ſecundum pen.ſtampã de quo
conſilio feci mentionẽ in.q.prędenti dicendum vide
tur ꝙ ſic , maximè attenta conſuetudine generali quæ
dictat, ꝙ mulier cuiuſ ſuis ętatis,cui dotes ſunt conſti/
tutę,dicatur dotata,ſeu habere dotes magnas vel par/
uas prout ſunt conſtitutę.ita vt verbum dotata in ſta/
tuto poſitum intelligatur etiam deſtinatione,& ita in/
telligit notata per Bart.in.l.cum plures.§.cum tutor.ff.
de adminiſtratio.tut.poſt Gloſſ. ibi & in. l.ticio cen/

tum.§ ticio genero.ff.de condi.& demon.facit argum.
in.l.non eſt matrimoniũ.ff.de ri.nup.& in.l. qui pu-
pillam in prin.ff.de adul. & cum hac ſententia tranſit
Bal.in.l.non ſine in.i.col.in fi.verſi.modo hic quæ-
ritur.C.de bo.ꝙ lib.cum quo ibi tranſit Pau.de caſt.
& Peruſini diſtinguentes ꝙ aut ſtatutum prædictum
excludit nuptam ſeu maritatam, & tunc non compre
hendatur infans vel pupilla in qua non cadit matri-
monium, quod etiam vult ipſe Bald.in.l.deo nobis
iij.col.C.de epiſco.& cle. & Pa.& Moderni in Rub.
de ſponſa.Bal.in.l.vxores.ff.de inſa.& Pa.in conſil.
cvij.inci. quattuor inquit in fi. ſecũdo vol.poſt Pe.de
anc.in rep.c.canonum ſtatuta in.lxxxv.col.ver.quæ-
ro de quæſtione de conſti.& notat Pau.de caſt.in.d.l.
194 non ſine.immo vult Pan.in.d.rubrica de ſpon. † ſta
tutum loquens de excludendo maritatam vel nuptã,
non habere locum in impubere ſi ſit ſponſa de futuro.
Aut excludit dotatã & tunc cum inſpecto cõi vſu lo-
quẽdi dicat dotata vt ſupràdictum eſt, ſufficit talis do
tis conſtitutio ad excluſionem aliàs inſurgeret abſur-
ditas ꝙ pupilla eſſet melioris conditionis ꝙ̃ adulta,
quod eſſe non debet dicens ꝙ ita ſeruatur de conſuetu
dine in ciuitate peruſij, & hoc idem fuit de mente Bar.
in.d.§.ticio genero in pen.col. ver. quæro ſtatutum eſt
hic.maximè dum dicit ꝙ participium dotata intelligi
debet qñ pater actum dotandi exercuit quantum in eo
fuit.l.mulier.§.i.ff.de cond.& de.l. ſtichus ſi hæres.ff.
de ſtatu li.quod feciſſe dicit aſſignando dotem in teſtõ.
idem dixit ipſe Bar.in.d.l.qui pupillã.ff. de adul. vbi
idem tenet Ang.allegans.l.ſi quis prioris.§.certum.C.
de ſecun.nupt.& plene Ang.in conſi.cccxcix.inci.cõ-
ſultatio.& Bar.in.d.l.non eſt matrimonium.ff.de ri-
tu nuptiarum & ſentit Bal.licet incidenter loquatur in
l.ſancimus.C.de nupt. & clarè hoc tenet in.l.fi. circa
fi.comme.C.de ſpon.motus quia dicitur deſtinatione
dotata, & cum prædicta ſentẽtia ſeruata diſtinctione
Bal.in.d.l.non ſine ſm ꝙ illam retuli tranſit Moder-
nus bonon.In ſuo tracta. dotium In vltima parte in
xxxvj.q.fortius dixit bal.in.d.l.non ſine ꝓpè fi.cõm.
195 ꝙ etiam † ſtante ſtatuto quòd verba ſtatutorum intel
ligantur propriè nihilominus excludetur pupilla cui
ſunt dotes in teſtamento conſtitutæ, quamuis propriè
dici non poſſit dotata.mouetur q̃a non ſtãt ꝑ patrem.
arg.l.ſi oleum.ff.de dolo.& l.iure ciuili.ff.de cond.
& demon.quod dictum non credo verum, q̃a verum
eſt dicere ꝙ propriè non dicitur dotata.& hoc ſtatutũ
porrigit vires ad quæcunq; ſtatuta & illa reſtringit vt
loquantur in caſu proprio. Sed Bald.in.l.ſi plures. in
vij.col.verſi.iuxta prædicta.C. de condi. inſer. tenet
contrarium vt infans vel pupilla non excludatur præ
textu talis ſtatuti, cum iſte caſus ſit omiſſus à ſtatuto q̃
relinquitur ſub diſpoſitione iuris cõis, & cum hac ſen
tentia tranſit Pe.de anch.in repe.c.canonum ſtatuta in
xiiij.q.prin.ver.pone ſtatuta in.lxxij.col. de conſtitu-
tio.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe venetijs.ſequitur Mari.
in conſi.lxiij.inci.in cauſa retenta inter dominã Chate
rinam.iij.& iiij.col.verſi.capiendo etiam ſecundam.
Et hæc opinio in puncto iuris plus mihi placet niſi cõ
ſtaret de cõi vſu loquendi in contrarium exiſtente ꝓut
dicit Cu.in.d.§.ticio genero.cum qua opinione vide-
tur etiam tranſire.d.Bapt.de ſan.ſeue.in repet.l. om-
nes populi in.cxix.col.verſi.xx.retento.ff.de iuſti.&
iu.nec Bar.in locis ſupradictis loquitur in pupilla, ſed
ſimpliciter, & poteſt dici ꝙ Bal.in.d.l. non ſine quem
ibi ſequitur Pau.de caſt.& d.Philip.corn.loquuntur
in puella in qua erant contracta ſponſalia & dotes tra
ditę.ita vt quo ad patrem dotantem nihil amplius re-
ſtaret agendum & foret functus officio ſuo.l.an in pa
trem.ff. quod fal. tu. au. facit, quia cum contractus
dotis re perficiatur, non dicitur dotatio niſi traditio-
ne ſequuta.ſed appellatur promiſſio, quæ non eſt con
tractus nominatus, vt probat Bar.in.l. Iuris gentium
in fi.prin.ff.de pactis per.l.ad exactionem; & ibi Bal.
C.de dotis promiſ.& l. legem & ibi Saly. C. de pa-
ctis.de quo dicam plenius.j.eo. articulo in illa quæ-
ſtione, an ſtatutum loquens in dotata habeat locum in
ea cui ſunt dotes conſtitutæ, licet nõ ſit pupilla licet ve
rius Bal. loquatur in puella cui fuerunt dotes tantùm
promiſſę vel ex teſtamento conſtitutę, & pro hac ſen-
196 tentia facit, quia † ſtatutum de lucro dotis non habet
locum in tali impubere.vt notat Bal. in.l. falſus §.fi.
per illum tex.ff.quod fal.tut.aucto.& Bal. & Ange.
in.l.vxores.ff.de inſa.Idem volẽtes ſi impubes ſit tra-
ducta ad domum ſponſi.Bald.in.l.fi.in tertia colum.
verſi.modo iuxta hoc.C.de epiſco.& cleri.& in con-
ſilio.cccxcix.incip.in cauſa iſta in princi.primo.vol.
ſecundum penultimam impreſſionem, & in conſilio
ccclxxxiiij.inci.ſi qua inquit.eo.volum. Salice.in.l.
cum te.C.de dona.ante nup.Floria.in.l.in legibus.ff.
de teſti.cum concor.nam inter tales non eſt matrimo-
nium nec actu nec habitu.l.quod ſeruus.ff.de condi.
ob cau.in.l.ſi ante.ff.ſoluto matri.l.dotis fructus.ff.
de iur. dotium. cum ſimili. nec obſtat ꝙ dicitur non
debere eſſe melioris conditionis puellam ꝙ̃ adultã,
quia in puella eſt vnum plus ꝙ̃ in adulta, quia ipſa
adulta cui ſunt dotes conſtitutę laborat ſolùm in illo
dubio an ſufficiat ei promiſſio dotis ſeu conſtitutio,
vt dicatur dotata cum dos ſine matrimonio eſſe non
poſſit, ſed in puella eſt aliud, ſcilicet inhabilitas & im
potentia matrimonium contrahendi.c.j.de deſponſa.
impub.in.vj.c.de illis &c. fin.eod.ti.in antiquis.l.in
ſponſalibus de ſponſa.& conſequenter in ea non adeſt
facultas dotis verę habendæ.l.inceſtę.ff.de ri.nup.&
cum hac ſententia tranſit dominus Laurentius in repe.
§.cæterum inſti.de legi.agna.ſuc.in.xlij.colum.verſi.
iuxta prædicta formanda &c.fortius voluerunt Pet.
Iaco.de ra.Ray.& Cy.quos referunt Alber. & Bal.
in.d.l.non ſine cum quibus tranſit ibi Ful.qui dicit ſe
ita conſuluiſſe, quòd etiã ſequutis ſponſalibus & tra-
ditione dotis filia non excludatur à ſucceſſione pro-
pter ſtatutum prædictum excludens dotatam, quia ſta
tutum prædictum cum ſit contra Ius commune eſt in
telligendum prout litera iacet.l. quòd verò.ff. de leg.
& quòd pendet non eſt quaſi ſit. vt in regula iuris. fa-
cit quòd not.Bal.& doct.in.l.ſi ante nuptias.ff. ſolu.
ma.& Bal.in.l.ſi pro dote.C.de dotis promiſ. & in
l.i.C.de cõdi.ob cau.per moder.maximè Are.in rub.
ff.ſolu.ma.&.j.forſan dicam.Non ob.d.l.cum plu-
res.§.in primis aliàs cum tutor cum glo.ff.de admi.tu.
quia ſecundum eos non dicitur ibi quod dos aſſigna-
ta ſit vera dos.ſed futura, quia ſine matrimonio nõ po
teſt eſſe vera dos.l.fi.C.de dona.ante nupti.& clarius
197 in.l.iij.ff.de iure dot.vbi dicitur ꝙ † dotis appellatio
non refertur ad ea matrimonia quæ conſiſtere non poſ
ſunt aut vbi matrimonij nomen nõ ſubeſt.& facit tex.
in.l.ij.in fi.ff.de priui.cre.vbi talis dos ex ęquitate ha
bet priuilegia verę dotis & in caſu noſtro ceſſat ęquitas
licet publica ſubſit vtilitas, & ita reſpondẽt doct.præ
dicti. ad tex.in.d.l. non ſine.dum dicitur ibi ꝙ vxo-
ris appellatione ſponſa continetur, reſpondetur quòd
hoc eſt ex benigna interpretatione, & iſta opinio in pũ
cto iuris videtur verior quamuis Bald.aliter ſenſerit
ibi. & Alber.in ſecunda parte ſtatut.in.q.ccix.incipi.
ſed retento vbi dicit ita fuiſſe iudicatum, & Panor.in

rubrica

rubrica de ſpon.in fi.vbi vult tale ſtatutum indiſtinctè
habere locum in ſponſa de futuro.pro prædictis etiam
faciunt quæ dixi in.q.proxi.præcedenti. Ad illud de
mente & ratione ſtatuti, vt videatur etiam complecti
prædictas infantes maximè dotibus datis propter ſpõ
ſalia ea maximè ratione ne melioris ſint cõditionis ꝙ̃
adultę reſpondetur, ꝙ diſpoſitio ſtatuti quòd emana-
uit ad excludendum dotatas non eſt ſumenda niſi li-
mitatiuè cũ ſtatuentes egerint nõ omnes fœminas, ſed
dotatas tantùm excludere. vnde ad eas tantùm referen-
dum eſt ſtatutum quæ dotatę ſunt. & verè.l.in agris.ff.
de acqui.re.do. & notat Imol.in.l.ſi vero.§.de viro.
ff.ſo.matri.in pen.col.facit quod dixi in pręced. quę-
ſtione in fi. in practica autem quid ſeruandum ſit du-
bito.nam vt dicam.ĩ.in.vij.q. talia ſtatuta generali-
ter habẽt locum in his,quibus dotes ſunt promiſſę vel
ſimpliciter relictæ etiam nullo matrimonio ſubſequu-
to ſecundum magis communem ſententiam, & in ter
minis quæſtionis noſtræ de impubere idem videretur
dicendum,ſed in proprijs terminis noſtris docto. ma
gis communiter videntur velle ſtatutum prædictum
non ligare impuberes. & credo ꝙ opinio præcedẽs ſit
conſuetudine approbata,vt dicantur tales impuberes
dotatę & excludantur. Et iuxta p̄dicta conſuluit Ma-
198 ri.in.d.conſi.lxiij.in.iiij.colum. ꝙ † ſtatuto excluden
te dotatam,ſeu deſponſatam per verba de præſenti di-
ctio ſeu ſtat ampliatiuè. ita ꝙ excludat vtranque videli-
cet tam dotatam ꝙ̃ deſponſatam per verba de præſen-
199 ti,quia ſecundũ eum † verbum dotata importat ma-
trimonium & traditionem dotis, & ſic ſtatutum vo-
luit ꝙ nõ ſolùm traducta ſed etiam non traducta dum
modo ſit per verba de præſenti deſponſata excluda-
tur de cuius dicti veritate patet ex prædictis.

200 QVARTO quæro quando † ſtatutum exclu-
dit dotatas.quid in furioſa cui ſunt dotes conſtitutæ.
Bald.in.l.ſi plures in.vij.col.verſi.iuxta prædicta.C.
de condi.inſer.tenuit ꝙ non excludatur, quia eſt inha
bilis ad matrimonium.l.furor.ff. de ſpon. &.l. patre
furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. & in ea conſe
quenter non cadit qualitas dotis.l. fin.C. de do. ante
nup. vt dixi.ſ.in præce.q.& cum hac ſententia tranſit
Pe.de anch.in repe.c.canonum ſtatuta in.lxxij.colũ.
de conſti.do.Bap.de ſan.ſeue.in repe.l. omnes populi
in.cxix.colum.in verſi.xx.retento.ff.de in.& iure. ꝙ
latius probatur ex his quæ dixi in pręce.quæſtione.&
ex ibi dictis limitatur, niſi communis vſus loquendi
aliud ſuaderet.

201 QVINTO quæro † an tale ſtatutũ in caſu quo
comprehendit moniales, quòd quando ſit apparet ex
prædictis.ſ.hic.eo.vi.ar.prin.in primo membro.ij.q.
ſcilicet vbi omnino erat etiã ſi in ſeculo mãſiſſet remã-
ſura excluſa ſi dotata fuiſſet, vt eſt qñ generaliter ſtatu
tũ excludit fœminas dotatas, an tunc dicẽ dotata illa
quæ ingreditur monaſterium quando pater offert ali-
quid monaſterio.putà quia ponit centum ſuper altari.
Bar.in.l.ticio centum §.ticio genero in vltimis verbis
ff.de condi.& dem. & in.l.i.§. ſi vel parẽs.ff. ſi quis à
patre fue. manu.tenuit ꝙ ſic, quia vulgò talis dicitur
dotata, & taliter datum ſeu oblatum loco dotis ſucce
dit argum.in.l.vt Alfenus.& in.l.in vulgari.ff.de ver
bo.ſigni. Idem vult Bal.in.l. quoniam nouella in fin.
comm.C.de inoffi.teſt. volentes ꝙ tale datum compu
tetur in legitimam.& dixit Moder.bono. in tract.do-
tium in vltima parte.q.xxxi. incipi. ꝙ ſi pater pro fi-
lia,quòd ſecundum communem opinionem talis fœ-
mina dicitur dotata, & excluditur à ſucceſſione p̄ ſta-
202 tutum. pro quo adducitur, quia † mulier quæ profi-
tetur cõtrahit matrimonium ſpirituale, & nubit Chri-
ſto ac immortali ſponſo profitens ſe coniũgit.xxvij.q.
i.c.quæ in Chriſto.&.c.quòd autem. Igitur matrimo-
nij appellatione non modo de carnali.iuxta.l.i.ff. ſol.
ma. intelligimus,ſed etiam de ſpirituali tanquam de di
gniori. & in quo verſatur ſalus animæ.xxvij.q.i.c.nu
ptiarum bonum, per quæ iura dixit Dioniſius de Pe-
ruſio in conſi.xx.incipi. & ſi doctrina cęcum illumi-
net quẽ refert Maria.in repe.c.qualiter lo.ij.in.q. viij.
203 in pen.arti.de accu. ꝙ † ſtatutũ diſponens aliquid cõ-
tra cognoſcentem mulierem nuptam, habet locum in
cognoſcente monialem,cuius matrimonium indubi-
tanter eſt dignius,quia licet virgines & continentes ac
etiam coniugati,per fidem certam & operationem bo
nam deo placentes ad æternam mereantur beatitudinẽ
peruenire.c.firmiter in fi.de ſum.tri.tamen continen-
tes plus deo placent ꝙ̃ coniugati,quia nõ expedit ho-
mini ad regna cœlorum tendenti accipere vxorem car
nalem.xxxiij.q.v.c.tunc ſaluabitur, & not.glo.in.d.
c.firmiter. vita enim cõtemplatiua eſt ſalubrior, ꝙ̃ acti
ua.c. ſanè de regul. cum itaque vtrunque ſit matrimoniũ
ſpirituale ſcilicet & carnale, & conſequenter vtroque
reſpectu datum,ſit dos.l.iij.ff.de iure do.l.fi.C.de do
na.ante nup.ſtatutũ de dote vel matrimonio loquens
verificabitur in vtroque.c.vt circa de elect.maxime cum
non ſit ratio quæ ſuadeat vnum matrimonium, ſeu
vnas dotes,ſub ipſo ſtatuto magis includi ꝙ̃ alias.l.
generaliter.ff. de fideiuſ.l. poſthumi in princi. ſeu.§.i.
verſi.nam diuus marchus.ff.de iniu.rup. teſt. Contra
prædictam ſententiam tenuit dominus Pe.de vbal.de
peruſio in tract. de duobus fratribus in. xi.parte prin.
in.iiij.q.referens dominum Petrum de peru. ita conſu
lendo tenuiſſe in conſi.incipi.viſo præfato puncto, &
viſis præfatis ſtatutis in. xiiij. lib. conſiliorum in. cij.
charta motus, quia ſtatutum excludit dotatã propter
dotem quæ remanet apud filiam & eius patrimonium
cenſetur.l.i.C. de rei vxo. act.l.iij.§. ſed an prior.ff. de
mino.ſed illa pecunia remanet monaſterio, & non effi
citur filiæ.c. conqueſtus de fo. compe. nec filia poteſt
habere proprium.c. cum ad monaſterium de ſta. mo-
na. nec ſi filia ſe in aliud monaſterium transferret illi
monialis ſeu alteri monaſterio reſtitueretur. xxvij. q.in.
c.ſi quis rapuerit in auctẽ. de mona.§.ſi vero relinquẽs.
c.cum olim lo.ij.de priui. de quo plenè in.c. quòd ad
204 te de cleri.coniuga.quòd maximè verum eſt,quia † nõ
poteſt dos dari citra crimen ſimoniæ pro matrimonio
ſpirituali conſequendo.c.non ſatis de ſimo.c. tua nos
&.c.veniẽs, & licet ſpontè dari poſſit aliquid.d.c.ve-
niens &.c.tua nos &.c.fi.&.i.q.i.c.placuit.nõ tamen
cenſeri debet dos ad quam pater ex neceſſitate tenetur
.l.fi.C.de dotis promiſ. pro quo facit quòd dixit Bal.
in auct.niſi rogati in.ij.col.ver. quæro nunquid mona
205 ſterium.C.ad trebel. ꝙ † executores deputati ad virgi
nes maritandas non poſſunt dare illam quantitatem
virginibus intrantibus monaſterium, quia hoc non
habent in mandatis. & ſi non eſt in eis matrimonium
verum.ergo nec dos.d.l.iij.ff.de iur.do.&.l.i.ff.ſolu.
ma.& cum hac ſententia videẽ tranſire dominus Fel.
in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ in.xxij. colum. verſi.mo-
do eſt dubium quottidianum.de conſti. per prędicta,
& quia ſtatuta debent intelligi in caſu verò & proprio
.l.iij.§.hæc verba.ff.de neg.ge.vbi glo.Bar. Bal. Ang.
& doct.cum concor.allegatis in.i.q.huius mẽbri. Sed
eſt aduertendum,quia Bart. & ſequaces fundant ſe ſu-
per communi vſu loquendi, qui habet vt tales fœmi-
næ dicantur dotatæ, quo vſu communi circunſpecto
credo verum eſſe ꝙ talis monialis ſeu monaſteriũ ex

eius perſona nõ excludatur p prædicta.nec Bar.aliter
ſentit,verùm quia in ſuprà allegato conſi.domini Pe-
tri dicitur ꝙ taliter datum non computatur in legiti-
mam , dicendum eſt veritatem fore in contrarium per
tex. in.d.l. quoniam nouella. & in.d.l. omnino.C.de
inoffi.teſt.& ibi Bald.& Bar.in locis ſuprà allegatis.
cum iſta opinione ſingulariter tranſit Mari. conſil.v.
& ita etiam tenet.d.Bartho.ſozi.conſi.ccxli. inci.cir-
ca in.ix.colum. verſic. his tamen non obſtantibus.l.
vol. vbi conatur reſpondere omnibus fundamentis
Petri de peruſio, & tandem reſidet ꝙ monialis cõſide
rato communi vſu loquendi dicatur dotata. quo attē
to ſecũdum eum iſta opinio eſt communis & vera . &
ita ſeruatur. Sed quid in clamidata monaſterij ſan-
cti Antonij de padua quæ poteſt contrahere matrimo
nium licet non ſoleant ,Corn.conſi.ccc.inci.viſo the-
mate.ij.colum.iiij.vol. dicit ꝙ datum per patrem mo
naſterio non facit vt dicatur dotata, & mouetur fun-
damento quo mouebat Petrus de peruſio in hac quę-
ſtione.ſ.relatus quod impugnaui. verum tamen arbi-
206 tror † poſſe per ſtatutum fieri talem declarationē quo
modo dicatur dotata, ꝙ non comprehenderetur in ſtā
tuto licet putem in caſu Corneri illam clamidatam de-
buiſſe excludi per prædicta niſi appareret illud fuiſſe
datum pro eleemoſyna nõ contemplatione clamidatę
principaliter,ſed monaſterij taliter ꝙ veriſimiliter cla-
207 midata dotem poſſet expectare . Sed † an relictum
dotis quando fit in teſtamento debeat fieri titulo inſti-
tutionis Bar. in.l.ticio centum.§.ticio genero in fi.cõ-
men.ff.de condi.& dem.innuit ꝙ non, tāgit Corneus
conſi.xlix.incipi. videtur colum. fin. primo volu. &
non decidit ſed hoc dependet ab his quæ dicam.ī. in
x.art.prin.iiij.quæſtione,& in.ix.art.i.q.(an talis prę
terita poſſit impugnare teſtamentum , & an dos ſit ad
inſtar legitimę.de quo dico in.xi.arti.ij.q.& iſtam opi
nionem firmat intrepide Corne.conſi.xxxij.incip.licet
208 col.fi. iiij. vol. Sed pulchra hic cadit quæſtio † an
dicatur dotata illa cui relinquuntur dotes in teſtamen
to nullo Corn.conſi.xlix.inci.videtur col.fi.i.vol.te-
nuit ꝙ non,quia non dicitur dotata illa quæ eſt inciui
liter ac minus legitimè dotata.l. iiij.§.cõdemnatum.ff.
de re iudi.cum ſimili.quòd intelligo niſi teſtamentum
ſuſtineri poſſit per clauſulam codicillarem , vel auct.
ex cauſa.C.de lib.præteri.in relicto.dotis .
209 SEXTO quæro † an ſtatum prædictum habeat
locũ in ea quæ ſemel fuit nupta & habuit dotes ſuas.,
& tempore mortis eius , de cuius ſucceſſione agitur
eſt vidua.Bal.in.l.non ſine.in vlt.col.C.de bon. quæ
lib.in propoſito decidit ꝙ ſic & pro hoc facit , quòd
dixit Bal.in.l.j.in fi.C.vnde vir & vxor & poſt eum
Saly. Pau.de caſt. Rom. & moderni reprobata opi-
nione Nico. de muti. in terminis ſtatuti mutineñ. quo
cauetur ꝙ ſi mulier contraxerit ſecundas nuptias , &
de vtroq; matrimonio filios habuerit, tenentur relin-
quere dotem ſuam liberis vtriuſq; matrimonij æquali
ter, nam ſi contingat talem mulierem eſſe viduam tem
pore mortis habebit in ea locum ſtatutum , quia mu-
lier dicitur dotata etiam poſt recuperatam dotem ſolu
to matrimonio.l.ſi.C.cõmu.vtri. iudi. &.l.ſi ſocius
pro filia.ff.pro ſoci. &.l.filię.C.de colla. ita ꝙ ſuffi-
ciat ꝙ inceperit eſſe dos propter matrimonium pręce
dēs q̃uis fuerit ſolutum, vt patet toto titu.C.ſol.ma.
210 quemad.dos pe.non obſtantibus † iuribus quæ dicũt
dotem non conſtare ſine matrimonio .l. fina. C. de
don.ante nup. &.l. iij. cum ſimili.ff.de iure dot. quia
ſunt intelligenda modo prædicto, & maximè prædi-
cta procedunt,quia ita ſe habet cõis vſus loquēdi, nã
viduę ſolēt dicere.ego habeo penes me dotes meas vel
nondũ recuperaui dotes meas.quam deciſionem etiam
ſequitur Pau.de ca.in.l.fi.per illũ tex.ff. quando act.
de pec.eſt anna.& in rubrica.ff.ſol.ma.& ibi ēt Alex.
in.vij.col.& in conſi.inci.conſideratis verbis in vlti-
ma col.i.vol.& in cõſi.cij.inci.ſuper eo de quo quęri
tur.i.col.iij.vol.hinc dixit Pau.de ca.in locis ſuprà al
211 legatis ꝙ † ſtatutum ſenarum diſponens ꝙ mulier nõ
poſſit de ſua dote teſtari in præiudiciũ filiorum ēt pro
anima niſi de.iiij.parte do.habet locum etiā in vidua,
& ita dicit ſe vidiſſe conſultum.& pro hac ſentētia ad
ducit Fulg.in. d.l.j.tex. quem dicit meliorem de iure
in.l.ēt in prin.ff.de fun.dota.vbi prędium appellatur
212 dotale ēt ſoluto matrimonio facit ēt . quia † quouſq;
mulier ſtat in viduitate cenſetur ſtare in priore matri-
monio.l.fi.C.de bo.mater.& hęc opinio eſt tenenda
tanq; cõis licet Fran.de are.& aliqui moderni in.d.ru
brica.ff.ſolu.ma.velint viduam quæ exegit dotes nõ
poſſe dici dotes habere , & ita in ſpecie tenet .do.Bal.
nouel.in tract.dotium prima parte vlt.col.&.d.mo-
dernus bono.in ſuo tract.dotium vlt. parte in.liiij.q.
inc.an prædictum.& dñs Bulgari.in.d.rubri.in.xiij.
col.in fi.ex quorum dictis iunctis his quę notantur in
d.l.I.C.vnde vir & vxor licet poſſet latius hæc qõ di-
ſputari tamen hæc eſt verior & communior ſententia.
213 SEPTIMO quæro † an ſtatutum prædictum ex-
cludens dotatam, militet in ea cui dotes ſunt cõſtitutę
vel promiſſę ēt nullo matrimonio ſubſequuto. de hac
quæſtione dixi plura verba.ſ.hoc.eo.art.& membro
tertia.q.ad propoſitum illius.q.& retuli ꝙ Bart.in.l.
ticio centum.§.ticio genero.ff.de condi. & demon. in
pe.col.& in.l.non eſt matrimonium.ff. de rit.nup.&
in.l.qui pupillam, vbi etiam Ang.ff.de adul.per illos
tex.tenent ꝙ ſic.& Bal.in conſi.pen.ij.vol.ſm pen.im
preſſionem poſt Bart.in.l.cum plures.§.cum tutor.ff.
de admi.tu . & Bal.ac Pau.de caſt. & modernos in.l.
non ſine.C.de bo.quæ lib.& Bald.in.l.fi.propè fi.cõ
men.C.de ſponſa.vbi mouetur, quia talis fœmina eſt
deſtinatione dotata cũ concord.in.d.ij.q. allega. hoc
idem vult Pau.de ca.in.l.j.in fi.commen.C.vnde vir .
& vx.& Ange.in.l.ſi prædiorum.C. ad leg.fal.& in
conſi.lxxix.inci.per euidentiam quem referunt Alexā
der et moderni.in Rubri.ff.ſolu.matri.circa diffinitio
nem dotis vbi adducit.l.ſi mulier ita dotem.ff.de iure
dotium.&.l.i.§.i.verſi.& ſi tantum promiſſa.ff.de col
la.dot.ad idem facit ſecundum Bar.& docto. in locis
ſ.allegatis .l.ſi quis prioris.§ certum.C.de ſecun.nup.
214 item quia † dicitur dotata filia in qua pater actum
dotandi exercuit q̃tum in eo fuit.l.mulier.§ primo.ff.
de condi. inſtit. &.l.ſtichus ſe heredi. ff. de ſtatulibe.
quòd dicitur factum ex ſola aſſignatione.ſequitur Pe-
trus de anchara. conſilio ccxxxij.inci.ſubtiliſſimè,&
Angel.conſil.cccxlix. incip. conſultatio . Plus dixit
Bald.in.l.ſi plures in.vij.col.verſi.item iuxta hoc quę
215 ritur.C.de condi. inſerti ꝙ † ſi pater promiſit vel le-
gauerit pro filia dotes,licet ſit in mora illas ſoluēdi fi-
lia excludetur, eo quia verũ eſt dicere ꝙ fuerit dotata
ſcilicet ex promiſſione . allegat Bal.in d.l.cũ plures .
quod ſub dubio fortè intelligit Pau.de caſt. in conſi.
cxi.incipi.ſuper primo dubio in.l.colum.in fi. niſi ſta
tutum ſimpliciter excluderet fœminam quā mandaret
dotari, quia ſi foret mora in dandis dotibus ſuccede-
ret , & cum prædicta concluſione etiam tranſit Pau.
de caſt.in.d §. ticio genero, & Bald.nouel. in tracta.
dot. In ſexta parte in. xix. charta, & moder. bonon.
etiam in tract.doti. vlt. parte in. xxx. &.l. quæſtione
216 vbi.ſubdit ꝙ † ſufficit dotem qñcunq; offerri ante la-
tam

tam ſententiam per.l.ſi.ff.de pigno.act. allegat Ang.
in conſi.cxxxij.incip. in queſtione vertente, ꝙ in meo
volumine non inueni, & pro hac ſententia facit quod
dicitur de ſtatuto diſponēte maritum lucrari certam
partem dotis vxore præmoriēte, vt habeat locum in
dote promiſſa ſecūdum Ange.in.l.ſi prædiorū, & in
conſil.lxxviij.incip.ſtatutum loquit̃, & Pau.de caſt.
in.l.ſi marito §.i.ff.ſol. ma.eum concor. allegatis ꝑ
Alexan.& Mod.in.l.ſi donaturus.§.i.vlti.col.ff.de
cōdi.ob cau.& in.l.non tm̄.iiij.co.ff.de iud.& hoc
ſm Bald.in.d.l.non ſine. ꝓcedit etiam ſi ſtatutum di
ctet ꝙ verba ſtatutorū ꝓpriè intelligantur, & cū præ-
dicta opinione tranſit Bal.nouel.in tract.dot. prima
parte in.iij.col.dicens ꝙ iſta eſt communis opinio.
ſequitur Corn.conſi.lxxv.inci. ꝙꝙ.iij.colum. in fi.
j.vol.vbi refert Imo.Pau.de caſt.& alios qui apud
ciuitatem caſtelli ita conſuluerunt. Contrariā opi-
nionem tenuerunt varij doc. quos retuli.ſ.e.articulo
& membro.iij.q.& Imo.in.d.§.ticio genero, eo quia
non poteſt eſſe nec dici dos vbi non eſt matrimoniū
d.l.ſi.C.de dona.ante nup.&.l.iij.ff. de iure dotium
& ſtatutum prædictum cum ſit contra ius commu-
ne debet propriè & ſtrictè intelligi. l.i§.ſi is qui na-
uem.ff.de exer.l.non aliter.ff.de leg.i.&.l.conſtitutio
nibus cum concor.ff.ad munici.niſi aliter probaretur
de communi vſu loquendi, ſicut enim non poteſt di-
ci nupta ante matrimonium.l.quod pupillę.ff.quan
do di.leg.ce.ſic nec dotata.idem voluit Fulg.in.d.l.
non ſine dicens ꝙ gloſſ.in.d.§ cum tutor non dicit cō
trarium, ſequitur Bal.in.coſi.cccclj. Incipi. gitiua.ij.
volu.ſecundum penulti. impreſſionem volens ꝙ ta-
lis fœmina non excludatur niſi acceptet relictum pro
dote, quod ſm eum nō tenetur acceptare dominus au
tem And.de iſer.in.c.l.in.vi.&.vij.colū.de na. ſuc.
feu.poſt multa iura hincinde aducta quæ non tran-
ſcribo, cōcludit ꝙ de rigore iuris dotis promiſſio ex-
cludit fœminas, ſed non de æquitate, & tranſit cum
opiniōe quam dicit æquam, dicens ꝙ eſt tollerabili-
or, ſubdit in.viij.col. ꝙ non ſufficeret dotem eſſe pro
miſſam vel ſolutam marito etiam ſciente & paciente,
ac non contradicente vxore, ſed eſſe neceſſe, vt
promiſſio & ſolutio fiat ipſi mulieri, quam ſolu-
tionem non ſufficeret pro parte fieri ſm cū' ibi in.v.
col.in fi.verſi.oportet ergo, & in fin.commen. Sed
Cu.in.d.§.ticio genero quem ſequitur Alex.in conſil.
xiij.incip.circa primum dubium.iiij.col.iij.volu. di
217 ſtinguit ꝙ † aut ſtatutum dicit ꝙ filia fœmina non
ſuccedat ſed dotetur, & tunc vera ſit prima opinio ꝙ
excludatur, an verò dicat ꝙ filia dotata non ſuccedat
& tunc vera ſit alia opinio contraria quam proxi-
mè retuli, quia non dicitur dotata illa cui fuit aliqd ꝓ
dotibus relictum, niſi conſtaret de communi vſu lo-
quendi in contrarium, nec ſm eos iura allegata ꝑ bar
to, & maximè in.d.l.nō eſt matrimonium aliud pro
bant.pro quo facit, quia cum contractus dotis re per-
218 ficiatur, † non dicitur dos ex ſola promiſſiōe & an
te traditionem ſequutam, ſed dotis promiſſio vel reli
ctum pro dote ſeu ob cauſam dotis quæ nō ſunt con
tractus noīati, vt declarat Bar. in.l.iuris gentium in
princ.in fi.cōmen.ff.de pac.per.l.ad exactionē, &
ibi not.Bald..C.de dotis promiſ.& legem & ibi Sa-
lice.C.de pac. de quo fundamēto latius tradunt alex
and.Areti.& moderni in rubrica.ff.ſol. mat. in diffi
nitione dotis vbi ēt adducit̃ text. in.l. ſi p̃r mulieris,
et i.l.ſi is q ſtichū§.i.ff.de iure do.vbi dos ꝓmiſſa, &
q̄ nondū tradita ē cum non ſuſtineat onera m̃rimonij
dos dici non debet.facit ꝓ hac opinio.tex.in.l.dotis

ꝓmiſſio.ff.e.ti.de iure do.vbi patet ꝙ ante m̃rimo-
219 nium nō eſt, ſic † nec pactū, ſeu ꝓmiſſio de donādo
eſt donatio, nec pactū ſeu ꝓmiſſio de vendendo ē uen
ditio.l.in bonę fidei, & ibi Gloſſ. Pau.de caſt.& mo-
derni.ff.de eo ꝙ certo loco.notatur ꝑ Fran.de rāpo.
in.l.ſi.ff.de cōdi.ob cau.Ang.poſt Iac.bu.in.l.i.C.
de pa.pigno.& per Matheſil. in notabili. xlvij.ſic ēt
dicimus ꝙ aliud eſt quē abſoluere vel condēnare &
aliud ꝓnunciare cōdemnandū vel abſoluendū, adeo
vt iudex qui non pōt facere executionē vltimo menſe
ſui officij poſſit ꝓnunciare exequendū ſm Iac.de are.
Cy.& Bal.in.l.j.circa gl.in uerbo in poſſeſſionē.ff.
220 de iuriſdi.& † ſtatutū ꝓhibens iudicē vltimo men-
ſe ſui officij abſoluere non intelligitur prohibere ꝙ ꝓ-
nunciet abſoluendū Bar.in.l.ſolent.ff.de offi.procō.
Bal.poſt.Cyn.in.l.i.C.ſi aduer.liber.& in.l.ſi qs fi-
lio §.eius per illū tex.ff.de iniuſ.rupt. cum concordā.
adductis ꝑ Alex.in.d.l.l.in.v.co.ff.de iuriſ.om.iu.
ſic etiam aliud eſt quē pronunciari liberū, aliud quem
pronunciari liberandū.l.q ſe dicit.ff.de iudi.no.Gl.
in.d.l.i.C.ſi aduer.liber.ſic ēt aliud ē reſtituere in in-
tegrum aliud pronunciare reſtituendum vt notat gl.
in.l.fin. in verbo compromiſſarios.C.vbi. & apud
quem.& glo.in.c.ſuper eo in.verbo ordinet de offi.
delega. Sic etiam aliud eſt gerere aliud mandatum de
gerendo.l.prima.ff de admi.tuto.facit quod ad pro-
poſitum prædictorum dixit nellus in tracta.banni.in
lxxxi.q.tertię partis ſecundi temporis.ita igitur in ꝓ-
poſito aliud debet eſſe dos, aliud promiſſio dotis dā
dę ſeu nuda dotis ordinatio & conſtitutio, maximè
ante aliquod matrimonium ſubſequutum, maximè
quia verba ſtatutorum debent intelligi cum effectu.l.
221 i.§.hæc autem verba † .cū ibi plenè traditis.ff.ꝙ gſ.
iu.nec enim poteſt eſſe dos effectualiter, niſi matrimo
nio ſubſequuto.Item participium dotata cum ſit tem
poris pręteriti perfecti rem perfectam ſignificare debet
dicto.§.hæc autem verba, cum reſoluatur in relatiuū
& verbum præteriti temporis.glo.in clemen. prima
in verſic.dignitatis, de præben.Et prædicta opinio ve
ra foret, p̃ſuppoſita pro vera illa deciſione barto.de
qua in.d.§.titio genero in penulti.colum.ſcilicet quòd
ſtante ſtatuto prædicto relictum ꝓ dote ſit conditio-
222 nale, † quia ante conditionis euentum non diceretur
dotata.l.cedere diem.ff.de verborum ſignificatione.
& notat Pau.de ca.in.d.§.ticio genero in penulti.col.
Ex quo infertur.quòd ſi dotis promiſſio vel relictum
conferatur in tempus nubilis ætatis, iſta propriè non
dicetur dotata circa quod etiam videri poſſunt quæ
dixit Angel.in conſil.cccxlix.incipien. conſultatio,
de quo per Petr.de ancha.in.d.conſil.ccxxxii.ſequi-
tur Sozi.conſilo. xcii.incipien. circa tertia & quar-
ta colum.primo uolum.Pro concluſione puto dicen
dum quòd ſi conſtet de communi uſu loquendi illi ſit
ſtandum.l.librorum.§.quod tamen caſſius cum uul-
ga.ff.de legatis tertio quod ſequitur Socinus conſil.
ccvii.incipien.in cauſa ſecunda columna primo vo-
lumine.& Fulgoſius in lege ſtipulationem.ff.de iure
dotium aliàs autem puto diſtinguendum inter dotem
promiſſam matrimonio ſubſequuto, vt tunc dica-
tur dotata per prædicta. & per ea quæ magis com-
muniter traduntur in rubrica.ff.ſol.matrimonio cir-
ca diffinitionem dotis vbi volunt dotem promiſſam
contineri ſub eius diffinitione. & per illud quod
dicimus de ſtatuto diſponente ſuper lucranda do-
te, vt habeat locum in dote promiſſa prout ſuprà di
xi. Vbi autem non eſt ſubſequutum matrimoniū pu-
to in tali fœmina nō habere locū ſtatutū. Et hāc vlti-

mam opinionem ſtricto iure veriorem eſſe. ſed ꝑpter
auctoritatẽ tenentium contrariam ſententiam quę vi-
detur per communem conſuetudinem approbata. l. ſi
de interpretatione. ff. de legi. non puto eſſe recedendũ
in pratica & in iudicando à prima opinione quę eſt ꝙ
talis fœmina intelligatur excluſa ẽt matrimonio non
ſequuto, quod ẽt vult Bal. nouel. in tracta. dotiũ pri-
ma pte in pen. & vltima col. ꝗ concluſio procederet
223 vbi ſtatutũ ſimpliciter excludit dotatã, † nã ſecus eſt
vbi exigeret dotem eſſe datã vel ꝓbari dationem, vt ꝑ
Soci. conſi. xcij. inci. circa .iij. col. i. vol. poſt Ange.
conſi. clviij. ĩ. ꝓxi. allegando. Et tenendo opinionem
quam dico de iure veriorem. reſpondetur ad. d. l. non
eſt matrimonium. quòd ꝓbat contrarium eius ad ꝙ
allegatur, quia ibi dicitur, quòd deſtinata ex teſtamẽ
to ad matrimonium, poteſt matrimonio copulari ꝑ
tutorem vel curatorem ſeu eius filium. & ſicut deſtina-
tio vel præcedens deſponſatio non faciunt matrimo-
nium ſic etiam relictum vel ordinatio dotis dandę nõ
faciunt dotem, nec ſunt dos, ſed dotis cauſa facta. ex
hoc etiam patet reſpõſio ad. l. qui pupillam. & ad. l.
ſi quis prioris §. certum. C. de ſecun. nup. Ad. l. I. ff.
de colla. do. vbi dicitur dotem promiſſam conferri.
reſpondetur ꝙ ibi ſubſequutũ erat matrimonium ſi-
ne quo dos eſſe nõ poteſt, & licet actio ad dotem con-
feratur, non tamen ſequitur ꝙ ſit verè dos ante ma-
trimonium. Ex hoc etiam patet reſponſio ad. l. ſi mu
lier ita dotem, dũ in dote promiſſa cõſiſtit delegatio
debitoris. quia hoc eſt verum quo ad actiõem. & ibi
ſuberat aliud ſcilicet matrimoniũ. Et ſi non adſit ma-
trimonium ſed ſpõſalia, quid tũc iuris ſit dixi. ſ. hoc
eod. articulo. & membro in. iij. q. Et ſi fuerit dos pro-
miſſa, & matrimoniũ ſubſequutum pacto appoſito ꝑ
ſocerum ꝙ nõ debeat dari dos niſi vſq; ad quinq; an
nos, an tunc in ea habebit locum ſtatutum prędictum
colligitur ex prędictis. & ĩ. proxi. dicẽdis iunctis no-
tatis per Ange. in conſi. clviij. incip. quidam nomine.
P. vbi voluit ſtatutum de dote lucranda non habere
locum ſi mulier. ĩ. illud tempus præmoriatur. ſed lo-
quitur qñ verba ſtatuti ſonabant in dotem datam vt.
224 prædixi. † Quid autem ſi dos fuerit ꝓmiſſa arbitrio
alicuius, & ante arbitrium ſubſequutum hæreditas
vxori deferatur? an tunc excludetur, quia poteſt con-
tingere arbitrium non ſequi? colligitur ex notatis per
Bal. in. l. iij. in lectu. noua. C. de dotis promiſ. vbi tra
dit an tunc in ea habeat locum ſtatutum de dote lucrã
225 da. † Quid aũt ſi dotes fuerint ſub conditione vel in
certũ tp̃s conſtitutę vel relictę ſeu ꝓmiſſę, putà cũ nup
ſerit. fœmina, an talis fœmina intelligatur dotata ita
vt excludatur à ſucceſsione vigore ſtatuti ſi hæredi-
tas ante impletam conditionem vel diei aduentum de
feratur ſcilicet anteꝗ̃ nubat, latè exaiat Coeneus cõſi.
xl. incip. circa hanc. v. col. iij. volu. ubi refert ambos
raphaelles Pau. de caſt. & alios diuerſo modo in qua
dam cauſa ſuo tempore cõſuluiſſe. & dicam. ĩ. in. xi.
articu. principa. in. iij. q. & an excludatur illa cui ap
poſitum fuit onus in dote, vel quæ fuit grauata illam
reſtituere. dicam ibidem in. iij. q. & ibidem tradet gd
ſi pater fuerit ſtipulatus dotem ſibi reddi non autem fi
lię. Quid aũt ſi relicta ſint per patrem filię centum ſim
plicitee, an intelligantur relicta nomine dotis. ita ꝙ di
catur dotata & excludatur à ſtatuto. barto. in. l. quod
aũt. ff. de iure dot. quem ſequitur pau. de caſt. in. d. l.
ticio centum §. ticio genero in vlti. col. ff. de condi. &
demon. dixit ꝙ ſic conſiderata tamen qualitate per-
ſonę. ſ. an illi talis ſumma conueniat pro dote. ſequi-
tur Ange. areti. in §. fuerat in. xx. col. inſti. de actiõ. Et

ſi relinquatur aliqua ſumma ꝓ filia maritanda an tũc
dicatur dotata no. Bar. in. d. §. ticio genero ꝓpe fi. cõ
men. Bal. in. l. ſancimus. C. de nup. & in. l. generaliter
in. pe. col. C. de epiſ. & cle. & Pa. de ca. in cõ. ccix. in
cip. ego paulus in vol. antiquorum conſilioꝝ ſm vl-
timam impreſsionem. & depẽdet ab eo an hoc relictũ
ſit cõditionale, & an illa cui ſunt dotes in tẽpus nup
tiarũ relictę dicatur ante illud tempus dotata de quo
dixi. ĩ. in. d. xi. articu. princ. in. iij. q. Quid autem ſi ſta
tutũ excludat dotatã in vita an intelligatur excluſa il
la cui ſunt dotes in teſtamento cõſtitutę. d. Barto. ſo-
ci. conſi. xcij. inci. circa primam. iij. col. ver. circa ſe
cundam. i. vol. tenuit ꝙ non, qa actus teſtandi differt
ab actu inter viuos, vt per bar. conſi. ſuo incip. pater
filio ſuo emancipato. & credo ꝙ verum ſit qñ ſtatu-
tum loquitur de dotata à patre in vita, ꝙ ſi loqueretur
de dotata à patruo fratre vel matre in vita patris, aut
ab auo, eſſet ſecus dicẽdum qñ per talem dotẽ à pr̃na
226 ſucceſsiõe poſſet excludi. de quo dico loco ſuo. † An
aũt ſi filia debeat dotari, vt non ſuccedat, tutores ad
eundo inſolidum pro infante dicantur ſe obligare ad
dotes ad effectum vt filia excludatur. d. barto. ſoci. cõ
ſi. ccvij. incip. in cauſa. ij. colum. i. volu. diſputat an
tunc dos habeatur pro promiſſa & dicit ꝙ non reten-
ta opi. quam. ſ. dixi de iure veriorem, necnon qñ ſta-
tutum requireret dotem eſſe traditam, vt quia diceret
ſtatutum ſi fratres voluerint dotare & dotauerint. de
quibus dictis latius dicetur. ĩ. eod. xvi. q. in fine. An
autẽ vt excludatur ſufficiat eſſe datum, vel relictum
licet non ſub ratione dotis. videatur Fulgo. in. l. ſti-
pulationem. ff. de iure dotium & in quęſtione ſequen
ti dicetur.

227 OCTAVO ꝗro, † an ſtatuto excludente dotatã
ſi cõtingat aliquã eſſe maritatã & nõ appareat de do
tibus ꝓſumet dotata ex eo ſolo ꝙ ſit maritata? Iac.
de are. quem refert Bal. in auc. res ꝗ in ſecunda colũ-
na. C. commu. de leg. dicebat ꝙ ſic. & hoc idem tenet
in propoſito Modernus bonon. in tracta. dotium in
vltima parte. in. xlvij. quæſtione incip. in dubio. al-
legat Petrus de anchara. in conſilio. cxliiij. & moue-
tur, quia in dubio non debemus pręſumere mulieres
eſſe maritatas ſine dote. l. ſi pater. §. primo. & . l. ſi libe-
ris. ff. de pactis dota. glo. in capitulo conſanguineo-
rum tertia quæſtione. v. & ita videmus ſolitum fieri,
& à conſuetis præſumere debemus. l. certi cõditio. §. ſi
nummos. ff. ſi certum petatur. l. quòd ſi nolit. §. qui aſ-
ſidua. ff. de ædil. edic. ſed Bal. in. d. auct. res ꝗ tenuit
contrarium. ſequitur Coeneus conſi. xcliij. incipien.
circa. iij. columnã. ij. volumine qa etiam ſi mulier ha
beat bona non præſumitur illa in dotem dediſſe. Gl.
& bart. in. l. mulier bona. ff. de iure dotium & Boe-
to. in diſputatio. ſua incipit mulier habens amplum
patrimonium diſtinguẽdo, vt ibi per eum. facit quod
notat Baldus in. l. nulla. C. de iure dotium, cum con
cordan. & hæc eſt veritas & iccirco dicebat Roma.
in conſilio. clxxix. inc. ampliſsime doctor in tertia
228 columna quòd † volenti excludere talem mulierem
incumberet onus ꝓbandi quòd aliqua ſit dotata &
229 de bonis patris à cuius ſucceſsione excluditur. † An
autem per cõfeſsionem ſolam mariti confitentis ſe do
tem recepiſſe probetur quam eſſe dotatam. ita vt exclu
datur à ſucceſsione, concludendum eſt quòd ſic, quã
do confeſsio eſt efficax. quia in dubio præſumitur
facta ſpe futurę numerationis lege finali & in auctẽ.
ibi poſita. C. de dote. cau. non nu. & quando ſit effi-
cax. traditur ibi. & in. l. i. C. eo. ti. per Specu. in ti. de
cõfeſ. §. ſequit, ver. xxvi. ꝑ Bar. in. l. aſsiduis. C. q po.
in pigno.

inpigno. habe, vbi loquunť de renũciatione & præ-
ſcriptione, & eſt alius modus ſeu caſus in.l.in con-
tract.bus. uer. illis ſecuritatibus.C.de non nume.pe-
cu.& aliũ caſum no.Bal.in ru.C.de priui.do.& i.l.
pecuniæ.C.de ſolu.& alium in. d. rub. dum allegat
l.cum vſura.C.de non nume.pecu.ſcilicet per conie-
cturas, iuncta confeſsione, quem nõ habeo pro tuto
& alius caſus notatur vbi iuramentum in tali confeſ-
ſione interueniſſet in.l.fina.C.de non nume.pecu.&
ibi Salyce.& in.l.ſi ex cautione.C.de non nume.pe-
cu.quod eſt ſanè intelligendum iuxta ibi tradita ma-
ximè per Bald.nam quando talis confeſſio eſt efficax
tunc mulier dicitur dotem habere, vt not.Bald.in.l.
fi.& in.l.legem.C.de pac.Ange.in conſi.cxliiii.inci.
gener.Bart.& doct.in.l.penu.§.ſi vir.ff.ſol.mat.ma-
trimo.& facit.l.ſi ſocer §.Lucius.ff.eod.titu.& ita te-
net Modernus bonoñ.in tract.do.in vltimo arti-
culo.in.lxxv.quæſtione circa cuius paſſus veriorem
Intellectum videri poteſt quod dixit Barto.in.l.duo
bus.§.à fideiuſſore.ff.de iureiuran.& in conſi.clv.in
cipien.ticius, & Pau.de caſt. in conſi.pe.in volumi-
antiquorũ conſiliorũ.ſm primam impreſsionem cũ
concordan.ibidem allegatis.ſi aũt ſtatutum diſpone-
ret ſuper tali confeſsione, tunc attendenda eſſent eius
verba.l.ille aut ille.§.cum in verbis.&.l.non aliter.in
prin.ff.de lega.iij.& quod cõſuluit do. Benedi. ca-
pra in conſi.xxxviij.Et ideo dixit Corn. conſi.xlix.
230 in fi.j.volu.ꝙ ſi † ſtatutum velit conſtare de doti-
bus per publicum inſtrm vel per prothocollũ eſt ne-
ceſſe ꝙ ita cõſtet vt aliqua dicatur dotata, & tanquã
dotata excludi poſsit à ſucceſsione. Et cum hac ſnia
tranſit ipſe Cor.conſi.ccc.incip.viſo.ij.col.iiij.vol.
volẽs ꝙ ſtatuto declarãte quõ intelligat quẽ eſſe dota
tam, ille modus debeat attẽdi.qui in genere bene dicit
licet non bene dicat in terminis illius qõnis, per ea quę
231 dixi.ſ.eo.v.q.Et † ſi rubrica ſimpliciter excludat do
tatam, & in nigro dicatur intelligi dotatam quando
conſtat de numeratione vel de confeſsione mariti ſeu
alterius pro marito, vel de promiſsione reſtituẽdi ip
ſi vxori, tũc attenditur declaratio ſtatuti, cuius pro-
batio attendi debet ſecundum Soci.d.conſi.xcij.in-
cip.circa.iij.col.primo volumi.& dicam.j.in.viij.
articu.princi.xx.quæſtione.ij.col.prima limitatiõe.
poſt.Alex.conſi.xiij.inci.circa.iij.col.ij.volumi.
232 † Et ſi ſtatutum præſumat aliquam maritatam poſt-
lapſum.xxv.annorũ fuiſſe dotatam, non præſumet
fuiſſe dotata illa, quę.j.dictum tempus.xxv.annorũ
deceſsit, eſto ꝙ nullus ea mortua.j.tempus.xxv.an-
norum dotem petierit ſm corneũ conſi.xciiij.incipi.
circa.iij.col.ij.volu. qui indubitanter bene dicit in
terminis illius ſtatuti terræ goneſſæ, quod loquitur de
muliere quæ apparet nupta per.xxv.annos retrò, &
ſic de ea quę durauit in matrimonio per ipſum tem-
233 pus. † Vbi autem cõſtaret ꝙ aliqua eſſet dotata &
neſciretur per quem. tunc quis illam præſumetur do-
taſſe dicam in.viij.articu.princi.in.xvi.q.in fi.
234 NONO quæro, † an ſtatutum prędictum liget
illã q̃ fuit dotata in mrĩmonio p̃ſumpto vel inualido,
videtur ꝙ non per tex.in.l.hæc cõditio.ff.de condi.
& demon.& hanc.q.tangit Bal.nouel.in tract.dotiũ
in.xi.parte.in.lxxxij.char.vbi dixit fuiſſe conſultum
per ſolẽnes doc.apud Piſas ꝙ ſic, quorũ cõſilijs ipſe
ſe ſubſcripſit.mouetur inter cætera, quia eo caſu ne-
gari non poteſt quin ſit dos conſtituta vel promiſſa.
quo caſu, vt dictũ ẽ.ſ.in.vij.q.ſm magis cõem ſniam
habet locũ ſtatutũ.Itẽ ſi in ſponſa de futuro habet lo
cum tale ſtatutũ, vt dixit Pan.in rubr.de ſpõ.in.fi.&

dixi.ſ.e.iij.q.idẽ eſſe debet in tali matrimonio.Prętे-
rea matrimoniũ putatiuũ ſm eũ ibi multa habet cõue
nientia cũ vero, vt traditur in.l.ſi cum dotem.§.fi.ff.
ſolu.mat.& ita tenendum puto.
235 DECIMO quæro, † an tale ſtatutum ſimpli
citer excludens dotatã liget illã q̃ de ꝓprijs facultati-
bus eſt dotata.Bald.in.l.neq; mater.C.de iu.do.in.
lectu.noua, cũ quo tranſit Cor.conſi.clxxi.incip.li-
cet.ij.col.in fi.iiij.vol.tenuit ꝙ non, qa talis cum ef-
fectu non dicitur dotata ſed de facto per illũ text.in
verbo dandi, & qa verbũ dotata ius ſignificat nõ a-
ctũ, nudi miniſterij.argumẽ.l.pater ex prouidẽtia.ff.
de ma.vin.&.l.ſi res quas.ff.de iur.dot.facit illa re-
236 gula, † ꝙ verba debent intelligi de iure & non de fa
cto.l.continuus.§.cũ quis.ff.de verb.obl.l.mulier §.
i.ff.de condi.inſti.&.l.hæc conditio.ff.de condi.&
demon.& quod dixit Bald.in.l.ſcimus.§.repletionẽ
in.iiij.q.quem ſequitur ibi Pau.de caſt.C.de inof.te-
237 ſta † ꝙ ſi pater inſtituat filiam in dotibus maternis, &
nihil aliud ſibi relinquat titulo inſtitutionis non va-
leat inſtitutio.facit.l.mea res.ff.de condi.& demon.
& hanc deciſionẽ ſequitur dñs Bap.de ſancto.ſeueri.
In repetitione.l.oẽs populi.in.lxxix.col.ver.xviij.
quæro.ff.de iuſti.& iure.& domi.Præceptor meus
in.l.qm̃ nouella.in.ij.col.C.de inof.teſt.& dicã.j.in
viij.arti.principa.& Moder.bonoñ.in tractatu do-
tium.vltima parte.q.xlvi.Et.ſm Maria.conſi.lxxx-
iiij.incip.viſa.ij.col.verſi.ij.moueor.& ſeq.& dñm
Barto.ſoci.conſi.cxxi.etiam incip.viſa.i.col.i.vo-
238 lu. † dotata in cõione & de bonis cõibus non exclu-
deretur, niſi ſtatutũ hoc expreſsè diſponeret. Plus di-
cebat Corneus conſi.ccc.incipi.viſo.in fi.iiii.volu.
239 ꝙ † dotanda de bonis patris vel aui non excludere-
tur ſi de eorum bonis eis mortuis dotareť, ꝙ nõ pu
to verum, vt diceť.j.eo.xij.&.xvi.quæſtione.Et p̃
dicta ꝓcedunt niſi ex verbis & mente ſtatuti appareat
ꝙ ſtatutum velit excludere etiam illam quæ ſit dota-
ta de bonis alienis, vt qa dotata à patre excludať ẽt à
ſucceſsione matris non dotãtis, vt cõſuluit.d.Fran-
ceſchinus cur.iunior.conſi.x.incip.viſa.penul.col.
aliàs aũt non ſufficeret patri dotare de bonis matris
per prædicta, & cõſuluit do.Lodo.bolo.conſi.xxx-
viij.de quo etiam diceť.j.in.viii.arti.princi.in.xvi.
qõne. In dubio aũt ſi apparet quam eſſe dotatam
& non cõſtet de cuis facultatibus ſit dotata.dixit pe.
de ancha.in conſi.cciij.inci.poſſet probabiliter dubi
240 tari.ꝙ ſi adminiſtrator bonorum p̃rnorum, filiabus
dotes dedit, præſumitur dediſſe de bonis p̃rnis.alle-
gat.l.fi.C.de dot.promiſ.vbi ẽt ſi filia habeat bona
quæ pater adminiſtret, nihilominus præſumitur de ip-
ſius patris bonis dotata.Sequitur Cor.cõſi.cxi.inci.
241 uidetur.ij.vol.dicens.ꝙ † ẽt ſi pater ꝓmiſit filiæ.l.
de bonis p̃rnis ꝙ filia dicať dotata de bonis p̃ris, quã
ſi promiſsio de bonis filię intelligatur ſi paterna non
ſupererunt per.l.fina.C.de dot.promiſ.Faciũt no-
tata per Barto.in.l.j.& ibidem Alexander.in.vi.col.
ff.ſolu.matrimo.& notata per bart.in.l.omnia.C.
arbi.tutel.& per docto.in.l.cum ſeruus.ff.de ver.ob
ligatio.& Dixit Fulo.conſi.ſuo incipien.tenor con-
ſuetudinis ciuitatis.Alexan.in ſecunda col.in pri-
mo dubio.cui ſe ſubſcripſerunt domi.Signo.de ho-
mode.& Cuma, quod eſt inſertum inter conſilia do-
mini Franci.cur.numero.xxxiiij.loquendo in termi
242 nis propoſiti noſtri, quòd † mulier p̃ſumitur dotata
à patre ſeu fratribus qñ bona quæ habet noĩe dotis fue
rũt ꝑ p̃rem uel frẽs antea.poſſeſſa, idẽ dicit ſi fama ſit
in vicinia ꝙ ſit ab eis dotata, vel aliter appareat per

conlecturas, ita ꝙ excludetur per ſtatutum, & ita in-
telligendum eſt quod dixit Rom. in conſi. clxxix. In-
cip. ampliſsime docto. in. iiij. colũ. dum voluit ſtante
ſtatuto ꝙ dotata à patre non ſuccedat probari debe-
re ꝙ aliqua ſit dotata à patre & de bonis patris. Et di
cam infrà in octauo articulo principali. in. xvi. quæ-
ſtione. in fin. Illud autem quod dixi de adminiſtrato-
re vt præſumatur de bonis paternis dotaſſe. Aliter de
terminat Corneus conſilio. clxx. incipien. in conſiliis.
iiij. col. ij. volumi. dicens ꝙ qñ patruus & curator pa-
tris furioſi promittunt ſimpliciter dotes pro filia fu-
rioſi, ipſi efficiũtur debitores ita ꝙ filia nõ cenſeatur
à patre dotata, quod dictum poteſt habere colorẽ iuri
dicum in eo quòd non ſit par ratio, an aliqua dotetur
à patre vel ab eius curatore, vt dixi ſuprà eodem. i.
quæſtione. non autem eo ꝙ curator obligetur per no
ta. per Bartolum in. l. poſt mortem. § primo. ff. quan-
do ex fa. tu. & in. l. procurator. qui pro euictione cũ
ſimilibus. ff. de procuratoribus. Et quod dixi ꝙ præ
ſumatur filia dotata de bonis patris. limitabat domi-
nus Franciſ. curtius iunior, niſi quando ſtatutũ vult
excludi ẽt dotatam de bonis matris à ſucceſſiõe pater-
na. cuius contrarium patet ex prædictis & notatis in
243 dicta. l. finali. C. de dotis promiſſione. † Quid autem
ſi appareat quòd pater aut frater dederit decem filiæ
vel ſorori, nec appareat quòd dati ſint titulo dotis,
an dicetur mulier à patre vel fratre dotata. Fulg. in. l.
ſtipulationem. ff. de iure dotium. dicis quòd non, re-
ferens ſe ita conſuluiſſe, niſi conſuetudo aliter dictet li
cet Barto. aliter teneat, vt ibi per eum, & quòd immò
præſumatur dotata, faciunt quæ dixi ſuprà eodem
quinta quæſtione. & l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu
to matrimonio. vbi præſumitur datũ ob cauſam de-
biti, & ex cauſa ob quã fieri debebat. facit quod vult
Baldus in. l. fina. i. colum. verſicu. ſed nunquid præ-
ſumetur. C. de ſenten. quæ ſine certa quantitate. & in
l. nulla. C. de iure dotium. & tex. in. l. cum te. à contra
244 rio ſenſu. C. ne vxor pro mari. †. Et quid proban-
dum ſit ut aliqua dicatur dotata patet ex his quæ di
cta ſunt in præcedenti quæſtione. & per Socinum cõ
ſilio ducẽteſimoſeptimo incipiẽ. in cauſa. in principi.
primi voluminis.

245 VNDECIMO † quæro, an ſtatutum prædictũ
excludens dotatam excludat eam quæ nunquam fuit dota
ta nec requiſiuit ſe dotari, iſtam quæſtionem format
modernus bono. in tracta. dotium. in. lxxviij. q. inci
pit. an ſtatutum ꝙ mulier. & concludis quòd debet
imputari mulieri quæ non requiſiuit ſe dotari. ar-
gumento eius quod dicimus de ſtatuto mandante
quem nõ audi, riniſi ſatiſdederit, quia intelligitur ſi ſa
tiſdatio fuerit requiſita. allegat Ange. in conſi. xl. &
cxxxvi. quæ ſub eo numero in meo uolumine non
habeo, ſed bene facit ad hoc dictum notabile Pau. de
caſt. in. l. peto §. fratre. ff. de leg. ij. in fi. commen. & ꝙ
dixit Alexand. in conſi. clxxij. in quarto volumine.
246 ad propoſitum illius deciſiõis. ad idem adducit, † qa
vaſallus non dicitur in mora præſtandi ſeruitiũ do-
mino, niſi requiratur. Bald. in capl. primo de na. feu.
ſubdit ꝙ in terminis prædicti ſtatuti, ita decidit Ang.
in conſilio. ccc. Puto diſtinguendum. quòd aut ſtatu
tum excludit fœminam à ſucceſsione propter maſcu
los & mandat illam dotari, & tunc vera ſit deciſio p̄
dicta, quia illa qualitas quod dotetur neceſſariò ad-
eſſe non debet tempore delatæ ſucceſſionis. aut verò
ſtatutum excludit fœminam dotatam, & tunc niſi ad
ſit illa qualitas ꝙ ſit dotata tempore quo ſucceſsio de
fertur non excludatur, etiam ſi non requiſiuerit ſe do
tari cum excludatur reſpectu illius qualitatis. per ea q̃
notant in propoſito Cuma. & Pau. de caſt. in. l. ticio
centum. §. ticio genero. in fin. ff. de conditio. & demõ
ſtratio. & quæ dixi. ſ. hoc. e. artic. & membro. in. vii.
q. & . ĩ. in. xv. qõne. iunctis his quæ dicam in ſe. qõ-
ne, vnde adeſſe debet tempore hæreditatis delatæ, vt
ibi dico. & facit. l. mella in prin. ff. de ali. & ciba. le-
ga. nam vbi non eſt qualitas à lege requiſita non ha-
bet locum diſpoſitio, vt not. Ioan. and. in. c. i. de ho
mi. in. vi. in nouel. Bar. ĩ. l. i. § i. ff. ne quid in flu. pu.
facit. l. prætor. la. ij §. doce. ff. vi bo. rapt. item certum
eſt quòd ſi nõ ſit aliqua dotata ei non conuenient ver
ba ſtatuti, ergo nec diſpoſitio. l. iiij. §. prætor ait. & ꝙ
ibi notant Bar. & Roma. & Alexã. ff. de dam. infec.
ad contrariũ reſpondetur quòd requiſitio eſt neceſſa-
ria, vbi prouiſio concernit emolumentum requirẽtis
ſed in propoſito eſt onus filiæ ꝙ ſit dotata. quia exclu-
ditur à ſucceſsione. Item ibi nõ erat aliquid per modũ
certæ qualitatis ſtatutum ſeu reſpectu certæ qualitatis
ſicut in propoſito noſtro, & prædicta vera ſunt mero
iure. ſed ſecũdum communem vſum loquendi aliter
eſſet, vt dixi in dicta quæſtione. vij. An autem ſi adſit
mora in dando dotem conſtitutam ſit locus ſtatuto;
dixi. ſ. in. vij. q. ſ. allegata.

247 DVODECIMO q̃ro, † an prædictum ſtatu.
excludens dotatam habeat locum in ea quæ non uult
dotari ad finem ne excludatur. And. de Iſer. in. c. i. in
vij. colum. de na. ſuc. feu. tenuit ꝙ non, quia in inuitã
non poteſt dominium dotis transferri nec ei ius dotis
acquiri. l. nec emere. C. de iure delib. l. in ulto. ff. de re
gu. iur. l. inuitum. de cõtrahen. empt. & . l. hoc iure. §.
non poteſt. ff. de regu. iur. Item quia ſtatutum intro-
duxit fauore ipſius dotãdæ quòd dotetur, ergo in eius
læſionem hoc interpretari nõ debet. l. quòd fauore. ff.
de legi. nec enim debet poſſe priuatus auferre quod lex
dat. §. quoniam autem. in auctẽ. de nup. ſubdit in. c. ſe.
248 ꝙ † ſi mulier ſit minor & dotẽ recipiat dabitur ei in
integrum reſtitutio vt ad ſucceſſionem admittatur ſi
ſit læſa, vt ibi per eum. ſed Bald. in. l. fi. iij. col. verſic.
itẽ facit. C. de pac. dicit ſufficere maſculis fœminam
excludentibus ꝙ illam dotent, hoc eſt dotes offerant.
argu. l. qui filium. ff. vbi pupil. edu. de. & . l. iure ciui-
li. & . l. in teſtamento. ia. ij. ff. de conditio. & demon.
& . l. labeo. ſcribit ſi mihi bibliothecam. ff. de contra
hen. emptio. cum enim ſtatutum velit ſecundum eum
dotem loco legitimæ ſuccedere ſufficit oblatio prædi-
cta. faciunt nota. per Cyn. & Ricar. malum. in. l. ſan-
cimus. C. de nup. ſed de hoc an dos ſuccedat loco legi
timæ alibi dicam, & cum hac ſententia tranſit Paul.
de caſt. in. l. ticio centum §. ticio genero. in vltima co
lumna. ff. de conditio. & demonſtra. dicens non eſ-
ſe in facultate filiæ auferre maſculis commodum ſta-
tuti. Sequitur Alexan. conſi. xlviij. incipi. viſo ſtatu-
to. & conſi. lxxxiij. incip. viſo themate. vltima colũ.
iij. volu. & . cxxx. incip. attentis verbis. & . clij. inci.
viſo themate. l. colum. ij. volumine poſt Bal. in. l. ſi
plures. pe. co. C. de cõdi. inſert. & Soci. cõſi. cxxi. ici.
viſa contingẽtia. i. col. i. vol. poſt Bar. in conſi. xxxi.
inci. quidã deceſſit inteſtatus. Idem tenet Bar. verõ.
in cautela. clxxxi. ſm numerum meum inci. in multis
locis ſunt ſtatuta. & Moder. bono. in tracta. dot. in
vlti. pte. in. li. qõne. inci. quid ſi filia. vbi allegãt ad p
poſitũ ꝙ vult Bal. l. l. pac. l. xx. q. C. de col. ubi bal.
vult puellã q̃ nõ vult nubere, ſed ſuccedere et caſtitatẽ
ſuã excludi ꝙ ſufficiat ſibi tm̃ p̄ſtari quãtũ noie do-
tis ſufficeret qa ſtatutũ vr̃ ſibi ꝓuidiſſe de certa q̃titate
dũ uult illã dotari. l. i. ff. q̃ le. ij. q̃ habita filia dƺ eẽ cõ
tenta.

tenta.ar.l.qui volebat.ff.de hær.inſti.&.l.thais.§.l.ff.
de fideicom.liber. nec eo caſu obſtat ſi dicatur ꝙ ſtatu
tum arctet eam ad nubendum, quod eſſet contra bo-
nos mores, iuxta not.in.c.ſtatutum.per Ioan.an.de
hære.in.vi.in nouel. Aut ſi dicatur ꝙ non poſſit eſſe
dos ſine matrimonio.l.fi.C.de do. ante nupt. &.l.iij.
ff.de iure dot. quia non arctat, & in quocunq; ſtatuto
permaneat ſtatutum vult illam eſſe tali portione con
tentam, & ſic ſi nolens nubere poteſt excludi per obla
tionem, multomagis excludi poteſt volens nubere &
recuſans dotari. ad no.per And.de Iſer. patet reſpõſio
ex prædictis, maximé quia And.de Iſer. præſuppo-
nit non ſufficere promiſſionem vel conſtitutionẽ do-
tis. & licet dotis conſtitutio reſpiciat commodum do
tãdę vt dote & ſucceſsione non fraudetur, tñ ſtatu-
tum principaliter tendit ad fauendum eis ꝑꝑ quos do
tatas excludit, ergo &c.l.qui exceptionem.in princi.
ff.de condi.inde.&.l.ſi quis nec cauſam. in prin.ff.ſi
cer.pet. prædictã concluſionem intelligo vbi ſtatu-
tum fœminam excludit & mandat eam dotari, prout
conſuluit Angel. conſi. cccxlix. incipiente conſulta-
a 49 tio. nã ſi diceret ꝙ † dotata non ſuccedat, oporteret
illam tempore delatę ſucceſsiõis fuiſſe dotatam, nec
ſufficeret dotem poſtea offerri, vt dixit paul.de caſt.
in.d.l.titio centum §.titio genero.in vltima col.ff. de
conditio.& demon. Pan.in conſi.cvii.incipien. qua
tuor ſunt. vltima colum.ij.volumi. & dixi in quęſtio
ne præceden. & dicam infrà in.xl.articu.prin.in.iij.
q.ij.&.iij.col.& latius.ĩ.eod.xvi.q.ſufficeret tñ do
tis conſtitutio ante hæreditatẽ delatam facta ſine alia
a 50 oblatione vt dixi.ſ.in. vij.q. Item p̃ſuppoſito ꝙ † ſta
tutum excludat dotatam, voluerunt aliqui non ex-
cludi filiam cui ex teſtamento dotes relinquunẽ ſeu le
gantur ſi legatum velit repudiare, & hoc tenuit bal.
in conſi.cccc.li.incip.titius.ij.vol.ſecundum pe. im-
preſsionẽ. & in conſi.cccc.xliiii. incip. proponitur ꝙ
quidam.eo.volu.aliàs ſunt.cl.&.clvij. in.v. volu.
ſecundum.vltimam impreſsionem. & videtur ſequi
dominus Bapt.de ſancto Seue.in rep.l.omnes popu
li.in.lxxx.col.in.xxj.q.ff.de iuſti.& iure. mouentur,
ſenſus in cõtrarium accommodati & fundamenta in contrarium facta, cum ſenſus ſtatuti reddatur clarus pro dicta concluſione.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff. de lega.iij. Et quia in Inceris non certis locus eſt coniecturis.l.continuus §.cum ita.ff.de verb.obli.cum ſuis concor. Illud autem ſtatum quod diſponit maritũ lucrari dotem vxoris præmorientis ſine liberis, etiam non prodeſt marito ad excluſionem filiorum anterioris matrimonij per rationes prędictas, quia deficit conditio defectus liberorum extantibus filijs prædictis per iura.ſ.ad hoc allegata. Et quod not. Fulgo. in cõſi. lxiij. & do. Benedictus capra in conſi. lxxiij. cum concor. adductis per do. Fran. cur. in conſi. lxxviij. ferè per totum. Iunctis his quæ dixit Pau. de caſt. in conſi. ccclxvij. incip. viſo caſu & allegationibus in volumine nouorum conſiliorum ſecundum vltimam impreſſionem, &.l.I.C. de inoffi. do. Et in auct. prętereà C. vnde vir & vx. & vbi Moderni latè Alex. conſi. clviij. incip. circa.j. col.v. vol. Pau. de ca. ſecũdum vltimam impreſſionem conſi. ccclxv. Incip. præſuppoſito, & cl. & cli. & ccexlv. & ccclvi. & Decius dicto conſi. xix. ſecundo dubio .ij. col. In prin. Vbi interpretatur ſtatutũ piſtorij de materia loquens & conſi. cxcv. in prin. poſt Bar. Bal. & Saly. in.l.hac edictali in prin. C. de ſecun. nup. cum infinitis cõcor. Nec obſtat quòd dicebat do. Signo. ꝙ iſta verba ſine liberis nõ poſſint intelligi de liberis alterius matrimonij, ſed ꝙ debeant intelligi de liberis ex vxore de præſenti, pro quo adduco optimum tex. in.l.ij. in fi. ff. de au. & ar. leg. quoniam reſpondetur, ꝙ iſta verba de vxore loquentia poſita ſunt reſpectiuè ad maritum qui debet lucrari dotẽ, vt etiam dicebat do. Ray. in conſilijs.ſ. allegatis. Nã in ſtatuto prædicto fit expreſſe mentio huius termini mariti, & licet illud verbum vxor referatur etiam ad terminum ſine liberis, non tamen eſt neceſſaria interpretatio ꝙ intelligantur liberi ex eodem matrimonio quaſi aliter non ſint filij vxoris, quia quo ad eos ſtat demõſtratiuè, vt in ſimili patet in.l. mella in prin. ff. de ali. et ciba. lega. notat Bart. in. d.l.ij. ff. de au. & ar. leg. Dicens ꝙ poſtq̃ ſubeſt rei ſubſtantia, non requiritur illa qualitas ꝙ ſit vxor. Item ſæpe videmus in iure poni vnum verbum inter duo gratia breuitatis, quòd vni conuenit ſecundum propriam ſignificationem & alteri ſm impropriam & latam, vt eſt tex. & ibi glo. allegat plures concor. in.l.ij. ff. de offi. proconſul. & tex. in.c. Raynaldus cum glo. in verbo legauit. C. de teſta. Item non inciuiliter dicuntur filij. vxoris etiam poſtq̃ deſit eſſe vxor, vt patet ex notatis in.l. eius in princi. commen. ff. ſi cer. pe. cum concor. ibi ſignatis. Facit tex. in ſimili de vxore in.l. filius fa. In prin. cum glo. parua in verbo vxor. ff. de li. leg. &.l. inſula. & ibi Bar. ff. de acqui. re. do. Tex. cum glo. in.l. viro. ff. ſol. ma. & in.c. cum contra, vbi Cano. de pigno. Nec obſtat.l. ſi inter. ff. de pact. do. &.l. ſi vir, &.l. cum vir. ff. de condi. & demon. vbi Bar. dicit ꝙ conſuetudo quę dictat dotem remanere apud virum, ſi mulier deceſſerit cum liberis i matrimonio, debet intelligi de liberis ex eodem matrimonio, quod etiam voluit ipſe Bar. in.l. poſt dotem in pe. col. ff. ſolu. ma. cuius opinionem dicit Alex. ibi eſſe communem, ſequitur Pau. de caſt. in d.l. cum vir, & ibi Cuma. & Moderni. Nam in dictis iuribus .ſ. in.l. cum vir & in alijs, veriſimilitudo & coniecturata mens loquentis non patiũtur, vt ſenſum intelligatur de liberis alterius matrimonij, & in conſuetudine prædicta erant illa verba in matrimonio, & ſuadent vt de filijs alterius matrimonij intellectum nõ videatur, vt declarat Bald. in.l.fi. in.iij. colum. verſ. vltimo quæro. C. commu. vtri. iu. Item eſt alia ratio quia illa conſuetudo eſt inducta non fauore mariti ſed propter filios quorum reſpectu maritus ad dotis reſtitutionem non tenetur, vt patet in locis prædictis & in l. dos à patre. C. ſolu. ma. & in.l. illam. C. de colla. Vbi etiam traditur de dicta conſuetudine, Iccirco abſurdum eſſet dicere ꝙ remaneret penes ſecundum virũ ad commodum & in fauorem filiorum primi matrimonij, inſuper ſecundum Alexan. in. d.l. poſt dotem ſi reſtringimus dictam conſuetudinem, vt non intelligatur de liberis ex priore matrimonio, quando nõ adſunt ex ſecundo. Minus læditur ius commune vt patet ex. d.l. dos à patre. & ſtatuta & conſuetudines debent ita interpretari, vt minus lædatur ius commune q̃ fieri poſſit.l.ij.C. de noxa. in.c. cum dilectus de conſue. ſed in terminis ſtatuti noſtri ceſſat dicta veriſimilitudo, & mens coniecturata ſtatuentium quæ veriſimiliter non vult præferre maritũ in bonis vxoris proprijs filijs ipſius vxoris.l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.l. maximum vitium. C. de lib. præte. &.l. tale pactum in fi. ff. de pac. &. d.l. hac edictali cum ſimili. Item includendo ſub illis verbis ſine liberis filios anterioris matrimonij, minus læditur ius commune. Alias reſponſiones poſſet quis colligere in dictis conſilijs domini Ray. & licet do. Fran. cur. in dicto conſi. lxxviij. Teneat maritum lucrari partem dotis & liberos primi matrimonij in parte admitti, maximè per nota. in. d.l. hac ædictali cum concor. per eum allegatis. Tamẽ ſua deciſio mihi non placet per prædicta, & quia ratio per quam mouentur Doct. quę eſt vt mulier prohibita alienare per diſpoſitionem.l. hac edictali in ſecundũ maritum, non poſſit ita dotem conferre vt illam maritus in totum lucretur in præiudicium liberorum prioris matrimonij, ceſſat in caſu noſtro in quo ſtatutum permittit alienationem fieri poſſe. corrigendo diſpoſitionem l. hac edictali. Idemq́ eſt in ſtatuto papieñ. in cuius terminis conſuluit ipſe do. Fran. Verba autem ſtatutorum prædictorum quia neceſſarium eſt ea videre ad intellectum prædictorum ſunt hæc. Et primò rubrica. Vt mulieribus viduis liceat de dotẽ ſua diſponere iuxta velle prout infra. poſita in. xvi. collatione capitulo. xci. in volumine ſtatutorum ciuitatis Aſteñ. nigrum vero tale eſt. Deteſtanda iniquorũ peruerſitas neſciens ab illicitis abſtinere nec debito modo gaudere dignè conceſſis, plerunq́ excitat officium præſidentis ad ea quæ iuſta fuerint conſideratione conceſſa, cum in abuſum ea vergere circunſpicit diſcretione præcula reuocanda, & propter hoc conſultiſſimo ſtatuto prouiderunt, ſtatuerunt, & ordinauerunt ꝙ viduę mulieri cuilibet liceat de dote ſua, & bonis quibuſlibet ad eam ſpectãtibus ex prioris viri legato vel diſpoſitione, vel alio quouis modo, agere contrahere diſponere & ordinare dare & tradere in dotem, & alio quouis modo ſecũdo vel vlteriori viro, omni iure prorſus vẽdicatione petitione & requiſitione cuiuſlibet excluſis liberis primi vel vlterioris matrimonij, ipſo facto & ipſo iure omni interpretione iuris & facti remota, & ſine aliquo miniſterio mulieris contra ſecundum & vlteriorem virum liberos eius, & hæredes & ſucceſſores, & quoſcunq́ detentores bonorum ſecundi uel ulterioris uiri. Eadem æquitatis ratione ſtatuerunt ꝙ ab omni iure ſucceſſionis hæreditatis liberorum primi uel ulterioris matrimonij iure per ſe, & quoſcunq́ eius lineæ aſcendentes, & deſcendentes, & tranſuerſales, & habituros quoquomodo cauſam ab ea ſit excluſa, & ſint excluſi & ab omni petitione ſeu debiti bonorum ſubſidij, & etiam cuiuſlibet ſupplementi legitimę eodem

modo quo.§.ſit excluſa, & ſint excluſi ab hæreditate
filij & filiorum. Item ab omni iure tutele & petitionis
tutorum liberorum primi matrimonij, & vlterioris
mater ſit excluſa & pœnitus denudata per ſe, & quoſ-
cunq; eius lineæ aſcendẽtes & deſcẽdentes & trãſuerſa
les & habituros quoquomodo cauſam ab ea &c. ru-
brica ſoluto matrimonio quòd maritus lucretur dotẽ
eadem collatione. c. cij. Item ſtatutum eſt, & ordina-
tum quòd cum in ciuitate aſten. & diſtrictu diutius ſit
ex longeua conſuetudine obtentum atq; obſeruatum,
quòd ſi contingat vxorem præmori marito ſine libe-
ris, quòd maritus ex conſuetudine dotem lucratur,
quòd prædicta talis conſuetudo pro capitulo ſpeciali
princeps in prædicta ciuitate & diſtrictu preciſę debe-
at obſeruari. Quod capitulum ad præſentia præterita
& futura ſe extendat, & preciſę vendicet ſibi locum.
Et per quemcunq; poteſtatem, conſulem, magiſtratum
iudicem, vel officialem in prædicta ciuitate vel diſtri-
ctu iuriſdictionem aliquam exercentem vt capitulum
trunchum & preciſum debeat obſeruari. Rubrica
vt omnia capitula antecedentia, & ſequentia in hoc
volumine contenta intelligantur prout litera ſonat. c.
cxcviij. ſub eadem .xvj. collatione. Iuro omnia ca-
pitula ſpecialiter facta ſuper aliquo facto ſpeciali vel
generali in hoc breui volumine ſuperius vel inferius
attẽdere, & obſeruare, & complere prout ſcripta ſunt,
Et eorum litera ſonat non obſtante aliquo capitulo ge
nerali vel ſpeciali vel intellectu q'ex capitulo genera-
li poſſet haberi in aliquo inſtrumento, non obſtante ꝙ
illi capitulo cõtrarium videretur. Sed ſupereſt alia dif
ficultas quam habui in facto † an ſtantibus dictis ſta-
317 tutis ſi mulier decedat in ſecũdo matrimonio ſine libe
ris, relictis ſuperſtitibus marito & patre ipſius mulie
ris & filijs ex anteriore matrimonio. ad quem ſpecta-
bit dos, an patri, an verò marito, an verò filijs ex ante
riore matrimonio. Ego poſt factum hunc tractatum
conſului cum accidiſſet talis caſus in hac ciuitate in ꝑ
ſonam nobilis quondam margaritę filię domini Iaco
bi bonaiunctę. Et dixi quòd ſi conſiderabamus ius cõ
mune dos debebat ad ipſum dominum Iacobum pa-
trem redire non obſtantibus filijs ex alio matrimonio
per ipſam nobilem Margaritam relictis, & quòd
hæc eſt communis opinio vt per gloſſ. poſt Bald. Io-
ann. & Azo. in lege dos à patre. C. ſolu. matrimonio.
Et latè per Bartolum & alios in lege poſt dotem. ff. eo
dem titulo. Et per Baldum & Angelum in lege ſi cum
dotem in principio. ff. eodem titulo cum concordan.
Si vero conſideremus opi. Mar. quæ fuit patrem pro
pter filios excludi vt eſt gloſſa in. d. l. dos a patre, & in
l. illam. C. de collationi. Et quæ ſeruatur de conſuetu
dine, vt ibi habetur. & per Bartolum & alios latè in
dicta lege dos à patre. Adhuc dixi patrem non excludi,
ſed filijs præferri, quia illa opinio & conſuetudo pro
cedit, vt dos debeat remanere pœnes maritum pro-
pter filios eiuſdem matrimonij, quo caſu nõ loquitur
quando ſolum extant filij ex alio matrimonio, vt per
Bartolum in dicta lege poſt dotem in decima columna
cum quo ibi tranſit Alexand. & in conſilio centeſi-
modecimoquinto incip. vetus primo volumine. Et eſt
de mente Barto. & Scribentium in. l. cum vir. ff. de cõ
dition. & demonſtration. Aut conſideramus pac-
tum appoſitum ſuper dote reddenda. Et tunc dixi ꝙ
ſi facta fuerat promiſſio de reſtituenda dote ipſi mulie
ri & filijs debebat itelligi de filijs ex illo matrimonio,
in quo filia deceſſit, non autem ex alio ita quòd eo ca
ſu dominus Iacobus pater excluderet filios alterius
matrimonij, per id quod dicimus de conſuetudine
cum iuribus allegatis per Bartolum in dicta decima
columna. Et maximè per nota. in dicta lege cum vir.
Et ita tenuit Baldus nouellus in tractatu dotium vl-
tima parte decimaquarta quæſtione ſexta colum. ſeu
quinta. Si verò promiſſio fuerat facta de reſtituendo
dotem filię & eius hæredibus, prout erat in facto, &
communiter fieri ſolet. Tunc dicebam propter ſtipula
tionem patrem à talibus filijs excludi, quaſi pater con
ſenſiſſet actionem integram remanere pœnes filiam &
eius hæredes, cum filia in dote poſsit habere hære-
dem per nota. per Bartolum in dicta lege poſt dotem
in quarta quæſtione cum precedenti & ſequenti. Vbi
Alexand. in duodecima columna & in lege ſenium.
C. qui teſta. facere poſſunt. Et ita vult Baldus no-
uellus in præallegata decimaquarta quæſtione pri-
ma columna. dicebam tamen quòd quia filius domi-
ni Iacobi fecerat talem ſtipulationem patre abſente,
quòd poterat pater probare numerationem aliter quã
per illud inſtrumentum, & quòd ſtipulatio ſibi non
noceret. Aut vero conſideramus prædictum ſtatu-
tum Aſt. quod incipit Deteſtanda, & tunc dicebam
quòd ex eo filij primi matrimonij non excludebantur
nec pater. Tum quia ipſum ſtatutum non procedit
qñ mulier dat ſimpliciter ſed vltra dotis conſtitu-
tionem diſponit in ſecundum maritum. vt prædixi.
Tum quia ſtatutum non excludit patrem mulieris,
ſed factum eſt vt excludat filios anterioris matrimo-
nij in beneficium ſecundi mariti, quo caſu vel pater
ſuccedet excluſis marito et filijs conſiderato iure com
muni, vt prædixi niſi obſtet promiſsio de dote reſti-
tuenda filię & eius hæredibus vt dixi, vel ſi obſtet pa
tri fiet locus filijs ex alio matrimonio attento quòd ſu
pereſt pater qui nõ eſt excluſus à ſtatuto, ex cuius per
ſona fit locus filijs per ea quæ dixi ſuprà hoc eodem
libro & ſexto articulo quarto membro tertia quæſtio
ne verſiculo ſecundo caſu poſt Alexand. In dicta lege
illam. C. de collationi. Et in terminis dicti caſus di-
cebam clarius ceſſare ipſum ſtatutum quod incipit.
Deteſtanda, eo quia loquitur de muliere dante dotem
& de illa diſponente, ſed in propoſito dominus Cate
lanus olim in ſtudio collega meus & filius dicti do-
mini Iacobi in abſentia dictę nobilis Margaritę fece-
rat inſtrumentum & pacta dotalia cum marito.
Aut verò conſideramus prædictum ſtatutum quod
vult, vt ſoluto matrimonio ſine liberis maritus lucre
tur dotem. Et tunc dicebam maritum non poſſe lucra
ri dotem per ea quæ dixi ſuprà in hac eadem vigeſi-
ma ſeptima quæſtione. Et vbi eſſemus in caſu in quo
poſſet maritus lucrari dotem, vt quia ſtatutum dice-
ret ſoluto matrimonio ſine liberis ex eodem matrimo
nio maritus lucretur dotem, dicebam non poſſe ma-
ritum plus conſequi quam vnum ex filijs prioris ma
trimonij per nota. per Bartolum & alios in lege hac
edictali in princip. C. de ſecun. nup. cum concordã.
de quibus per dominum præceptorem meum domi.
Iaſo. in auctentica præterea. C. vnde vir & vxor. Et
per Alexandrum in dicto conſilio centeſimoquinqua
geſimooctauo quinto volumine. Et per dominũ Frã
ciſcum curtium conſilio ſeptuageſimooctauo. Ex
quibus omnibus concludebam maritum excludi &
difficultatem remanere inter ipſum dominum Iaco-
bum & filios dictę nobilis Margaritę. Et ita fuit ob-
tentum & iudicatum contra ſecundum maritum. &
fuit me medio cauſa concordata. Subeſt etiam alia
318 difficultas, † an ſi mulier primo maritata in loco nõ
ſubdito ſtatuto prædicto deteſtanda. & ex primo ma
trimonio habens liberos contrahat matrimonium in
ciuitate

ciuitate aſtenſi, poſsint filij prioris matrimonij cum filijs ſecundi matrimonij ſuccedere vel ſecundum maritum excludere, non obſtante dicto ſtatuto deteſtāda. Et Dum eſſem ſcholaris circa annum quintum ſtudij mei conſului & obtinui quòd ſic in perſonam Domini Thomacini alpherij ex dominis maglani feudi eccleſię aſtenſis, cuius mater contraxerat matrimonium in hac ciuitate aſtenſi cum domino Ioanne antonio de ferrarijs medico, mouebar ex doctrina barto. communiter approbata in dicta lege hac edictali in prin. Et quia ſtatutum Aſt. non ligabat mulierem extraneā in actu tranſeundi ad ſecunda vota. Item quia ipſum ſtatutum deteſtanda intēdit quòd excluſio ſit reciproca, hoc eſt, quòd ſicut filij prioris matrimonij excluduntur à materna ſucceſsione, ita mater ab eorum ſucceſsione. Et ſic vult ſtatutum inducere æqualitatem & facere vniformem ſeu reciprocam determinationem. l. ratas. ff. de reſcin. vendi. & l. fi. C. de fru. & li. expen. & l. iam ex hoc iure. ff. de vulg. & pupil. cū vul. Vnde ex quo mater tranſiens ad ſecunda vota poſſet ſuccedere filijs qui non ſubijciuntur ſtatuto vt latè dico infrà in octauo articulo principa. in vigeſimaſeptima quæſtione iunctis his quæ dixi. ſ. eod. primo membro primę quæſtionis. Tangendo quòd ſtatuta non ligant forenſes, non habebit locum ſtatutum quod intendit inducere æqualitatē per iura prædicta. Et quia cui non conueniunt verba ſtatuti, non conuenit etiam ſtatuti diſpoſitio, vt per Bartol. in. l. iiij. §. prętor ait in fin. commen. vbi latè Roma. & alexand. ff. de de dam. infec. Et ad prædictam deciſionē

319 non ſolent aduertere practicantes. † Item circa prędictum ſtatutum deteſtanda vidi fieri difficultatem, an vendicet ſibi locum ſolum, quando exiſtens in viduitate dat ſecundo virò. An vero ſi det poſt contractum matrimonium, & aliqui dicebant quòd locum tantùm habebat vbi exiſtens vidua dat ſecundo viro. Sed verior viſa fuit opinio quòd habeat locum etiā in ea quæ poſt tranſitum dat ſecūdo viro, quia ſtatutum dicit ſecundo viro dare poſsit, & ſic ſi debet eſſe maritus cui detur præſupponitur matrimonium de neceſsitate verborum. l. illud. ff. de acquiren. hæred. l. ad rem legatam. ff. de procur. cum vul. Et dum dicitur q vidua dare poſsit, intelligit de olim vidua iuxta not. in. l. eius in princip. ff. ſi cer. pet. Et ad differentiam eius quæ nunquam fuit vidua. Et ſunt alia verba in ſtatuto clarius etiam hoc explicantia, & aliter intelligendo poſſet reſultare inæqualitas, ſi de vidua ſentiret quæ non nuberet, vel ſi poſt trāſitum donaret cōtra mentē ſtatuti, quia ipſa excluderetur à ſucceſsiōe filiorum primi mariti, & non econtra. Item fuit du-

320 bitatum, † an virtute dicti ſtatuti mulier tranſiens ad ſecunda vota non reddita ratione tutellę præſeruetur à pœnis de quibus in auc. eiſdem cum ibi notatis. maximè per Bal. C. de ſecun. nup. Eo quia ſtatuta ſunt interpretanda vt minus corrigatur ius commune quàm fieri poſsit. c. cum dilectus de conſue. & quod habetur in. l. ij. C. de noxa. cum ſimili. Et quia caſus omiſſus à ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris communis, vt habetur in. l. ſi cum dotem in princi. ff. ſolu. matri. & in. l. ſi extraneus. ff. de cōdi. ob. cau. Et quia ſtatutum ſolùm intendit derogare pœnis inductis cōtra tranſeuntes ad ſecundum matrimonium. Non autem procedentibus alia ex cauſa, vt eſt non reddere rationem. ad quod faciunt not. in ſimili in. c. fi. de ſecū. nup. de pœnis inductis odio contractus matrimonij vt ſint per ius canonicū ſublatę, & ſecus ſit in īductis fauore liberorum. Alias etiā vidi fieri difficultates quæ non ſunt relatu dignę.

321 VIGESIMOOCTAVO quæro, † an qn̄ ſtatutum excludit aliquam mulierem propter plures qualitates neceſſe ſit illas omnes concurrere ad hoc vt excludatur, putà ſi excludat maritatam & dotatā prout facit in loco Caſtri aynaldi, in qua villa in infātia educatus fui vel alitus. & concluſiuè puto q regulariter dicendum ſit q ſic. l. cum hi. § ſi ptor. ff. de tranſac. l. i. §. pterea. ff. de tutel. & rō diſtr. l. fulcinius. §. cum hoc edict. cum ibi notatis per Bart. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. l. iiij. § hoc autem interdicto ver. itaq; cū ſeq. ff. de iti. actuq; pri. cum cōcor. ibi per glo. allegatis. Et quod dixit Bar. in. l. diuus & ibi alij, maximè Alexan. in antepe. col. cum ſeq. ff. de re iudi. facit. l. ſi hæred. plures. ff. de condi. inſti. cum ibi notatis per bart. & l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. Vbi eſt tex. q qn̄ copula ponitur inter duo adiectiua coniuncta vni ſubſtantiuo requiritur concurſus vtriuſq; adiectiui, de qua materia traditur per Barto. in. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. & in. l. l. Et ibi plene dominus præceptor meus. ff. de iuſti. & iure. Bald. in. l. qui duos. ff. de in ius vocan. & poſt eum Nellus in tracta. banni. in. x. q. primę partis ſecundi temporis, vbi

322 volunt † q ſtatutum diſponens bannitum & condēnatum poſſe impunè offendi, requirat vtriuſq; cōcurſum vt quis poſsit offendi. De materia etiā latè traditur per Cano. in. c. ij. & ibi plenè do. Fely. in. ix. colum. cum ſeq. verſi. copula coniungit de reſcrip. ex quibus iuribus colligitur deciſio pſentis qōnis ſiue qualitates ponantur copulatiuè ſiue limitatiuè ad actum, ſiue æquè principaliter, ſiue non, ita vt ſm caſus contingētiam poſsit diuerſimode diſtingui. et in terminis ſuprà formatę qōnis conſuluit iuxta prædictam concluſionem Pau. de ca. in conſi. cxi. incip. ſuper primo dubio in volumine antiquorū cōſiliorum ſm primā impreſsionem. & Alex. in conſi. xiij. in pe. col. verſi. non obſtat etiam aliud ſequens tertio vol. Vbi dixit q ſtante ſtatuto q mulier dotata & quæ dotem receperit de bonis communibus quæ haberet cum fratre vel fratribus non poſsit venire ad ſucceſsionem vel diuiſionem cum fratre &c. non excludetur mulier niſi hæc ambo concurrant. ſ. q ſit dotata & dotem actualiter receperit per. d. l. ſi hęredi plures, & no. p bar. in d. §. vtrū. Et qa verbum receperit, ſignificat actualem traditionem, vt per Bar. & alios in. l. iij. § fi. ff. ſi cer. peta. & l. i. §. ſi mutuū. ff. ſi quid in frau. pat. Prædicta cōcluſio pōt limitari ex his quę dixi. ſ. e. articu. & membro in. xxv. q. Itē iuxta pdicta poteſt videri quod dixit Pau. de ca. in vol. antiquorum conſilio. ſm primam impreſsionem in conſi. cccxxxviij. incipi. præſens caſus in fine. Et dixi multa. ſ. eo. viij. q. Et ſi rubrica ſtatuti excludat maritatas, nigrum autem maritatas & dotatas qd attendimus colligitur ex his quę dicam. j. in. viij. articu. princi. ix. q.

323 VIGESIMONONO quęro, † an ſtatutum excludens cognatos propter agnatos excludat filiam ſeu filiū ſororis propter patruum vel alium agnatum maſculum do. Decius conſil. decimotertio incip. & pro tenui diligenter conſideratis &c. antepenul. colū. verſi. tertio dato &c. Inferre videtur quòd non, quia

324 † filij ſororum iura agnatorum conſequuntur & largo modo dicuntur agnati. l. meminimus. C. de legi. hære. vbi bald. & in. l. lege. xij. tab. co. titu. Et quia ex pte mulierum ſeu cognatorum hoc ſtatutum videtur odioſum, vt per bald. & multos Doct. in. l. venia. C. de eden. Contrarium puto verius. quia hoc ſtatutum principaliter eſt inductum fauore agnatorum, & in

eorum odium non eſt retorquendum, vt dixi latè in tertio articulo princ. Et quia non eſt par ratio in filijs ſororum in hac materia quæ eſt in agnatione, vt dicā multum in propoſito in ſeptimo, & ſequenti articulo principali tertia quæſtione. Et poſſunt videri quæ dico de filijs ſororum infra in .xij. articu. princi. ix.q.4. colum. poſt medium.

325 TRIGESSIMO quæro † quid ſi ſtatutum excludat ductas ad domum mariti ſine voluntate patris. Corneus conſi.ccij.incip.circa præſentem.ij.volu.dicit eſſe obſeruandum ſtatutum, & ibi tangit quia hoc probare teneatur ſed puto cogitandum.

SVMMARIVM.

1 *Quibus caſibus & per quam diſpoſitionem intelligantur fœminæ excluſæ uel admiſſæ.*

2 *Admiſſa ad ſucceſſionē certo caſu, an in contrario uideatur excluſa.*

3 *Statutum florentinum quòd quælibet mulier ſuccedat matri ab inteſtato, ſi non extent maſculi, an maſculis exiſtentibus fœminam excludat à ſucceſſione materna.*

4 *Voluntas dicitur euidens, quæ expreſſè uel ex coniecturis colligitur.*

5 *Iura ſuadentia argumentum à contrario ſenſu locum non habent quando induceretur correctio iuris communis.*

6 *Statuta taliter debent interpretari ut aliquid operentur, etiā contra regulas iuris communis.*

7 *Priuatus ſucceſſione nondum delata, etiam quoad legitimam non dicitur pati damnum ſed lucrum perdere.*

8 *Statutum diſponens quòd mulier forenſis non habens filios poſſit dimittere, & legare dotes ſuas cuicunque uoluerit: à contrario intelligitur q. ſi habeat filios nō poſſit diſponere.*

9 *Fœmina excluſa per ſtatutum certo caſu, an uideatur in alijs admitti.*

10 *Stante ſtatuto Senarum quòd fratre decedente ab inteſtato ſine aſcendentibus ſuccedant fratres excluſis ſororibus, an ſi extet mater admittentur ad ſucceſſionē tā mater, q̄ ſorores.*

11 *Nihil eſt magis abſurdum, quàm inducta ad unum effectum trahere ad alium.*

12 *Præſumuntur ſtatuentes, ſicut & ipſe princeps magis conſeruare uelle id, quod à ſeipſis conſtitutum eſt, q̄ quod ab alijs.*

13 *Si unum ſtatutum ſimpliciter excludit matrem à ſucceſſione filij propter fratrem, & de ſorore nihil dicit: ſed aliud ſtatutum excludit ſororem à ſucceſſione fratris non ſuperexiſtentibus aſcendentibus, an concurrentibus matre & ſorore cum fratre ſit locus ſtatuto.*

14 *Quando excluditur perſona una per ſtatutum, quæ de iure communi non præfertur alteri, tunc ex unius excluſione, alter non intelligitur excluſus.*

15 *Prouiſiones ſeparatæ & in caſibus ſimplicibus & diuerſis à contingenti prouidentes, non debent coniungi ut prouideāt in caſu mixto.*

16 *Statutum ſi excludat fœminas certo caſu, non uidetur illas excludere non exiſtente caſu.*

17 *Statutum excludens ſororem à ſucceſſione fratris, an econuerſo uideatur excludere fratrem à ſucceſſione ſororis.*

18 *Statutum prohibens ne maritus donet uxori non procedit in caſu contrario.*

19 *Statutum excludens matrem à ſucceſſione filij, non uidetur excludere filium à ſucceſſione matris.*

20 *Statutum q. uitricus ſuccedat priuigno, uidetur tacitè diſponere q. etiam priuignus ſuccedat uitrico.*

21 *Statuto excludente fratrem à ſucceſſione ſororis, uel ſimiliter à ſucceſſione matris, an idem ſit econtra.*

22 *Statutū excludens filios primi matrimonij à ſucceſſione matris tranſeuntis ad ſecunda uota, & econtra matrem excludens à ſucceſſione talium filiorum, locum non habet ſi bona filiorum ſint extra territorium ſtatuentium.*

23 *Stante ſtatuto q. extantibus maſculis in dote tantùm ſuccedat fœmina ab inteſtato, & ex teſtamento non plus habeat, quàm ei reliquerit pater, an pater ſine maſculis deſcedens poſſit relinquere minus legitima.*

24 *Aduerſatiua uerò, eſt repetitiua præcedentium qualitatum.*

25 *Dicta in uno capitulo intelliguntur repetita in ſequentibus capitulis non diſtantibus ſiue proximis.*

26 *Statuto prohibente bona in non ſubditum transferri, an mulier forenſis uideatur prohibita ſuccedere parentibus fratribus & alijs quibus de iure communi ſuccedere poſſet in territorio ſtatuti.*

27 *Qui decedit inteſtatus uidetur relinquere uenientibus ab inteſtato eò, ipſo quòd alteri non relinquit.*

28 *Statutum prohibens bona in non ſubditum alienari, an locum habeat in muliere uel non ſubdito, qui ante aditam hæreditatem licet delatam ſubijcerent ſe loci ſtatuti & oneribus.*

29 *Si fiat legatum forenſi & incapaci acquirere, ſi poſtea fiat capax ciuis ualet legatum.*

30 *Statuto prohibente relinqui uxori ultra centum, an ualeat relictum ſibi factum diſtribuendum in pauperes.*

31 *Stante prædicto ſtatuto teſtator poſſet diſponere q. non liceat hæredibus locare uel alienare ſine uxoris licentia.*

32 *Statuto diſponente quòd fœminæ cum maſculis æqualiter non ſuccedant, an per illud uideātur à ſucceſſione excludi: & in quantum.*

33 *Statutum præferens agnatos in tutella cognatis, an uideatur etiam in ſucceſſione eos præferre.*

34 *Statuta quæ uidentur habere repugnantiam an ſint ad concordiam reducenda.*

35 *Statutum excludens dotatam à patre, matre, fratre, uel auo &c. ab hæreditate patris, matris, fratris, aui &c. ſi ex eis maſculi ſuperſint, an ſufficiat q. ex altero eorum ſuperſit maſculus, an uerò intelligi debeat q. ſuperſit maſculus deſcendens de perſona eius, de cuius hæreditate agitur.*

36 *Ex modo excipiendi colligi poteſt an ſtatuentes de aliqua hæreditate non ſenſerint.*

37 *Stante uno ſtatuto quòd in ſucceſſione decedentis ab inteſtato ſine deſcendentibus filiæ dotatæ ueniant ad dimidiam, & alij proximi ad aliam dimidiam: alio uerò ſtatuto ſtante q. decedenti ab inteſtato ſine deſcendentibus mater ſuccedat in legitima, & proximiores ex latere patris in reſiduum: ſi extent mater filiæ defunctæ, & filius ſororis ipſius defunctæ, & agnatus uno gradu magis diſtans putà patruus magnus: an erit locus primo, an ſecundo ſtatuto.*

38 *Stante ſtatuto quòd decedenti ab inteſtato ſine liberis, ſuperſtitibus ſibi aliquibus de ſua agnatione uſque in tertium gradum ſuccedat proximior: an nepos ex filia faciat non eſſe locum ſtatuto.*

39 *Quid ſi dicatur non exiſtentibus deſcendentibus uel aſcendentibus uel maſculis.*

40 *Statutum ſi prohibeat uirum ſuccedere uxori ultra octauam partem ab inteſtato ceſſantibus conſanguineis, an ſuccedet in reliquo.*

41 *Statutum excludens fœminas propter agnatos an excludat uxorem à ſucceſſione uiri in caſu aucten. præterea. C. unde uir & uxor.*

SEPTIMVS ARTICVLVS

CIRCA ſeptimum articulum principa
1 lem videndum † eſt quibus caſibus &
per quam diſpoſitionem intelligātur fœ
minę excluſę vel admiſſę, & hic poſſent
oportunè poni plures quæſtiones quæ
in alijs locis congruentius ponentur, quas omitto.
2 PRIMO igitur quæro † an mulier admiſſa
ad ſucceſsionem certo caſu videatur in contrario ca-
3 ſu excluſa, putà dicit † ſtatutum florentinum quòd
quelibet mulier ſuccedat matri ſiue ab inteſtato, ſi non
extant filij maſculi, dubitatur an filia exiſtentibus maſ
culis excludatur à ſucceſsione matris per argu. à con-
trario ſenſu ſtatuti prædicti, & in quæſtione facti, Cy
nus conſuluit quòd ſic per. l. qui teſtamento. §. mulier
cum ibi notatis. ff. de teſta. Et notatur per Dyn. in regu
la peccatum de regu. iur. in. vi. & quod in ſimili vi-
demus in pacto in. l. inter ſocerum §. cum inter. ff. de
pact. dot. Cum ſtatutum ſit quædam conuentio ciuiū
tacita. l. ſed & ea. ff. de legi. iunctis notatis per glo. in
rubrica. C. de decre. decu. lib. x. Item quia hoc ſuadet
finalis ratio ſtatuti quæ ſemper inhæret legi. l. cum ta-
4 le. §. falſum. ff. de conditio. & demonſtra. Et quia † vo
luntas dicitur euidens quæ expreſsè vel ex coniecturis
colligitur. l. licet imperator. ff. de legatis primo. Et li-
cet caſus omiſſus ſoleat haberi pro omiſſo. l. commo
diſsimè. ff. de libe. & poſthumis. Tamen ſecus eſt vbi
ex aliqua cōiectura poteſt haberi pro expreſſo. l. ſi ita.
eodem titu. & cum hac ſententia tranſit Bald. in. l. cō
uenticulam in. ij. col. C. de epiſ. & clericis. Motus ma
ximè per. d. §. cum inter, vbi refert Dy. idem tenuiſſe
in conſi. incip. ſtatuto ciuitatis piſtorij. Et idem tenet
Maria. in terminis ſtatuti prædicti florentini conſilio.
lxxxi. incip. in preſenti. iij. colū. & Soci. conſi. ccvij.
incip. in cauſa colum. fina. in princi. primo volumi-
ne. & in conſili. ccxcvi. incip. in præſenti in princip.
eod. volumi. ſecundum Corneum conſil. clvi. incip.
de duabus. j. colum. ſecundo volumine. Si per ſtatu-
tum auia paterna cum matre admittitur, quando fra
tres non ſuperſunt, exiſtentibus fratribus à contrario
ſenſu excluditur, licet parum faciat, Et lice do. Lauré.
in repe. §. cæterū in. xix. col. Inſti. de legi. agna. ſucceſ.
ſequēdo diſtin. Saly. in. d. l. conuenticulam, & in pro
poſito ſtatuti ſupradicti domi. Anto. de roſel. in repe.
l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. Contrarium tene-
ant per tex. in. l. fi. § filij autem. C. de bo. quæ libe. & p
5 l. penulti. C. qui teſt. face. poſ. Et plura alia † iura ſua
dentia argu. à contrario ſenſu nō habere locum, tunc
maximè quando induceretur correctio iuris commu
nis, niſi. ſecundum eos ſtatutum vltra progrederetur
dicendo ſtantibus maſculis fœminę non ſuccedant,
ſed maſculi diuidant hæreditatem inter ſe, vel diceren
tur alia verba per quæ appareret q̄ ſtatutum per indi
rectum corrigeret ius commune in contrario caſu, q̄
ſentētiam etiam tenuerunt Cuma. & Roma. in. l. ſi cū
dotem in prin. ff. ſolu. matri. Tamen verior eſt prima
deciſio. quia etiam vbi aſſumendo argu. à contrario
ſenſu ſtatuti induceretur legum correctio, licita eſt
argumentatio quādo alias ſtatutum nihil operaretur
vt notat Bal. in. l. obſeruare. §. proficiſci. in. iij. q. ff. de
offi. proconſul. & leg. & pbatur per gl. in. l. nulla niſi
emerſis iuncta auct. diaconiſſa. C. de epiſ. & cleri. quā
ad hoc ponderat Roma. in. d. l. ſi cum dotem in prin.
& in auct. ex teſtamento in prin. C. de colla. & vtro-
biq; Alexan. in. l. vt liberis. C. eo. titu. Et ita procedit
diſpoſitio. l. moſaice numeri. xxvij. c. quæ admittit fi
lias ad ſucceſsionem non extantibus filiis maſculis,
& recipit interpretationē à contrario ſenſu quòd illis
extantibus non ſuccedant, vt aliàs dixi. & hanc opi-
nionem in terminis tenent Fulgo. Pau. de caſt. Alex.
& dominus præceptor meus in. l. j. in prin. in illa ma
teria, an in ſtatutis vendicet ſibi locum argumentum
à contrario ſenſu. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſ. Cy.
Bald. Ange. Imo. Alexand. & Moderni in dicta. l. ſi
cum dotem in prin. Pau. de ca. & Fran. de are. in. l.
qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. Et idem Paul. de
caſtro in conſi. cccxlvi. incip. caſus præſens in volu-
mine antiquorum conſiliorum ſecūdum primam im
preſsionem, & in. d. l. conuenticulā. Benedi. de plum.
in. l. ſi quis locuplex. ff. de manu. teſta. Ioan. andre. in
addi. ſpecula. in titu. de ſucceſ. ab inteſta. ſuper rubri-
ca circa. ij. columnā. Pet. de anchara. in repe. capi. ca-
nonum ſtatuta in. v. q. princip. in fin. in. xvi. colum.
de conſtitutio. Pan. in conſi. lxxv. incip. primo eſt vi
dendum in penultima columna. idem Panormi. in. c.
cum apoſtolica de his quæ fiunt à præla. ſine conſen.
capi. Modernus bononien. in tracta. doti. vltima par
te. q. xxxiiij. Pro hoc adducitur quòd dicunt Barto.
Ange. Pau. de caſt. & Scribentes poſt eos in. l. ſeruo
legato. §. primo. ff. de leg. l. vbi volunt quòd in iſtis ſta
tutis excludentibus fœminas extantibus maſculis,
non ſit inſpiciendum ad quem verba dirigantur, ſed
ad quem effectus & mens ſtatuentium porrigatur, p
quo facit quòd voluit Barto. in. l. emancipati. §. fi. ff.
de collation. bono. & in. l. ij. §. filius. ff. de cōtratabu.
& alibi dicam. Nec obſtat ſi dicatur prout dixit Ro-
ma. in. d. l. ſi cum dotem in princi. quòd prædictū ſta
tutum multum operetur in ſenſu directo, ita quòd ex
eo capite quòd aliàs nihil operaretur non ſit ſumen-
dum argumentum à contrario ſenſu. Nam ſecundum
eum orietur in ſenſu directo conditio ex ſtatuto per
not. per Barto. & alios in. l. prima in princi. ff. ad leg.
falci. per. l. vnicam. ff. de condi. ex lege. & per nota
ta per Barto. in. l. iij. §. ſi ſi rem. ff. de lega. iij. & in. l. nō
ſolum. ff. de rei vendi. Dum dicit quòd ſtatutum diſ
ponens quòd victus victori condemnetur in expen-
ſis, dicitur diſponere vltra ius commune, eo quia
oritur conditio ex ſtatuto, quia ſecundum Alexand.
in. d. l. ſi conſtante in princi. in fine commen. Si atten-
deremus iſtam conſiderationem confunderētur & de
ſtruerentur plures doctrinę doctorum concludentiū
6 in varijs materiebus ſtatutorum, etiam † contra re-
gulas iuris cōmunis emanantium ſtatuta debere taili-
ter interpretari vt aliquid operentur, vt per Bartolum
in lege ſecunda. ff. de vſur. Baldus in rubrica. C. qui
accuſa. non poſſunt. & in lege finali. C. arbi. tu. &
Panormita. in capitulo paſtoralis de exceptio. cum
concor. & quia allegare inconueniens non eſt ſolue-
re, ſed inconueniens multiplicare. Idcirco dominus
præceptor meus in dicta. l. prima in. xvi. col. ff. de of
fi. eius aliter reſpōdet, videlicet quòd cum iſtud ſtatu-
tum loquatur in ſenſu directo formiter de ſucceſsio-
ne, & nihil aliud vtilitatis afferat pluſquam ius com
mune non oritur condictio ex ſtatuto ſed vtilis peti-
tio hæreditatis per not. per Bartolum in dicta lege. j.
ff. de condi. ex leg. & in repe. l. omnes populi in vlti-
ma columna. ff. de iuſti. & iure. & in lege de quibus vl
tima columna. ff. de legi. & in. l. ſi duo patroni. §. ſi q̄s
iurauerit per illum textum. ff. de iureiur. Et ita in ſimi
li dixit Aretinus in conſil. xx. incipien. in quæſtione
& cauſa bernarbei in pe. columna. allegando pro hoc
text. in. l. prima. §. dixerit aliquis. ff. de publi. & not. p
Bart. in. l. qui bis idem. ff. de verbo. obli. Et ita ſæpe
in facto reſpondi. nec & ob. ſi diceretur ſtatuta debere

potius intelligi, vt ſint fruſtratoria & nihil operentur
ꝙ quòd aliquis damnum indebitè patiatur, vt eſt gl.
vulgaris in.l.fi.§.in cõputatione in glo. magna in fi. Et
ibi Bar. Bal. Pau. de ca. Alex. & Moderni. C. de iure
delibe. Imo. Ro. & Alexan. in.l.iiij.§ prætor ait. ff. de
dam. infec. cum concor. ibi copioſè allegatis. Quia
reſponderur ſecundum dominum præceptorem meũ
7 in.d.l.i.in.xvij.col. quòd † priuatus ſucceſsiõe nõ-
dum delata, etiam quo ad legitimam non dicitur pati
damnum ſed lucrum perdere. Glo. eſt vulgaris & ap-
probata in.l.ij.& ibi doct. C. de iur. & fac. ignoran.
Cynus Baldus Alexand. & Moderni in lege iuris. C.
qui admit. cum ſimilibus. ad alia in contrarium ad-
ducta tam de ſe ꝙ ex prædictis patet reſponſio. Et p
deciſione præſenti facit qđ dixit Pe. de ancha. In con
ſi. ccxiiij. inci. pro iſto parte in.ij.col. vbi conſuluit
8 ꝙ † ſtatutum diſponẽs ꝙ mulier forenſis non habẽs
filios poſsit dimittere & legare dotes ſuas cuicunq;
voluerit à contrario ſenſu cenſeatur diſponere ꝙ ſi ha
bet filios non poſsit, quod argumentum eſt ſumendũ
ſm eum, maximè quia aliàs hoc ſtatutum eſſet deriſo-
rium, & de prædicta. q. tradit Anto. de ro. in tract.
de ſucceſ. ab inteſt. in.lxxiiij.col. verſi. ſed pone ſtatu-
to &c. Reliqua ponit Feli in.c. ſignificaſti in vltima
col. de fo. compe. & Soci. dicto conſi. ccvij. col. fin.
vbi dicit poſſe ſumi argumentum à contrario ſenſu,
& caſum qui elicitur à contrario ſenſu reperiri indeci
ſum in modo ſuccedendi per ſtatutum; & in hoc re-
manere in diſpoſitione iuris communis taliter ꝙ ar-
gumentũ ſit inutile. Et faciunt que dixit Corneus cir-
ca nõ ſumendũ argumentum à contrario ſenſu in prę-
ſenti materia in conſi. cclxix. incip. conſtat. ij. columna
quarto volumine.

9 SECVNDO † quæro iuxta præcedentem quę-
ſtionem quid erit econtra, an fœmina excluſa certo ca
ſu videatur in alijs admitti, & formo quæſtionem in
10 † ſtatuto Senarum, quo cauetur ꝙ fratre decedente ab
inteſtato ſine aſcendentibus ſuccedant fratres excluſis
ſororibus, an ſi extet mater admittentur ad ſucceſsio
nem tam mater ꝙ ſorores, ſumpto argumen. à contra
rio ſenſu dicti ſtatuti. attento maximè ꝙ nulla induci
tur correctio iuris communis, ſed tale argu. ſumitur
ſm diſpoſitionem iuris cõis quod admittit ſimul ma-
trem fratres & ſorores auct. defuncto. C. ad tertulia.
Iſtam. q. decidit Roma. conſilio. cccxcix. incip. vt prę
ſens conſultatio clarior reddatur, vbi dicit ꝙ non eſt
ſumendum tale arg. quia reſultaret abſurditas. l.ij. C.
de condi. inſer. l. iuris. C. de iuriſdi. om. iudi. l. conuẽ
ticulam. C. de epiſ. & cle. Notat gl. de æta. & quali. c.
i. in.vi. & plenè traditur in.l.i.§. huius rei. ff. de offic.
11 eius cui man. eſt iuriſ. † Nil. n. eſt magis abſurdũ quã
inducta ad vnum effectum trahere ad contrarium. l.
legata inutiliter. ff. de lega. i. & . ff. de adi. lega. l. cũ tale
§. fin. ff. de conditio. & demon. c. tranſmiſſę de verb.
ſignifi. cum ſimi. Sed cum ſtatutum prædictum inten
dat in ſucceſsione fratris inteſtati præferendo fratrem
ſorori præſeruare agnationem. ſi per arg. à contrario
ſenſu admitteremus matrem & ſororem inſurgeret cõ
trarius effectus menti ſtatuentium. ergo &c. Et cum
illa ratio præſeruandę agnationis ſm eum ſit ea q̃ mo
uit ſtatuentes vt familiarũ ſalua ſit dignitas. l.i.§. ſed ſi
ſeruus. ff. de ven. inſpi. Et latius dixi. ſ. in tertio articu
lo princi. ceſſare debet argu. à contrario ſenſu, ꝙ ceſ-
ſat vbicunq; ratio conſtitutionis ex qua tale argu. ſu-
mitur repugnat deciſioni, quæ per contrarium ſenſum
elicitur per gloſſ. ſingularem in.l. cum prætor verſic.
primo videtur. ff. de iudi. Sed contrariũ tenet dñs prę
ceptor meus in.d.l.i.in.xvij. co. ff. de of. eius. Motus
quia ẽt in correctorijs, vt eſt ſtatutum prædictum lici
tum eſt arguere & extendere diſpoſitionem qñ per eã
redimus ad ius cõe. Gl. in.c. ſtatutum in verſi. nume-
randũ de præben. in. vi. Ant. de but. in.c. cum olim
tibi. de verbo. ſignifi. Alex. in.l. ſi conſtante in prin. in
iiij. col. ff. ſolu. matr. Præterea niſi ſic diceremus illa
verba poſita in ſtatuto ſine aſcendentibus nihil opera
rentur, qđ eſſe non debet. l. ſi quando in prin. ff. de le.
i.l. ſi qñ in prin. C. de inof. teſt. cũ vulg. Et vt dictum
fuit in.q. p̃ce. ne fruſtratoria ſit diſpoſitio ſumitur ar-
gu. à contrario ſenſu in ſtatutis, ẽt ad correctionẽ iuris
cõis, ergo fortius ceſſare debet tale arg. quando ꝑ ceſ
ſatiõem reducitur actus ad terminos iuris cõis & ver-
ba ſtatuti reducunt ad terminos vt non ſint ſuperflua
& ſi illa exiſtentia matris propter illa verba ſine aſcen
dentibus facit locum non eſſe ſtatuto, indubitanter
tunc ſoror admittetur ex diſpoſitione iuris commu-
nis, quæ etiam admittitur pp ſuperexiſtẽtiam matris
nõ excluſę per ea quę plenè dixi in. vi. arti. iij. mẽbro.
iij. q. Ad illud de rõne ſtatuti rñdetur ꝙ verba ſtatuti
dũ loquũt limitatiuè. ſ. non exiſtentibus, aſcẽdentibus
nõ admittũt illam rationẽ niſi quo ad ſorores in caſu
proprio ſtatuti ꝑ prædicta, ita vt ipſa ratio non mul-
tum diſtet à dicto ſic ſuadẽte mẽte diſponentium.
Sed eſt aduertendum, quia prædicta procederent in
terminis ſtatuti prædicti, ſed in caſu in quo conſuluit
Ro. erat aliud ſtatutum per qđ diſponebatur in ſucceſ
ſiõe inteſtati fratrem matri præferri, quo caſu tale ar-
gu. à contrario ſenſu ad correctionem alterius ſtatuti
non deberet ſumi, ſicut nec ad correctionẽ iuris com-
munis per not. per Bar. in.l.i.§. hoc interdictum. ff. ꝙ
vi aut clam. Ceſſat enim tale argumen. vbi caſus repe
ritur aliàs deciſus. Bar. in.l. omnes populi in. vi. qõ.
princip. Bald. in.l. apud antiquos. C. de fur. docto. in
12 d.l.i. ff. de offi. eius. † Et præſumuntur ſtatuentes ſi-
cut & quilibet priuatus & ſicut ipſe princeps magis
conſeruare velle id quod à ſeipſis eſt conſtitutum ꝙ
quod ab alijs. ſ. à iure cõmuni. l. ſi hominem. ff. mã.
l. forma. C. de offi. præfec. præto. Illa autem verba ſi
ne aſcendentibus debent intelligi de maſculis ſecundũ
eum propter aliud ſtatutum quod declarat collatera-
les maſculos præferri matri; & conſequenter aſcen-
dentibus fœminis. l. non eſt nouum cum ſeq. ff. de le.
Glo. in.l. ſciendum. ff. qui ſatiſda. cogan. iuncta auc.
offeratur. C. de li. conteſta. Et ſic cum mater excluda-
tur ex vno ſtatuto non proderit ſorori ex alio ſtatuto
excluſę, quia qui ſibijpſi prodeſſe non poteſt, non de-
bet filio obeſſe. l. qui repudiantis in prin. ff. de inoffi.
teſt. l. ſi poſt mortem. §. liberi. ff. de contratab. & qđ tra
ditur in.l. huiuſmodi. §. ſi ticio. ff. de le. i. Adducit ad
idem Roma. l. æquiſsimum. §. ſi ex filio. ff. ad tertul.
& . l. ſi quis filium. C. de inof. teſtamen. Inducendo ut
ibi per eum, ſed licet dicta & allegata per Roma. vi-
deantur ſtringere tamen ipſis non obſtantibus & poſi
to quòd in caſu Roma. adeſſet ſtatutum excludens
matrem teneo ꝙ & mater & ſoror cum fratre ſucce-
dãt, quia non ſumus in caſu alicuius ex ipſis ſtatutis.
13 Nam † vnum ſtatutum ſimpliciter excludit matrem
à ſucceſsione filij propter fratrem & de ſorore nihil di
cit, quo caſu per illud non excluderetur, vt dixi in prę
cedenti arti. princi. in tertio membro in.iij. qõ. Aliud
ſtatutum excludit ſororem à ſucceſsione fratris de-
functi non ſuperexiſtentibus aſcendentibus, nec ouro
ſiue intelligatur de aſcendẽtibus maſculis, ſiue de maſ
culis & fœminis, & per illud non excluditur mater,
vnde quando concurrunt mater & ſoror cum fra-
tre nullum

tre nullum ex prædictis ſtatutis prouidet, vnde ſimul
iuncta non conueniunt caſui. Sed vt dixi in. d. vi. ar-
14 ticulo princi. in tertio membro. iij. q. prope fin. † Qñ
excluditur vna perſona per ſtatutum quę de iurę cō-
muni vel aliàs non pręfertur alteri, tunc ex vnius
exculſione altera non intelligitur excluſa, maximè p
tex. in. l. ij. §. ſi ſit conſanguinea cum ſeq. ff. ad tertul.
Vnde ſi dicamus prętextu vnius ſtatuti matrem ex-
cludi propter fratrem, ſuperexiſtentia ſororis faciet il
lam admitti, quæ ſoror per illud ſtatutum non exclu
ditur. Et ſi dicamus per aliud ſtatutum ſororē exclu-
di, ſuperexiſtentia matris quæ per illud non excludit,
faciet illam admitti per ea quæ dixi in. d. iij. quæſtiōe.
Facit in argumē. l. papinianus. §. ſed nec impuberis. ff.
15 de inof. teſta. † Nec iſtę prouiſiones ſeparatę & in ca-
ſibus ſimplicibus & diuerſis à contingenti prouiden
tes debent coniungi. vt prouideant in caſu mixto, vt
patet ex. d. §. ſi ſit cōſanguinea cum alijs iuribus p me
in d. la. iij. quæſtione allegatis. Præterea quia Roma.
dicebat quòd illa verba ſine aſcendentibus debent
intelligi de maſculis. Eſt aduertendum quòd nihil-
ominus ita interpretādo eſſent ſuperflua, ſi ſoror per
illud excluderetur in caſu præmiſſo, quia ſuperexiſtē-
tibus aſcendentibus maſculis. Roma. vult ſororē ex-
cludi, nec tunc ſumi vult argu. à contrario ſenſu pari
ter & non exiſtentibus ex directa prouiſione ſtatuti &
ſic in omnē caſum. Ex prædictis ergo elicitur conclu-
16 ſio, quo ad principale propoſitum noſtrum quòd † ſi
ſtatutum excludat fœminas certo caſu non videatur
illas excludere non extante caſu. Et quia dixi ꝙ duo
ſtatuta prouidentia in caſu ſimplici non coniungunt
vt ad caſum mixtum ſe referant. In contrarium facit
quod dixit Ange. in. l. ſi ita ſcriptum in prin. ff. de li.
& poſthu. Vbi dixit ꝙ ſi ſtatutum inuitet vxorē ad
certa bona exiſtentibus liberis, & non exiſtentibus li
beris ſed agnatis ad certa alia, ꝙ ſi contingat extare li
beros & agnatos, vxor nihil habebit. Et hoc ideo ga
ſumus in materia fauorabili, & diſpoſitio patit hanc
interpretationem, niſi ſecundum ibi paulò ante ſtatu
ta ſint interpretanda prout iacent. Dixi. s. eod. ſecun
do membro. iij. q. circa. fi.
17 TERTIO quæro, † an ſtatutum excludens ſo-
rorem à ſucceſsione fratris videatur econuerſo exclu
dere fratrem à ſucceſsione ſororis. Bal. In. l. lege. xij. ta
bu. in fin. commen. C. de legi. hære. quem ibi ſequitur.
Pau. de caſt. Fulgo. & Perusini. Et Alexan. in. l. inter
ſtipulantem §. ſacram. ff. de verbo. obligati. Tenuit ꝙ
non, quia dato vno inconuenienti non debet dari ma
ius, & hoc patet ſm eos ex illo tex. dum ibi recitat me
dia iuris prudentia quæ certas fœminas à ſucceſsione
maſculorū excludebat & muſculos ad eorꝫ ſucceſsio
nē admittebat, q̄ media iuris prudentia, niſi fuiſſet p
iuſtinianū prouiſum eſſet adhuc in obſeruantia, ſed
iſta inductio non placet, quia ipſa media iuris prudē
tia expreſsè vocabat maſculos ad ſucceſsionem illa-
rum fœminarum, & prouidebat i vtroq; caſu, vt ibi
patet & in §. cæterum, Inſti. de leg. agna. ſucceſ. Ita ꝙ
nulla eſſet dubitatio, non ſic eſt in ſtatuto prædicto.
Xandem opin. etiam tenuit Pet. de anchara. in repe. c.
canonum ſtatuta in. lxxxviij. col. verſi. vlterius po-
ne ſtatuto de conſti. Et ad hoc propoſitum adducit. d.
Lauren. in repeti. d. §. cæterum id quod in ſimili notat
Bal. in. l. conuenticulam. C. de epiſ. & clericis. Dum
vult in ſtatutis non habere locum argu. à contrario
ſenſu, & alia iura quæ retuli in quæſtionibus præcedē
tibus. Et hoc idem vult Modernus bono. in trac. do
tium vltima parte. in. iij. quæſtio. vbi adducit q̄dam
conſilia quæ non perquiſiui. Et cum prædicta opini.
tranſit Soci. conſi. lxxv. incip. difficultatem. ij. volu.
18 Volens quòd † ſtatutum prohibens ne maritus relin
quat vxori non procedat econtra. Ex his apparet ꝙ
19 † ſtatuto excludente matrem à ſucceſsione filij non
intelligitur filius excluſus à ſucceſsiōe matris, & idē
de ſimilibus caſibus, & dixit Pau. de ca. in. d. l. lege.
xij. tabu. quòd prędicta procedunt ſi ſtatutum loqua
tur priuatiuè & negatiuè, ſicut quando dicit quòd ſo-
ror non ſuccedat fratri, ſecus dicit ſi ſtatutum diſpo-
neret permiſsiuè & affirmatiuè, quia tunc videtur ta
20 citè diſponere econtra, vt quia † dicat ſtatutum quòd
vitricus ſuccedat priuigno. Nam videtur etiam taci
tè diſponere ꝙ priuignus ſuccedat vitrico, non ob-
ſtante quòd aliud ſis de iure communi. l. vitrico. C. cō-
mu. de ſuc. Quia ſtatutum in vno correlatiuorū cen-
ſetur ſtatutum in altero. l. fina. cum ibi nota. C. de in-
di. vidui. tollen. l. ſi ab eo cum ibi notatis. C. de legi.
hære. Tunc ſcilicet quando ratio diuerſitatis aſsigna-
ri non poteſt prout in hoc vltimo caſu. l. fina. Et ibi
narto. ff. de excep. & l. fi. vbi etiam nar. C. de cupre.
ex iu. dam. non exci. libro. xi. Notat Bald. in auctēn.
quas actio. C. de ſacroſan. eccle. in. ij. col. & in. l. fin
in. ij. col. C. de ædil. act. Pe. de ancha. in repe. c. cano-
num ſtatuta verſicu. vlterius quæro vtrum iſta corre-
ctio de conſti. in præmiſſo autem caſu vbi ſoror exclu
ditur à ſucceſsione fratris non eſt par ratio quòd fra-
ter nō ſuccedat ſorori, quia ratio pręſeruandę agnatio
nis, de qua dixi latè in tertio articulo princip. militat
in excluſione ſororis à ſucceſsione fratris, & non in
excluſione fratris à ſucceſsiōe ſororis. Et etiam in cor
relatiuis vbi adeſt diuerſa ratio diſpoſitum in vno nō
trahitur ad aliud. l. curatorem cum ibi notatis. C. de
inter. ma. Notat Alexan. in. l. ſi emancipati. ij. ſeu ter-
tia columna. C. de collationi. Et cum hac ſententia ēt
tranſit dominus meus Iaſ. in rubrica. ff. de acquirēda
poſſeſsio. in fine. Eſt tamen aduertendum ad id qđ
dixit Pau. de caſtro de vitrico & priuigno & in ſimi-
libus caſibus. qa vbi adeſſet i volumine ſtatutorū unū
ſtatutum diſponēs verba ſtatutorū debere intelligi ad
literam vel preciſè, quòd tunc ſtatutū non traheretur
ad aliud correlatiuorum in quo non eſſet expreſsè p-
uiſum ſecundum do. Bapti. de ſancto blaſio in tract.
correlatiuo. in quinta parte in. xxiiij. & xxv. fallen-
tia. Propterea quia talis extenſio fit ex tacito & ſubau
dito intellectu quamuis intrinſeco. d. l. fin. C. de indi.
vidui. tollen. & tacitus intellectus rejicitur vbi ad-
eſt tale ſtatutum, de quo dixi ſuprà in quinto articulo
21 principali in vigeſsimanona quæſtione. † Vbi au-
tem frater excluderetur à ſucceſsione ſororis vel ſi-
militer à ſucceſsione matris fortè dici poſſet, quòd
idem eſſet dicendū econtra vt ſoror à ſucceſsione fra
tris & mater à ſucceſsione filij excluderentur, tum ex
natura correlationis, quia non eſt dare diuerſam ratio
nem. immo maior eſſet ratio in caſu e conuerſo, tum
quia ex diſpoſitione d. l. lege. xij. tabu. in verſi. cum e-
nim ſucceſsiones debent eſſe reciprocè æquales, ita ꝙ
qualiter quis ſuccedit. taliter ei ſuccedatur, ꝗuis ille
tex. ſm inductionem Bal. & Pau. de caſt. faciat in con
trarium et ſtatuta bene recipiunt interpretationem paſ
ſiuam. l. i. §. i. cum ibi latè nota. ff. ad leg. falci. Bar. in
repe. l. omnes populi. in. vi. q. princi. ff. de iuſti. & iu-
re. Et alibi dixi. quod intelligo niſi adeſſet aliud ſtatutū
ex quo talis interpretatio prohibita cenſeretur, vt di-
xi. s. & in. v. articulo prin. in. xxix. q. Et hæc faciunt
ad ſtatutū Aſt. ſub rubrica vt liceat mulieri viduæ de
22 bonis ſuis diſponere. † volens mulierem tranſeuntem

ad ſecunda vota excludi à ſucceſsione filiorum primi
mariti. & econtra filios primi mariti ab eius ſucceſ-
ſione, vt ſi bona mulieris ſint in loco non ſubiecto ſta
tuto, quo caſu non poteſt eſſe reciproca excluſio non
habeat locum ſtatutum. et idē ſi ambę partes non ſint
ſubditę ſtatuto. vt dixi ſuprà in ſexto articulo quarto
membro xxvij. q. colum. finali.

23 QVARTO quæro † ſtante ſtatuto ꝙ extanti-
bus maſculis fœmina nō ſuccedat ab inteſtato niſi in
dote. Facto verò teſtamento non ſuccedat niſi quate-
nus pater ei duxerit relinquendum, an ſi pater decedat
ſine filijs maſculis vel cum maſculis non ſucceſsibi-
libus quod idem eſt, vt dicam. ī. in. xij. articulo prin.
in quinta quæſtione. Sit in facultate patris relinquere
filię quantum velit etiam minus legitima. bald. in lege
omnes populi in decima columna in fi. ff. de iuſti. &
iure. Tenuit ꝙ non, eo quia vnum caput ſtatuti trahi
tur ad alterum. l. vtrum. ff. de peti. hær. et hoc ſuadet
24 illa coniunctio † aduerſatiua verò, quæ eſt repetitiua
præcedētium qualitatum. Glo. in. §. ne lapilli. Inſti. de
re. diuiſi. quod etiam ſuadet natura coniunctionum
l. ſcię. §. gaio. ff. de fund. inſtru. Propter quod Baldus
redarguit quoſdam qui contrarium conſuluerunt, &
hoc idem formaliter ſequitur dominus meus Iaſ. in le
gē tranſigere columna fina. C. de tranſac. ſequitur etiā
domi. Lauren. in repeti. §. cæterum in. xx. colum. In-
ſtitu. de legi. agna. ſucceſ. Et hanc deciſionem puto
veram quamuis. d. §. gaio non conferat in propoſito,
eo quia loquitur in copula poſita inter duo connexa
in eadem oratione & in caſu noſtro coniunctio po-
nitur inter diuerſas orationes, quo caſu copula non
coniungeret cum præcedentibus qualitatibus. l. qui
fundum. ff. de contrahen. empti. & per Barto. in. d. §.
gaio, & quod traditur in. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogo
nus. ff. de uerbo. obliga. Sed hoc bene ſuadet nobis il
la aduerſatiua verò quæ eſt repetitiua præcedentium
exceptis his quibus euidenter aduerſatur, ſeu quę ad-
uerſatur in facto cum qualitatibus præcedentibus. l.
mariti §. fina. in glo. & ibi Barto. ff. de adulte. Cy. in
auc. ſacramenta puberum in princip. C. ſi aduer. ven-
di. Alexan. in. l. ſi filius à patre in prin. in. vij. colum
na cum ſequen. ff. de libe. & poſthumis. Vbi refert &
ſequitur prędictam deciſionem Baldi, & dominus
præceptor meus in. l. prima in tertia columna. ff. ne-
quis eum. poſt Pet. de auchara. in repetitione capi. ca
nonum ſtatuta in verſiculo quærit etiam Bal. de con-
ſtitu. Ad hoc etiam facit quod notat Barto. in. l. iij. §.
25 eritq; hæc differentia. ff. vi bo. rap. Vbi vult † dicta
in vno capitulo intelligi repetita in ſequentibus ca-
pitulis non diſtantibus ſiue proximis vbi non indu-
citur exorbitatio à iure communi. l. quemadmodum.
§. fi. ff. ad leg. acquilia. Inſti. eodem titulo §. hoc autē
capite &. d. l. mariti. §. hoc quinquennium circa quod
vltimum non inſtabo, quia materiam plenè examinat
do. Felyn. in. c. cauſam quæ in. iij. columna cum ſe-
quen. verſiculo clauſula refertur de teſti. ad cuius di-
cta me remitto.

26 QVINTO quæro † an ſtatuto prohibente bona
in non ſubditum transferri mulier forenſis videatur
prohibita ſuccedere parentibus in territorio ſtatuti,
pariter & fratribus vel alijs quibus de iure communi
ſuccedere poſſet. Cuma. tangit hanc quæſtionem in
conſilio octuageſimoquarto incipien. præſuppoſito
caſu loquēdo in terminis ſtatuti ciuitatis Feltri domi
nationis Venetorum quod prohibet per contractum
vel vltimam voluntatem vel alio quouiſmodo bo-
na transferri in non ſubiectum iuriſdictioni vel one-
ra communis feltri non ſubſtinentē, & decidit quòd
non videtur prohibita, quia verba ſtatuti non viden
tur loqui in cauſa inteſtati, & ſic i nihil faciente ſed in
eo qui mediāte aliquo actu & facto trāsferret. Aliud
autem eſt facere & aliud omittere, vt notatur in regu-
la delictum peſonę de regu. iuris. in. vi. & in. l. finali,
27 C. de acquirenda poſſeſsio. Et ſi dicatur quòd † qui
decedit inteſtatus videatur relinquere venientibus ab
inteſtato eo ipſo quòd alteri non relinquit, argumen.
l. ſi quis cum nullum, & l. conficiuntur. §. i. ff. de iure
codicil. Reſpondetur ſecundum eū ꝙ iſtud procedit
ex quadam iuris fictione, vt notatur in locis prædic
tis, ſed ſtatuta non trahuntur ad caſum fictum. l. iij. §.
hæc verba. ff. de neg. geſt. Barto. in lege omnes popu
li in. vi. quæſtione principa. ff. de iuſti. & iur. Baldus
in. l. non dubium. C. de legi. Imo. & Alexand. in le-
ge prima §. primo. ff. ad legem falcidiam. Et poſito ſe-
cundum eundem Cuma. quòd factum eſſet aliquod
teſtamentum in quo talis ſubditus foret hæres inſti-
tutus qui ab inteſtato ſuccedere poſſet, talis inſtitutus
licet non poſsit ſuccedere ex teſtamento quod pro-
pter ſtatutum redditur nullum, nihilominus ſuccedet
ab inteſta. l. ij. ſecundo reſponſo. C. ſi quis omiſ. cau-
ſa teſta. & argumen. inſti. de legi. agna. ſucceſ. §. fin. &
ff. de ſucceſ. edi. l. prima. §. ſciendum vbi excluſus ex
capite. Vnde liberi, admittitur ex capite, vnde legiti-
28 mi. ſubdit etiam poſſe defendi, † quod ſi talis foren-
ſis ſiue non ſubditus ante aditam hæreditatem, licet
delatam ſubijceret ſe iuriſdictioni loci ſtatuti & one
ribus communis adhuc ſuccederet, eo quia in non
ſuis hęredibus in cauſa inteſtati inſpicitur habilitas
& incapacitas temporis aditionis. l. ſi aliena §. in ex-
traneis. ff. de hæredi. inſtituen. l. ſi quis exhæredato.
ff. de iniu. rup. te. Alia ſubijcit quæ nō conueniunt ad
propoſitum noſtrum, videlicet an tale ſtatutum ex-
cludat clericum, de quo dixi in. vi. articulo princip.
primo membro. q. ij. Ego in prædicta quæſtiōe teneo
contrarium loquendo in laico forenſi ſiue non ſubdi
to, & moueor per tex. in. l. codicillis. §. matre cum ibi
notatis. ff. de lega. ij. & in. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de
verbo. obliga. iunctis ibi notatis per barto. Imol.
& Doc. & per barto. in. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ſecū
do. bald. in lege ea lege in. iij. q. C. de condi. ob cau. et
ibidem Ange. & Bald. in lege ſi quis prioris. §. cæterū.
C. de ſecun. nup. cum ſimilibus. Vbi volunt quòd
prohibitus alienare non tantùm per contractum ſed
etiam per vltimam voluntatem, vt dicit textus in di-
cto. §. matre in certas perſonas non poteſt hęreditatem
vel bona in eas nec ex teſtamento nec ab inteſtato le-
git imò iure transferre. Et cum hac opinione tranſit
Baldus in conſilio trecenteſimoquadrageſimonono.
incip. ſtatuto placentię. primo volumine vltima ſtam
pa, vbi dicit poſſe per ſtatutum prohiberi relinqui vel
per contractum alienari in forenſes, & quòd tunc vi-
detur prohibita hęredis inſtitutio. Sequitur idem Bal
dus conſilio tricenteſimodecimo incipien. ad euiden-
tiam tertio volumine etiam vltima ſtampa, & in lo-
cis prędictis habetur, an videatur prohibitum lega-
tum, & Bal. ad hoc ponit vnam declaratiōem conſi.
ccliij. incipi. caſus tertio volumine. Multi tamen
Doc. tenuerunt contrarium maximè Corneus con ſi.
ccxiij. inci. circa primum. i. & ij. col. ij. volumine. Li
cet contrarium teneant Fulgoſi. conſil. ccxv. incip. in
primo propoſitę conſultationis articulo, & Angel.
Imo. & Areti. in. l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum
obligationib. & Socinus conſi. ccxcij. incip. viſis ſta
tutis. j. volu. et aliqui in repe. §. diui. in. l. filiusfa. ff.
de legatis

de legatis primo. Et modernus ſenenſis in tractatu de
emptione & venditione in quarta parte. xvi. q. cum ſe
quen. Ad illud quòd dixit Cuma. de tali perſona ſub-
mittente ſe iuriſdictioni ſtatuentium ante hæreditatem
aditam ſiue facto teſtamento & deſtituto ſiue inuali-
do, ſiue non deſtituto, ſiue nullo condito teſtamen-
to, patet declaratio & deciſio ex his quæ dixi in præ-
cedenti articulo principali in vltimo membro in de-
cimaſexta quæſtione iunctis notatis per Pau. de ca-
ſtro in conſilio. cccxlij. incipien. videtur ꝙ dicta ſen-
tentia in volumine antiquorum conſiliorum ſecun-
dum primam impreſſionem, & in propoſito per Bar-
to. in. l. fi. in. vij. lectura. ff. de regu. cato. Bal. in. l. ij. C.
de legi. Pau. de caſtro in. l. cætera. ff. de lega. primo. Et
Alex. in conſil. iiij. incip. viſo themate vltima colum.
29 primo volumine vbi dicunt † ꝙ ſi fiat legatum forenſi
prohibito acquirere qui poſtea ſit capax & factus ſit ci-
30 uis teneat relictum. Quid autem ſi † ſtatutum prohi-
beat relinqui vxori vltra centum, an valeat relictum
ſibi factum diſtribuendum inter pauperes Io. an. in ad
di. ſpecu. in tit. de inſtru. edit. §. nunc vero aliqua poſt
medium in addi. incip. ad iſtum, vbi refert Guil. de
ſuz. & Alber. in tracta. ſtatu. in ſecunda parte in. q.
cxiij. incip. ſtatuto cauetur ꝙ nullus cum quæſtione
ſeq. Voluerunt ꝙ non valeat talis poteſtas ſi ſit data
ſoli vxori ne fiat fraus ſtatuto. l. ſcire. § i. ff. de tut. & cu
ra. da. ab his. Secus dicunt ſi iſta poteſtas ſit data vxo
ri & alij, quia ceſſat ſuſpitio fraudis, argu. c. pruden-
tiam de offic. delega. & c. ij. de ſta. mona. Idem etiam
vult Alex. in conſil. lvij. incip. proſpectis teſtamento
31 &c. ij. colū. ſecundo volu. vbi conſuluit ꝙ † ſtante ta
li ſtatuto poteſt diſponi per teſtatorē ne liceat hæredib⁹
alienare vel locare ſine vxoris licentia. Ita ꝙ ſi ſecus
fiat bona tertio applicentur. Et ad hunc caſum videa
tur conſilium Barba. xij. maximè in. xij. & xiij. colū.
cum ſequen. primo volu.

32 SEXTO quæro ſi † ſtatutum diſponat ꝙ fœmi
næ cum maſculis æqualiter non ſuccedant, an per il-
lud videantur à ſucceſſione excludi, & in quantum
Pau. de caſt. in conſilio cix. incip. reſpondendo breui
ter in fine primi dubij circa prin. in volumine antiquo
rum conſiliorum ſecundum primam impreſſionem
tenuit ꝙ per talem diſpoſitionem intelligatur fœmina
à ſucceſſione in totū excluſa. Motus quia licet ſtatutū
à contrario ſenſu innuat, ꝙ poſſit fœmina inæquali-
ter ſuccedere. l. qui teſtō. §. mulier. ff. de teſta. l. i. §. i. ff. de
offi. eius cui man. eſt iuriſdi. Et per cōſequens non vi-
deatur eam ex toto excludere, tamen quia nō declarat
qualiter inæqualiter debet ſuccedere, non cenſetur vo
luiſſe ꝙ inæqualiter ſuccedat, cum ſint paria non eſſe
& non apparere. l. ticiæ textores, & l. ſi quis legauerit
fundum cornelianum exceptis vineis. ff. de lega. J. &
l. in lege, & l. rutilia polla. ff. de contrahen. emp. Quia
credendum eſt ꝙ ſi ſtatutum voluiſſet eam in aliquo
ſuccedere declaraſſet. § ſin autem ad deficientis. C. de
cadu. tol. Sed ego non habeo hanc deciſionem pro tu
ta, quia ſi incertitudo vitiat hanc diſpoſitionem con
ſiderato fundamento Pau. de caſt. magis dicendum
eſt ꝙ ex quo non declarat quantū plus debeat habere
maſculus ꝗ fœmina ꝙ ſuccedere debeāt æqualiter, quia
tunc minus offendemus ius commune iuxta not. in
l. ij. C. de noxa. Et in. l. fi. §. in computatione. C. de iu-
re delibe. cum ſimili. Vnde puto ꝙ deciſio pendeat ex
his quæ dicā in nono articulo prin. in. J. q. Vbi decla
rabo, an quando ſtatutum vult fœminam non ſucce
dere cum maſculo ſed illam dotari, & non declarat
quanta eſſe debeat dos, vſq; ad quam ſummam ſit
dotanda.

33 SEPTIMO videndum eſſet † an ſtatutum præ
ferens agnatos in tutela cognatis videatur etiā in ſuc-
ceſſione præferre. Dixi. J. in. v. articulo prin.

34 OCTAVO quæri poſſet † de ſtatutis quæ vidē
tur habere repugnātiam, vt in ſtatutis ſenenſibus quo
rum vnum in ſucceſſione collateralium diſponit ꝙ ſi
quis deceſſerit ſine liberis & aſcendentibus ſuccedat
proximior parens defuncti vſq; ad quartum gradum
ſtāte alio ſtatuto ꝙ ad hæreditatē defuncti ſine filijs et
aſcendentibus mater vocetur vſq; ad certam portio-
nem, aliam habeant parentes maſculi ex parte patris,
& contingat aliquo mortuo ab inteſtato ſupereſſe
duos coniunctos vno ex latere paterno, & alio ex ma
terno proximiore, & idem de ſimilibus. dicendum
eſt ꝙ debent ad concordiam reduci. Corneus conſi.
lvij. colum. fi. ij. volumi. Et ꝙ ſit contrarietas eui-
tanda & ſtatuta ſint ad concordiam reducenda, vo-
luit etiam Corneus conſil. cxvj. incipien. difficultas
ij. colum. ij. volu. cum concor. allegatis. J. eo. v. arti.
prin. ix. q. Et facit conſilium Soci. conſi. cxxj. incip. vi
ſa. iij. col. i. volu.

35 NONO quæri poſſet, † an ſtatutum excludens
dotatam à patre, matre, fratre, vel auo &c. ab hæredi
tate patris, matris, fratris, vel aui &c. Si ex eis maſcu-
li ſupereſſent ſufficiat ꝙ ex altero iſtorum ſuperſit ma
ſculus. An verò debeat intelligi ꝙ ſupereſſe debeat
maſculus deſcendens à perſona de cuius hæreditate
agitur. dominus Philipp. Corneus conſilio. cxxx
iiij. incipien. eleganter prima & . ij. colum. ſecundo
volumi. Tetigit hunc paſſum, ſed quia eſt de mate-
ria tangenda in ſequenti articulo . xvi. q. ad ibi dicen-
da me remitto.

36 DECIMO eſt aduertendum ꝙ etiam † ex mo-
do excipiendi cognoſci poteſt, an ſtatuentes de aliqua
hæreditate non ſenſerint, putà an excluſa ab hæredita
te patris & fratris ſit etiam excluſa ab hæreditate ma-
tris, vt per Corneum conſi. lx. incipien. multa. i. co-
lum. iij. volumi. vult Soci. conſil. cxxi. incipien. viſa
iij. colum. primo volum.

37 VNDECIMO quæro, † ſi extent duo ſtatuta
vnum ꝙ in ſucceſſione decedentis ab inteſtato ſine de
ſcendentibus filiæ dotatæ veniant ad dimidiam, &
alij proximi ad aliam dimidiam. Stante alio & poſte-
riore ſtatuto ꝙ decedente aliquo ab inteſtato ſine de-
ſcendentibus mater ſuccedat in legitima. & proximio
res ex latere patris ſuccedant in reſiduum. An ſi ex-
tent mater filiæ defunctæ, & filius ſororis ipſius de-
functæ, & agnatus vno gradu magis diſtans, videli-
cet patruus magnus vel eius filius: erit locus primo
vel ſecundo ſtatuto. Corneus conſilio. xcv. incipien.
diu. ij. & . iij. colum. Tenuit nō poſſe eſſe locum primo
ſtatuto propter matrem quæ eſt in medio, quia non
poſſunt verificari verba ſtatuti iuxta notata per Bart.
in. l. iiij. § prætor ait in fi. commen. ff. de damno infec.
Sed dicit eſſe locum ſecundo ſtatuto, ita ꝙ mater de-
trahat legitimam, & patruus magnus vel eius filius
ſuccedat, & arbitror hanc partem ueram, quia hoc ca
ſu uerificatur ſecundum ſtatutum in verbis & ratio-
ne quæ fauet agnatis quæ eſt attendenda, vt dixi in ter
tio articulo principali. Et uerè ipſe Corneus eſt multū
obſcurus in hac materia & in expoſitione caſuum.

38 DVODECIMO quæro, † an ſtāte ſtatuto ꝙ
decedenti ab inteſtato ſine liberis ſuperſtitibus ſibi ali
quibus de ſua agnatione vſq; in tertiū gradū incluſiuè
ſuccedat proximior de agnatione, nepos ex filia faciat
non eſſe locum ſtatuto & deficere conditionem, ita

q; excludat fratrem aul vtrinq; coniunctum. dominus
Corne. poſt Bal. de bartoli. conſilio cclx. incipien. al-
legat, iiij. volumine tenuit q; ſic, quia verbum liberis
eos comprehendit. l. i. C. de condi. inſer. l. non ſine li-
beris, &. l. cognoſcere. ff. de uerborum ſignificatione.
Licet ſecus dicant ſi ſtatutum dicat de decedente ab in
teſtato ſine poſteris vel ſine his qui ſint de ſua genera-
tione, de quibus verbis etiam per Corneum conſili.
cxxiij. incipien. licet. ij. columna. iij. volum. &. cxxxiij.
incipien. in hac. iiij. volumine &. cccxvi. incipien. ui
detur. iii. volumine. Et laté conſilio. ccxix. incipien. ex
duplici. iii. columna. cum duobus ſeq. ii. volumine
&. xii. in. iii. columna. i. volumine &. li. iii. columna
iii. uolumine. Et Fulgo. conſi. xcviii. in. iiii. columna.
39 †Et ſi dicatur nõ exiſtentibus deſcendentibus uel aſcen
dentibus maſculis. Corneus conſil. ccxlvi. incipien.
videtur ſecundo volumine. & in alijs conſilijs pręalle-
gatis. Et dicetur Infra duodecimo articulo princi. xix.
quæſtione.
40 DECIMOTERTIO quæro† an ſi ſtatutum
prohibeat virum ſuccedere vxori vltra octauam par
tem ab Inteſtato ceſſantibus conſanguineis ſuccedet in
reliquo dominus Corneus conſilio. ccccxxiiij. Incipi.
cum in puncto quinta columna verſiculo & pro hac
quarto volumine. Diſtinguit an iſta prohibitio ſit fa-
cta fauore agnatorum & cognatorum, & tunc eis ceſ-
ſantibus ſuccedet in totum, aut in odium viri. & tunc
ſecus. nec poteſt intelligi ſtatutum. eo caſu quo ſucce-
ditur per vnde vir & vxor, quia illud edictum vo-
cat nullis exiſtentibus tranſuerſalibus lege prima. C.
vnde vir & vxor. Vnde oporteret ſtatutum intellige-
re in terminis auctenti. præterea. C. eo vel alterius iu-
ris ſpecialis, mouetur Corneus ex notatis in ſimili
quæſtione per Bal. in lege prima. C. de ſecundis nupt.
Vbi declarat quando in odium talis perſonæ vel fa-
41 uore cognatorum dicatur factum ſtatutum. † An au-
tem ſtatutum excludens fœminas propter agnatos ex-
cludat vxorem à ſucceſſione viri in caſu. d. auctenti.
præterea dicetur in articu. ſeq. xix. q.

SVMMARIVM.

1 *A quorum & quibus ſucceßionibus, rebus, hæreditatibus, & bonis fœminæ intelligantur excluſæ per talia ſtatuta fœminarum excluſiua.*

2 *Statutum fœminarum excluſiuum, an intelligatur eas excludere à ſucceßione forenſis habentis bona in territorio ſtatuti.*

3 *Statutum prædictum an fœminas excludat à ſucceßione clerici, ſi agatur de ei ſuccedendo.*

4 *Appellatione populi an ueniat clerus.*

5 *Statuto diſponente q; in alienatione rei immobilis minoris debeat interuenire certa ſolennitas tale ſtatutum ligabit clericum minorem.*

6 *Statuta & conſuetudines laicorum in realibus actionibus ligant clericos & ita obſeruatur in francia.*

7 *Emphiteoſis, quam quis tenet ab eccleſia utile dominium, licet ſit ab eccleſia acquiſitum, non eſt eccleſiaſticum.*

8 *Statutum laicorum diſponens q; matres non poßint diſponere in præiudicium filiorum niſi de quarta, ligabit hæreditatem clamidatæ. iij. ordinis ſancti Franciſci.*

9 *Statutum generale probibendo uel uetando, habilitando uel inhabilitando perſonam ad contractum uel teſtamentum nõ ligat clericos.*

10 *Stante ſtatuto q; ſi quis deceſſerit ab inteſtato, ſuccedant agnati uſque ad quartum gradum excluſis fœminis, tale ſtatutum non ligabit non ſubditum.*

11 *Statutum fœminarum excluſiuum an locum ſibi uendicet in bonis iudæorum & infidelium, ita q; fœminas ab eorum ſucceßionibus excludat.*

12 *Statutum prædictum an locum habeat in ſucceßionibus & bonis uſurariorum.*

13 *Statutum prohibens mulierem ſuccedere ex teſtamento, an uideatur etiam illam prohibere ſuccedere ab inteſtato.*

14 *Si ſtatutum prohiberet ſuccedere ex teſtamento prꝺterquàm in certa parte: quid tunc foret ab inteſtato.*

15 *Statutum prohibens mulierem ſuccedere ab inteſtato an uideatur excludere etiam ex teſtamento.*

16 *Veriſimile non eſt ſtatuentes uoluiſſe tollere ſeu coartare teſtandi facultatem.*

17 *Statutum loquens ab inteſtato locum habet in teſtamento imperfecto inter liberos.*

18 *Si ſtatutum excludat filiam extantibus maſculis ſalua teſtamentaria diſpoſitione teſtatoris, ex hoc ſtatuto non tollitur quin fœmina poßit petere quod ſibi reliquerit teſtator: nec quin ille poßit in alios diſponere.*

19 *Si ſtatutum dicat q; mater ab inteſtato non ſuccedat filijs niſi in legitima: & pater duabus filijs reliquerit pluſquam ſit legitima unius, minus tamen quàm legitima ambarum & unam alteri ſubſtituit, & ambabus ſubſtituit fratrem: an in aliquo mater ſuccedet.*

20 *Stante rubrica ſtatuti quòd mater nõ ſuccedat ſed proximiores coniuncti per patrem filijs, & nigrum loquatur quando pater deceßit ſine teſtamento an nihilominus locum habebit ſtatutum, eſto q; pater teſtatus deceſſerit dummodum de bonis filiorum non diſpoſuerit.*

21 *Statuto excludente maritatam ſaluo niſi pater uel mater aliquid ei reliquerint, an uideatur facultas dandi filiæ ſeu relinquendi coartata propter illud uerbum aliquid ita q; non liceat magnum relinquere.*

22 *Si unum ſtatutum excludit matrem à ſucceßione teſtati præterquam in certa parte: & aliud ſtatutum excludat fœminas ſimpliciter à ſucceßione inteſtati, an intelligatur in ſucceßione inteſtati reſeruata pars quæ peti poſſet.*

23 *Præſeruatum in cauſa teſtati, an generaliter ab inteſtato debeatur.*

24 *Sub ſtatuto excludente fœminas ab inteſtato an intelligatur comprehendi fœmina, quæ ex neceßitate aliquid per aliud ſtatutum ex teſtamento habere debet.*

25 *Quid ſi quis tantos haberet filios, q; ſinguli non poſſent tantum habere, quantum mandaret ſtatutum relinqui perſonæ excluſæ.*

26 *Si ſtatutum in prima parte excludat à ſucceßione ab inteſtato & in alia à ſucceſſione teſtati minus plené, an fiet extenſio de caſibus & perſonis in ſucceſſione ab inteſtato expreſſis ad cauſam teſtati.*

27 *Statutum fœminas ſimpliciter excludens ſi non dicat ex teſtamento uel ab inteſtato, an uideatur excludere à ſucceſſione tam ab inteſtato, quàm ex teſtamento.*

28 *Filia renuntians hæreditati paternæ cum iuramento, an intelligatur renunciaſſe ſucceſſioni quæ ex teſtamento defertur.*

29 *Pactum per quod renunciatur ſucceſſioni ex teſtamento, an ualeat.*

30 *Quid ſi ſtatutum dicat q; mulier tranſiens ad ſecunda uota nõ poſſit ſuccedere ullo modo uel ingenio.*

31 *Statutum loquens per uerbum ſucceſſionis, intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato.*

32 Stante

32 Stante ſtatuto quòd extantibus maſculis uel fratribus defuncti filia ab inteſtato non ſuccedat, ſi pater filium maſculum hæredem uniuerſalem inſtituat filiæq; modicum quid relinquat ita, quòd plus petere non poſſit. ſi contingat uiuo patre hæredem maſculum prædecedere: an mortuo patre filia à fratribus patris defuncti excludetur, an uerò in totum ſuccedet.

33 Statutum excludens fœminam à ſucceſſione decedentis ab inteſtato: an locum habeat ſi aliquis facit teſtamentũ nullum.

34 Decedens facto teſtamento nullo, inteſtatus decedere dicitur.

35 Teſtamentum nullum cauſa præteritionis filij, an poſſit filius approbare in præiudicium filiæ.

36 Quid de teſtamento imperfecto inter liberos.

37 Stante ſtatuto q. filiæ & neptes teneantur obſeruare teſtamẽtum & ultimam uoluntatem patris: an intelligatur de ualidis tam ratione inſtitutionis & præteritionis quàm ſolennitatis & numeri teſtium in tantùm q. non poſſint dicere teſtamentum nullum.

38 Statutum excludens à ſucceſſione decedentis ab inteſtato: an locum habeat in condito teſtamento ualido quod poſtea rumpitur agnatione poſthumi.

39 Quod tempus conſideratur ut quis inteſtatus dicatur deceſſiſſe facto teſtamento ſed poſtea reſciſſo: an tempus mortis an uerò reſciſſionis teſtamenti & quomodo conſideranda ſint uerba ſtatuti ab inteſtato.

40 Statutum excludens fœminas à ſucceſſione decedentis ab inteſtato, an locum habeat in ſucceſſione inteſtabilis ut eſt pupillus, furioſus, prodigus, & ſimiles.

41 Verba legis intelligenda ſunt prout loquuntur generaliter, non ſingulariter de iſto, uel de illo.

42 An probandus ſit communis uſus loquendi.

43 Iura exorbitantia à iure communi ſeu illud corrigentia loquentia de eo, qui talis eſt, locum ſibi non uendicant in eo, qui habetur pro tali.

44 Propria ſignificatio non tantùm ex alluſione uocabuli, & ſecundum diffinitionem uocabuli, ſed etiam ex legis autoritate ſumitur.

45 Tolleranda eſt improprietas uerborum, quam lex tollerat: & pariter illa quam tollerat communis intellectus.

46 Qualis eſſe debet communis uſus loquendi.

47 Statutum præferens agnatum maſculum fœminæ in ſucceſſione decedentis ab inteſtato ſine deſcendentibus non comprehẽdit ſucceſſionẽ infantis quia non poteſt habere deſcendentes.

48 Statuto excludens à ſucceſſione inteſtati fœminas, an habeat locum dato ſubſtituto pupillari tacitè uel expreſſè.

49 Quis propriè dicatur non teſtatus.

50 Statutum excludens fœminas propter maſculos, an intelligatur non ſolùm excludere ab hæreditate delata de iure communi uerum etiam à bonis ex alio ſtatuto filijs reſeruatis.

51 An dicatur quis decedere ab inteſtato quando non poteſt de bonis diſponere.

52 Statutum ſimpliciter fœminas à ſucceſſione aſcendentium extantibus maſculis excludens an intelligatur excludere tam à ſucceſſione bonorum maternorum quàm paternorum ſeu tam aui materni, quàm paterni & ſic de alijs.

53 Statutum excludens dotatam intelligi debet excludere à bonis dotantis.

54 Quid ſi uerba ſtatuti ſuadeant q. deſcendentes per lineam maſculinam, fœminas à ſucceſſione aſcendentium excludant.

55 Statutum q. frater conſanguineus tantùm in ſucceſſione fratris præferatur fratribus & ſororibus uterinis tantùm, an præferat tam in bonis à patre ad fratrem defunctum peruentis, quàm à matre & aliunde quæſitis.

56 Quæ dicuntur de fratre uterino, procedunt etiam in ſorore uterina.

57 Stante ſtatuto quòd maſculi fœminis præferantur, ſi mater decedat relicto filio, & filia, ac ſuperſtite marito cui filius uigore ſtatuti ſuccedat & demum ſi contingat filium mori, cui pater excluſa filia etiã ex diſpoſitione ſtatuti ſuccedat, & ipſum patrem tranſire ad ſecunda uota maſculumq; ex ſecundo matrimonio ſuſcipere: & demum pater moritur. An per germanum natum ex ſecundo matrimonio in totum excludetur filia ex primo matrimonio à paterna ſucceſſione: An uerò dicta filia ſuccedet in bonis matris ſeu quæ ad patrem ſuum peruenerunt.

58 Succeſſio filij patri proueniens debet præſeruari filijs primi matrimonij, quando pater tranſit ad ſecũda uota: ſicut præſeruatur ſucceſſio filij proueniens matri, quando ipſa tranſit ad ſecunda uota.

59 Statutum excludens filiam dotatam propter fratrem uel aliã perſonam à qua ſucceſſione intelligatur excludere, an à ſucceſſione dotantis tantùm.

60 Statutum dicens q. ſoror dotata à fratre non ſuccedat fratri non habebit locum ſi frater eã dotet de portione ſororiſmet.

61 Quid de dota à fratre de bonis communibus.

62 Quid ſi ſit dotata à patre communi & de eius bonis.

63 Quid quando uerba ſtatuti multum repugnant reſtringendo ad hæreditatem dotantis tantùm.

64 Statutum dotatam excludens ab hæreditate plurium nominatorum, ſi dicat dotata ab aliquo eorum, an intelligatur ab aliquo eorum de cuius ſucceſſione agitur.

65 Quid ſi ſtatutum dicat dotata à patre non ſuccedat in hæreditate eius, uel matris, uel aui materni, uel fratris.

66 Quid ſi dicatur q. excludatur ab hæreditate dotantis, & non dotantis.

67 Si ſtatutum dicat, q. dotata non ſuccedat patri, matri, auo uel fratri nec exprimat à quo ſit dotata; an referat à quo dotetur ad finem ut excludatur à ſucceſſione nominatorum in ſtatuto.

68 Statutum diuerſas perſonas dinumerans debet intelligi diuiſim, non cõiunctim & in qualibet perſona unam orationem comprehendere.

69 An ſit differentia ſi tale ſtatutum loquatur alternatiuè, uel copulatiuè. & quid plura copulata ad diuerſum finem tendentia operari habeant: & quomodo reſoluantur.

70 Statutum generaliter dicens q. dotata ab auo patre matre uel fratre nõ poſſit ſuccedere alicui ex perſonis dotantibus uel non dotantibus ſi maſculi ſuperſunt, intelligitur de maſculis ex eo de cuius hæreditate agitur.

71 Stante uno ſtatuto q. dotata à patre matre uel patruo quãdiu ſuperſint maſculi non ſuccedat: & alio ſtatuto q. dotata de bonis communibus non poſſit uenire ad diuiſionem uel communionem bonorum communium quæ remanſerunt penes fratres, ſi de dictis fratribus legitimi hæredes remanſerunt: an ex talibus ſtatutis filia à fratre dotata de bonis communibus excludetur à fraterna ſucceſſione ſuperexiſtente ex fratre fœmina.

72 Si appareat aliquam dotatam eſſe nec conſtat à quo, quis præſumetur illam dotaſſe & de quibus bonis.

73 Quando expenſa in facto eſt neceſſaria, illud præſumitur factum ab eo, qui facere tenetur.

74 Statuta talia fœminarum excluſiua an excludant à ſucceſſionibus iam quæſitis uel delatis tempore conditi ſtatuti.

75 Statutum excludens fœminam ab hæreditate unius, an in eadem ſibi locum uendicet poſtquàm deuenit ad alium.

76 Hæreditas defuncti poſtquàm adita eſt, impropriè illius dicitur hæreditas.

77 Filia quæ renunciauit ſucceßioni paternæ, nihilominus poterit ſuccedere fratri, etiam in bonis, quæ à patre peruenerũt licet in fratris ſucceßone nõ reperiantur niſi bona paterna.

78 Quid ſi in tali renunciatione iuramentum interueniſſet.

79 Quid ſi paterna hæreditas non eſſet per fratrem adita, nec ad alium tranſmiſſa.

80 Poteſt quis ex perſona alterius, quod non poteſt ex ſua.

81 Statutum excludens mulierem à ſucceßione unius, an generaliter ſibi uendicet locum in ſucceßione alterius

82 Statutum excludens propter unam perſonam, an uideatur excludere propter aliam non nominatam, in qua ſit par, uel maior ratio.

83 Statutum excludens dotatam à patre à ſucceßione matris aui materni & auiæ maternæ, multo magis excludere uidetur à ſucceßione patris.

84 Statutum excludens fœminã à ſucceßione propter agnatos, uidetur excludere ſororem à ſucceßione uiri.

85 Statutũ excludens à ſucceßione fratris, non intelligitur excludere à ſucceßione ſororis.

86 Statutum excludens à ſucceßione patris non intelligitur excludere à ſucceßione ſororis uel fratris.

87 Statutum excludens à ſucceßione patris locum non habet in ſucceßione matris.

88 Statutum excludens à ſucceßione matris, an excludat à ſucceſſione fratris.

89 De ſtricta ad latam ſignificationem an licitum ſit arguere in ſtatutis talibus.

90 De ſtatuto mandante ſtatutorum uerba ad literam intelligi & prout uerba ſonant: & quid importet.

91 Statutum excludens à ſucceſſione maſculi an intelligatur excludere à ſucceſſione fœminæ.

92 Statutum excludens à ſucceſſione patris, an excludat à ſucceſſione aui.

93 Si ex rubrica ſtatuti generaliter excluduntur dotatæ, nigrũ uerò non excludit eas generaliter, ſed ab hæreditate alicuius: an extendatur nigrum iuxta rubricam ad excluſionem à ſucceßione alterius non nominati in ſtatuto.

94 Rubrica adhoc ut poßit allegari & non reſtringatur per nigrum quid neceſſe ſit.

95 Verba nigri obſcura & ambigua declarantur per rubricam.

96 In materia odioſa, an indefinita æquipoleat uniuerſali, an uerò ſtrictè debeat intelligi.

97 Statuta licet taliter debeant interpretari ut aliquid operentur ultra ius commune: inuento tamen q̃ aliquid operantur debent reſtringi ut minus lædant ius cõmune, q̃ fieri poſſit.

98 Si rubrica generaliter admittat proximiores ex parte patris excluſa matre, & nigrum loquatur ſi pater deceſſerit ſine teſtamento: an excludetur mater etiam condito per patrem teſtamento.

99 Si rubrica dicat q̃ proximiores ſuccedant defuncto, & in nigro dicatur q̃ mater excludatur per proximiores conſanguineos: an auia paterna excludet matrem.

100 Si rubrica ſtatuti dicat q̃ dotata non ſuccedat extantibus maſculis: nigrum dicat q̃ dotata non ſuccedat matri uel alteri de linea materna: & q̃ dotata intelligatur quando conſtat de confeſſione dotis per maritum facta: uel de reali numeratione ad hoc ut excludatur ex generalitate rubricæ: an neceſſe ſit q̃ de dote conſtet iuxta declarationem nigri.

101 Limitationes quibus reſtringitur & interpretatur rubrica per nigrum.

102 Excluſa à patris ſucceſſione propter maſculos, an admittatur ad bona patris confiſcata quorum pars ex gratia eſt filijs reſeruata.

103 Quando à lege antiqua æquiparantur caſus uerus & fictus, in ſtatutis fit extẽſio de uno ad alium ex identitate rationis.

104 Excluſa à bonis paternis per ſtatutum, an poſſit uenire ad emphiteoſim patri conceſſam pro ſe & filijs aut nepotibus, aut ſaltem liberis.

105 Filiæ an comprehendantur in emphiteoſi, quæ patri conceditur & filijs, & quid ſi dicatur pro ſe & liberis.

106 Specialis conſuetudo circa ſucceſſionem rerum emphiteoticarum, ſtatutum ciuitatis, uel pactum generale communitatis ſeruãda ſunt: & ſecundum illa præſumitur facta cõceſſio.

107 Emphiteota eccleſiæ an teneatur ad onera publica & collectas, ſicut emphiteota priuati.

108 Statuta laicorum non extendantur ad bona emphiteotica eccleſiarum.

109 Emphiteota fiſci æquiparatur emphiteotæ eccleſiæ.

110 Emptores rerum eccleſiæ non gaudent eius immunitate.

111 Quæ dicitur magna penſio, ita q̃ habeat excuſare à collectis.

112 Percipiens fructum ſi pro domino ſoluat ſeu eius ratam poteſt tantum retinere de penſione aut repetere.

113 Statuta fœminarum excluſiua, an locum habeant in bonis feudalibus.

114 Statutũ de dote lucranda locũ non habet in bonis feudalibus.

115 An neceſſariũ ſit q̃ quis ſit hæres adhoc ut in feudo ſuccedat.

116 Statuto excludente filiam à ſucceſſione an poterit illa retinere feudum abſq; eo q̃ ſit hæres, ubi aliàs ex tenore feudi poteſt in eo ſuccedere.

117 Statuta fœminarum excluſiua, an excludant eas à iure patronatus præſuppoſito q̃ in eas illud poſſit transferri.

118 Si filia dotata non ſuccedit patri, quia renunciauit hæreditati, an nihilominus in iure patronatus ſuccedet.

119 Excluſa à ſucceſſione per ſtatutum, an intelligatur etiam excluſa quo ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.

120 Statutum priuans quem beneficijs intelligitur de beneficijs ſitis intra territorium ſtatuentium.

121 Conſuetudo localis non trahitur ad bona alibi ſita.

122 Statutum ſiue in rem ſiue in perſonam loquatur non trahitur ad bona ſita extra territorium ſtatuentium.

123 Stante conſuetudine Bononiæ q̃ uir poſſit uxori relinquere ſecundum ius commune, Regij uerò exiſtente contrario ſtatuto: ſi regius origine & Bononiæ ciuis habeat bona Regij & Bononiæ quoad bona Regij ſeruatur ſtatutum Regij: & quoad bona Bononiæ ius commune.

124 Diuerſitas locorum & iuriſdictionum facit cenſeri diuerſa patrimonia, eaq; diuerſo iure cenſeri.

125 Hæc diuerſitas patrimoniorum ex diuerſitate locorum eius eſt effectus, ut quis in eis poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

126 In ſtatutis excluſiuis fœminarũm an cõſiderandus ſit locus ubi bona ſita ſunt, an uerò locus originis, an locus hæreditatis aditæ, an locus ſtatuti ſub cuius iuriſdictione erat defunctus, an locus in quo eſt maior pars hæreditatis, an locus in quo ſint mobilia, an uerò locus ubi ſunt immobilia, & an locus ubi ſunt tranſportanda.

127 Statutum perſonam inhabilitans ſortitur effectum quocunq; perſona uadat, etiam extra territorium.

128 In conſequentiam uniuerſi ueniunt ea: quæ principaliter uenire non poſſunt.

129 Statutum

129 *Statutum Mediolani excludens mulierem à ſucceſsione deſcendentis exiſtentibus agaatis uſque ad ſeptimum gradum an excludat matrem originariam à Mediola. quæ nupſit Vigleuani, à ſucceſsione filij, quem Vigleuani concepit: ſed Mediol. peperit, qui filius bona habeat & Mediolaai & Vigleuani, quaſi illa mulier ſit forenſis ut ſortita forum uiri.*

130 *Statutum Florentiæ diſponens hæredem teneri ad integrè ſoluendum creditoribus non obſtante confectione inuentarij, ſe extendit etiam ad bona & creditores alterius territorij.*

131 *Datio curatoris non trahitur ad bona ſita extra territorium dantis, licet ſecus ſit in datione tutoris qui principaliter datur perſonæ.*

132 *Quid ſi quis eſſet eius ciuitatis dominãtis putà florẽtiæ, ubi bona haberet, ibiq; ſtatutum diſponeret de modo ſuccedendi: & iſdem bona haberet in loco ſubdito ciuitati, ubi aliud ſtatutum de ſucceſsione aliter diſponeret: quod horum ſtatutorum obſeruabitur.*

133 *Statutum fœminarum excluſiuum, an fœminam excludat ne ſuccedat in nominibus debitorum exiſtentium extra territorium.*

134 *Actiones ad res mobiles cenſentur quoad effectum res mobiles: & actiones ad res immobiles iudicantur prout de rebus immobilibus.*

135 *Nomina debitorum in Italia contracta & ibi ſoluenda annumerantur in bonis italicis: in Anglia uerò contracta & ſoluenda inter Angliea bona annumerantur.*

136 *Si quis habeat duo domicilia unum ratione originis, alterum ratione incolatus, quod uenit conſiderandum.*

137 *Actio ad dotem an dicatur de territorio ubi exigi debet, an uerò de territorio mariti.*

138 *Annui redditus, canon, cenſus præſtatio an iudicentur inter immobilia: & an cenſeantur de territorio loci defuncti, uel ubi debentur.*

139 *Excluſa ab hæreditate non intelligitur excluſa à dote materna.*

140 *Mulier habens filios prohibita teſtari de bonis mobilibus, uel immobilibus, uel donare, aut alienare in alias perſonas, an intelligatur prohibita de nominibus debitorum.*

141 *Excluſa ab ultima uoluntate alicuius, an intelligatur etiam excluſa à ſucceſsione delata per uiam ſubſtitutionis.*

142 *Quandoque quis habet per alium quod per ſe habere non poteſt: & per indirectum, quod directò habere non poſſet.*

143 *Stante ſtatuto urbis ueteris quòd ſi quis deceſſerit ſine liberis proximiores ex parte patris ſuccedant in patrimonio: & proximiores ex parte matris in matrimonio: an decedente aliquo ſine liberis uiua adhuc matre ſit locus ſtatuto ut proximiores ex parte patris ſuccedant in patrimonio & matri præferantur.*

144 *Excluſa à ſucceſsione per ſtatutum, an excludatur à prouiſione legis hac edictali in prin. C. de ſecun. nup.*

145 *Statuto excludente mulierem à ſucceſsione patris & matris ſaluo ſi ſibi aliquid reliquerunt per ultimam uolũtatem, uel aliter quod cum ratione relinqui poſsit: an illud aliquid intelligatur de modico, uel ad beneplacitum.*

146 *Data poteſtate diſponendi de aliquo, uideatur de reſiduo prohiberi.*

147 *Stante ſtatuto ianuæ ſub rubrica de ſucceſsione pupilli, quòd ſoror uterina ſuccedat in his quæ à linea materna proueniunt & in alijs bonis agnati proximiores: an agnati proximiores præferantur amitæ in omnibus bonis pupilli nulla ſubſiſtente ſorore uterina: an uerò amita præferatur agnato remotiori ut non ſit locus ſtatuto.*

ARTICVLVS OCTAVVS.

OCTAVO articulo principali. Vidē
1 dum eſt † à quorum & quibus ſucceſ-
ſionibus, rebus hæreditatib⁹ & bonis,
fœminæ intelligãtur excluſę per talia ſta
tuta excluſiua fœminarum.
2 ET primo poſſet quæri, † an intelligãtur excluſæ à
ſucceſsione forenſis habentis bona in territorio ſtatu-
ti, de quo dixi. ſ. in. vi. articulo princ. in primo mem-
bro. in. i. q. & continget etiam dicere. ĩ. hoc eo. articu.
in. xxiiij. q.
3 SECVNDO quæro, † an fœmina tunc intelli-
gatur excluſa à ſucceſsione clerici, ſi agatur de ei ſuc-
cedendo. Et hanc quæſtionem Roma. in ſingulari.
cccc xxxvij. incip. habeo caſum dicit ſe in facto ha-
buiſſe in ſucceſsione Cardinalis nouarieñ. qui tunc
mortuus erat relictis pluribus filijs & filiabus, & pro
pter eius ſcientiam peruenerat ad cardinalatum. & erat
conſtitutio in ciuitate Nouarieñ. ꝙ extantibus maſcu
lis fœminæ non ſuccederent, & dubitabatur an illa
conſtitutio haberet locum in ſucceſsione dicti domini
epiſcopi & cardinalis. attento ꝙ conſtitutio erat lai-
calis, & ipſe erat perſona eccleſiaſtica, & q̃uis Roma.
dicat ſe dubitare per. c. eccleſia ſanctæ Mariæ de con-
ſti. &. c. bene quidem. xvij. diſtin. Tamen concludit ſta
tutum in tali hæreditate ſibi locum vendicare per no-
tata per Io. an. in. c. ſi. de offi. deleg. in. vi. in nouel. per
illum tex. & quia in quibuſdam caſibus ſecularis ha-
bet poteſtatem clerum reſtringendi. xxiij. q. v. c. prin-
4 ceps, vbi glo. enumerat, licet † appellatione populi
non veniat clerus, vt in. c. i. de præben. & in. c. ſi ſenten
tiæ de ſen. excom. in. vi. Ad contraria reſpondet ꝙ lo
quuntur quando ſtatutum loquitur prohibendo per-
ſonam clerici ſuccedere. Et prædictam deciſionem re-
fert & ſequitur do. And. ſicu. in. c. quòd clericis in
xxxiij. &. xxxv. col. de foro compe. Motus maximè
quia ſtatutum diſponit tempore quo mortuus eſt cleri
cus. & de bonis peruentis ad laicos, ita vt non atten-
datur tempus quo clericus viuebat: cum viuentis non
ſit dare hæreditatem. l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæ-
re. Et ad hoc adducit glo. valde ſingularem in. l. illa
inſtitutio. ff. de hære. inſti. quæ dicit ꝙ teſtator diſpo-
nit de rebus tempore quo non eſt futurus dominus.
Facit. xiij. q. i. c. ex his omnibus, adducit etiam quòd
dixit Saly. in auct. caſſa vltima colum. C. de ſacroſan.
5 eccle. ꝙ † ſtatuto diſponente ꝙ in alienationibus rei
immobilis minoris debeat interuenire aliqua ſolenni-
tas, tale ſtatutum ligabit clericum minorem, de quo
per Alex. in conſi. cx. & ſeq. in. ij. volu. Ad cuius di-
cta quantùm ſit ad iſtud ſimile me remitto. Et ita etiam
tenuit Bal. in. l. j. ix. col. verſi. ſed hic vlterius quæri-
tur. C. de ſum. tri. dicens ꝙ in tali beneficio ſtatuti præſ
byter & clericus includitur, & in ſpecie idem Bal. cõ-
ſil. xxx. iiij. volu. & Cardi. in repe. c. perpendimus. viij.
q. de ſen. excom. Vbi refert Io. de ligna. Fran. de alber
go. & Lap. ita conſuluiſſe, ſequitur Panor. in. c. con-
ſtitutus per illum tex. de in integ. reſti. &. in. c. quod cle
ricis vltima charta poſt Ant. de but. de fo. compe. &
Anto. de but. in. c. quæ in eccleſiarum. i. col. de conſti.
Ad idem poteſt adduci quòd dixit Bal. in. c. cum ve-
niſſent in. ij. colum. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer.
6 per illum tex. vbi poſt Guil. de cu. Dicit † ꝙ in realibus
actionibus ſtatuta & conſuetudines laicorum ligant

elericos, & ita dicit ſeruari in regno Franciæ cum res
ſint de territorio regis. Subdit φ alibi dixit aliter & be
ne. ſed pro hac deciſione melius facit, quia bona tran-
ſeuntia à perſona eccleſiaſtica in laicum conſiderantur
& iudicantur, vt non eccleſiaſtica per nota per Dy.
& Bart. ac doc. in l. paulus in fi. commen. ff. de acqui.
hære. Bar. & Dy. ac doc. in l. licitatio §. fi. ff. de publi
ca. & glo. & doc. in cle. fin. de cenſi. Fede. de ſenis in
conſil. xi. incipi. quæſtio talis eſt. Gemi. in. c. quamquam de
cenſi. in. vi. Bal. in marga. in verbo contractus verſi.
penul. in fi. Io. an. in. c. i. de immu. eccle. & in addi.
ſpecu. eo. ti. in fi. Archi. in. c. ij. xi. q. i. Bal. in conſil.
xxxi. incip. ſtatuto ciuitatis Aſt. iij. volu. ſecundum
penultimam impreſſionem & in tit. de pace conſtan.
in verbo nos romanorum, & Ioan. de piatea in l. ne-
mo. C. de dig. lib. xij. Et facit quòd fortius dicam infra
hoc eo. arti. in. xxij. q. vbi teneo φ ſtatutum habeat lo
7 cum in emphiteoſi quam quis tenet ab eccleſia, quia il
lud vtile dominium licet ſit ab eccleſia acquiſitum &
eius prætextu eccleſia recognoſcatur, tamen non eſt ec
cleſiaſticum. Et ita tenet in hac quæſtione Panor. in d.
c. eccleſia ſanctæ Mariæ in fi. commen. Vbi etiam Fe-
ly. in. xxviij. colum. vij. q. & Pet. de ancha. in repe. c.
i. xi. q. prin. xxxvij. colum. de conſti. verſi. hic etiam
quæ eo. ſequitur Barba. conſil. li. iij. volu. Et Decius in
d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ penul. charta. Et cum iſta
opinione etiam tranſit Soci. conſilio. ccxxx. incipi. vi
ſo teſtamento penult. col. & fi. i. volu. Vbi conſuluit
φ præſuppoſito φ mulier clamidata tertij ordinis ſan
cti Franciſci diceretur perſona eccleſiaſtica, nihilomi-
8 nus † ſtatutum laicorum mandans φ matres non poſ
ſint diſponere in præiudicium filiorum, niſi de quarta
ligabit talem hæreditatem clamidatæ per fundamenta
ab eo relata. Sed dictam deciſionem non puto veram,
9 eo quia † ſtatutum quantumuis generale prohibendo vel ve-
tando non ligat clericos, vt per Panor. & Docto. in.
c. eccleſia ſanctæ Mariæ col. fi. de conſti. & in. c. quod
clericis de foro compet. Et idem quando habilitat vel
inhabilitat perſonam ad contractum vel teſtamentum
vt per Alex. conſil. xliiij. incipit. videretur. iiij. col. ver
fi. & ſic manifeſte & in fi. conſilij. v. vol. poſt Imol. in
10 d. c. quod clericis. iij. colum. qui dicit φ † ſtante ſtatu-
to φ ſi quis deceſſerit ab inteſtato, ſuccedant agnati vſque
ad quartum gradum excluſis fœminis, tale ſtatutum
cum loquatur in perſonam non ligabit non ſubditum
& dicit ibi ſe ita conſuluiſſe.

11 TERTIO quæro, † an hoc ſtatutum vendicet
ſibi locum in bonis & ſucceſſionibus iudæorum &
infidelium, ita φ fœminas ab eorum ſucceſſionibus
excludat, de hoc dixi. ſ. in. vj. articulo princi. In pri-
mo membro in. iij. q. Sed quia iudæi communiter ha-
bent bona per vſurariam prauitatem acquiſita, an in eis
habeat locum ſtatutum, dicam in. q. ſeq.

12 QVARTO quæro, † an talia ſtatuta habeant lo-
cum in ſucceſſionibus & bonis vſurariorum, in qua
materia eſt diſtinguendum φ aut ſtatutum excludit fœ
minam ab impugnando teſtamentum diſponens eam
debere eſſe contentam, eo quod ſibi relinquitur. Et tunc
cum vſurarius manifeſtus teſtari non poſſit, vt patet
in. c. quamquam de vſur. in. vj. Non habebit in eius teſtamen-
to locum ſtatutum etiam ſi ſit iudæus qui teſtetur. Nam
licet pœna. d. c. quamquam non habeat locum in iudæis, vt la
tè etiam ſubtiliter probat do. Fran. de are. in conſilio.
clviii. incip. coptosè &c. Vbi dicit ipſum poſſe teſtari
quamuis ſit vſurarius, tamen ſtatutum prædictum ema-
nans in fauorem agnatorum & publicæ vtilitatis non
debet eis prodeſſe, vt dixi. ſ. in vi. articulo prin. In pri-
mo membro. iii. q. Et ad ibi dicta me remitto cum li-
mitationibus ibi poſitis. Aut verò ſtatutum loquitur
de ſucceſſione inteſtati, & tunc non video cur ſeruari
non debeat ſtatutum inter hæredes, licet ipſi hæredes
teneantur ad reſtitutionem vſurarum vt patet in. c.
tua nos de vſur.

13 QVINTO quæro, † an ſtatutum prohibens
mulierem ſuccedere ex teſtamento, videatur etiam
prohibere illam ſuccedere ab inteſtato, vt quia di-
ſponat filiæ nuptæ extra territorium nihil poſſe ex te-
ſtamento relinqui. Io. de ana. in conſilio. lxxix. incip.
viſis quæ in facto. i. colum. Dixit φ ſic & nihil alle-
gat, ſed eſt text. in l. codicillis §. matre. & ibi notatur
ff. de lega. ij. Et dixi in præce. articulo in. v. q. Qui e-
nim decedit inteſtatus videtur tacitè relinquere. l.
conficiuntur in principali & l. ſi quis cum nullo. ff.
14 de iure codicil. Sed † ſi ſtatutum prohiberet ſuccedere
ex teſtamento præterquam in certa parte, quid tunc foret
ab inteſtato. dicam. j. in. vii. q.

15 SEXTO quæro quaſi econtra, † an ſtatutum pro
hibens mulierem ſuccedere ab inteſtato, videatur e-
tiam excludere ex teſtamento. Pau. de caſtro in conſi-
lio. cclxxxiii. incip. ſuper eo quod quæritur in volumi
ne antiquiorum conſiliorum ſecundum primam impreſſio-
nem tenet φ non & nihil allegat. puto diſtinguendum
φ aut quærimus, an intelligatur excluſa à facultate impu
gnandum teſtamentum maximè per contratabu. quæ
ex teſtamento datur, & de hoc latè dicam infra in no-
no articulo principali prima quæſtione & in decimo
articulo quarta quæſtione. Aut à beneficio ſucceſſio-
nis & acquiſitionis bonorum ſibi ex teſtamento reli-
ctorum, & tunc vera ſit opinio Pau. de caſtro. Tum
16 quia † non eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe tollere ſeu
coartare teſtandi facultatem contra. l. i. C. de ſacroſan.
eccle. & nota. in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff.
de verborum obligatione. Tum quia non cenſetur ſta-
tutum voluiſſe facere filiam ſeu fœminam deterioris
conditionis quàm extraneum cui poteſt talis teſtator
relinquere, vt dicam infra duodecimo articulo princi-
pali in ſeptima quæſtione vel octaua facit. l. cum acu-
tiſſimi. C. de fideicom. & quòd habetur in. l. cum. a-
uus. ff. de condi. & demon. & in l. generaliter. §. cum au
tem. C. de condi. inſti. Tum quia non licet per omnia
arguere de cauſa inteſtati ad cauſam teſtati, vt patebit
ex dicendis in dicto nono articulo principali maximè
in prima quæſtione & in decimo articulo quarta quæ-
ſtione. Et patet ex notatis in auctentica præterea. C.
17 vnde vir & vxor †. An autem ſtatutum loquens ab
inteſtato habeat locum in teſtamento imperfecto inter
liberos tradunt Moderni & dominus præceptor me-
us in lege hac conſultiſſima § ex imperfecto. C. de te-
18 ſta. Et † ſi ſtatutum excludat filiam extantibus maſcu-
lis ſi ſine legitimis deſcendentibus decedant ſalua teſta-
mentaria diſpoſitione patris vel fratris, talis reſerua-
tio intelligitur φ ſi pater vel frater fœminæ aliquid re-
linquant illud petere poſſit, non autem quòd pater
vel frater non poſſint vltra ſtatuti diſpoſitionem in a-
lios diſponere, vt minus lædatur ius commune. c.
cum dilectus de conſuetu. Ita vult Soci. conſilio no-
nageſimoſecundo incip. circa primum quarta colum-
na in fin. primo volumine verſiculo nec obſtat cau-
19 da ſtatuti. Et † ſi ſtatutum dicat quòd mater ab in-
teſtato non ſuccedat filijs, niſi in legitima, & pater
duabus filiabus reliquerit plus, quam ſit legitima vnius
& minus quàm ſit legitima ambarum & vnam alteri
ſubſtituerit, & ambabus decedentibus ſubſtituerit
fratrem ipſius teſtatoris, an mater in aliquo ſuccedet.

dominus

dominus Philip. corneus in terminis ſtatuti Nurſiæ,
arguit quòd mater non ſuccedat. Eo quòd filiæ di-
cantur teſtate decedere lege patris & filij.ff. de vulg. &
pupil. Et mater excludatur lege papinianus §. memi-
niſſe.ff.de inoffi. teſta. Poſtea decidit quòd mater ſuc-
cedat licet quanta ſit legitima ſit dubium ſecundum
eum. Sed prima opinio videtur verior vbi filiæ de-
ceſſerunt impuberes. Cæterum in fine huius ſextę
20 quæſtionis. Eſt aduertendum quòd † ſtante rubrica
ſtatuti quòd mater non ſuccedat ſed proximiores con
iuncti per patrem filijs. Si nigrum loquatur quando
pater deceſſit ſine teſtamento, nihilominus habebit lo-
cum ſtatutum, eſto quòd pater teſtatus deceſſerit, dum
modo de bonis filiorum non diſpoſuerit, nec eis te-
ſtamentum fecerit iuxta legē patris & filij.ff. de vulg.
& pupil. & .l. papinianus.§. ſed nec impuberis .ff. de
inoffi. teſta. ſecundum Cor. conſilio cxxxiij. incip.
quàmuis tertia columna in fi. cum ſeq. ſecundo volu-
mine. Eo quia rubrica generalis diſpoſitiue poſita po-
teſt pro text. allegari vt ibi iunctis quæ latius dicam
infra eodem vigeſima quæſtione. Et quia verba nigri
à contrario ſenſu ſolum repugnant rubricæ, videlicet
quòd ab inteſtato ſecus ſit, & argumentum à contra-
rio ſenſu ſicut non debet admitti contra expreſſum ſen
ſum iuris, vt habetur in.l.conuenticulam.C.de epiſ.
& cle.& in.l.ij.C.de condi.inſer.& in.l.i §.huius ſtu-
dij.ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. Pariter non debet
ſumi contra expreſſum ſenſum rubricę. Et quia verba
ſi deceſſerit ſine teſtamento debent intelligi quatenus
deceſſerit.l. ſtichus qui meus erit.ff. de lega. primo.
Cum quo ad bona filiorum pater non diſponens dica
tur inteſtatus decedere, ſicut pater qui non diſponit
de tutore dicitur quo ad tutellam deceſſiſſe inteſtatus,
vt eſt expreſſum in.l. in teſtamento.ff.de legi.tuto. &
in.§.quòd autem lex, inſti.eodem. Ita quòd vbi tracta
tur de filij ſucceſſione prout in caſu prædicto non ſit
habenda conſideratio paterni teſtamenti, vt ibi latius
per Corne. & conſilio.ccv.incipien. quanquam quar
to volu. Iunctis his quæ dicentur infra in vndecimo
articulo in tertia quęſtione propè fi. Vbi tangetur, an
portione delata virtute ſtatuti poſſit pupillariter vel
aliter per patrem filijs ſubſtitui. Quid autem erit dicen-
21 dum † ſi ſtatutum excludat fœminam maritatam ſeu
dotatam à paterna & materna ſucceſſione extantibus
filijs maſculis, ſaluo niſi pater vel mater aliquid eis in
teſtamento vel alia diſpoſitione reliquerint ſeu tradi-
derint &c. vt in ſtatuto noſtro aſtenſi, an videatur co-
arctata facultas dandi vel relinquendi filiæ in magna
quantitate propter illud verbum aliquid, quòd ali-
qui interpretati fuerunt in modico, dicam infra in ſeq.
arti. in fi. vel circa fi.

22 SEPTIMO quæro † ſi vnum ſtatutum fœmi-
nam, putà matrem excludat à ſucceſſione teſtati præ-
terquàm in aliqua parte, & extet aliud ſtatutum ex-
cludens fœminas ſimpliciter à ſucceſſione inteſtati, an
intelligatur in ſucceſſione inteſtati reſeruata pars quæ
peti poſſet ex ſtatuto diſponente in cauſa teſtati Bal. in
conſilio.xliij. incip. quidam nomine Blaſius ſecundo
volumine ſecundum penultimam impreſſionem te-
nuit quòd ſic. Motus quia ſi ex teſtamento aliquid ne-
ceſſario debetur multo magis ab inteſtato, ſicut dici-
mus de legitima teſtati quæ oritur à cauſa inteſtati lege
cum quæritur.C. de inoffi. teſta. Et loquitur in termi-
nis ſtatuti ſancti Seuerini, ſed idem Bal. in conſilio
liii. incip. opinio communis in terminis eiuſdem met
caſus & ſtatuti mutauit ſententiam dicens, quòd quia
ex primo ſtatuto debebatur legitima matri ex teſtamen
to, non videtur comprehenſa in ſecundo ſtatuto fœ-
minas ſimpliciter excludente, quia illi demum debe-
tur legitima ex teſtamento qui poteſt ab inteſtato ſuc-
cedere, vt in.d.l.cum quæritur, & in auctentica no-
23 uiſſima.& lege parentibus.C.de inoffi. teſta. † In qua
q̄ōne puto diſtinguendū ꝙ aut ſtatutum excludens fœ-
minam à ſucceſſione teſtati, præterquàm in certa parte
vult illam partem de neceſſitate relinqui. Et tunc credo
quòd ab inteſtato etiam debeatur, & non vltra, per ea
quæ dixi ſuprà in hoc eodem articulo in quinta quæ-
ſtione. Et quia idem iuris eſſe debet de toto quo ad to-
tum, quòd de parte quo ad partem, lege quæ de tota
cum ſimili.ff. de rei vendi. Et non eſt inconueniens
quòd pars quæ ex teſtamento debetur etiam ab inte-
ſtato debeatur, cum fortior ſit cauſa teſtati, quia ſuc-
cedentes ab inteſtato ſæpe poſſumus excludere per te-
ſtamentum, & dicam in nono articulo principali in
prima quæſtione facit lex ſi pars .ff. de inoffi. teſta. &
c. fin. de re iudi. & lex quàm diu .ff. de acqui. hære.
Notat Imol. in lege quotiens.§.ſi duo vltima columna
ff. de hære. inſti. Et quòd latè dicam in propoſito in-
frà in decimotertio articulo principali in octaua quæ-
ſtione. Aut ſtatutum non neceſſitat ad illam partem re
linquendum. ſed dicit quòd non liceat plus relinque-
re ex teſtamento. Et tunc ſi ſit perſona cui de iure com-
muni ad validitatem teſtamenti erat aliquid relinquen
dum illud etiam ab inteſtato debebitur per eandem ra-
tionem, quia illa pars non tollitur ex toto per ſtatu-
tum. quòd ſi non ſit talis perſona cui de iure commu
ni nihil ex teſtamento ſit neceſſario relinquendum,
tunc non credo quòd illud ab inteſtato debeatur. ar-
gu. eorum quæ in ſimili dicimus de filijs naturalibus
tantùm quibus lex communis permittit relinqui cer-
tum quid ex teſtamento, & ab inteſtato in illa parte
extantibus filijs legitimis non ſuccedunt .§. diſcretis
cum ſeq. in auctentica qui. mo. na. effi. ſui, & quòd
notat in auctentica licet .C. de na. libe. Redeundo igi-
tur ad terminos prædictę quæſtionis. dicendum vi-
24 detur quòd † ſub ſtatuto excludente fœminas ab in-
teſtato non intelligatur comprehendi fœmina quæ ex
neceſſitate aliquid per aliud ſtatutum ex teſtamento
habere debet pro parte debita ex teſtamento, quia vnū
ſtatutum aliud diſtinguit & declarat, & ad aliud tra-
hitur lege non eſt nouum cum ibi notatis, &.l.nam &
25 poſteriores.ff.de legi.l.vtrum.ff.de peti.hęre. Sed † ſi
quis haberet tot filios qui non poſſent pro virili habe
re tantam partem quantam mandaret ſtatutum relin-
qui perſonę excluſę, quo ad alias partes quanta debe-
ret eſſe portio à ſtatuto taxata colligitur ex notatis per
glo. & doc. in.l.ſi arrogator.ff.de ado. & per glo. in
§.cum autem in verbo bonorum.inſti.eo.ti. Nec mi-
hi placet quòd dixit Bal. in dicto conſilio. liij. Dum
vult matrem cui ex teſtamento non licet relinquere ni-
ſi certum quid, putà legitimam, in totum ab inteſtato
ſuccedere, non obſtante alio ſtatuto fœminas à ſucceſ-
ſione inteſtati excludente, quia vt dixi etiam ſi non eſ-
ſet illud aliud ſtatutum pro ea parte pro qua ex teſta-
mento ſuccedere non poteſt ab inteſtato videtur prohi
bita. facit.l.codicillis.§.matre.ff.de lega.ij. cum ibi tra
ditis. Et dixi.ſ.in.v.q. Et voluit do. Benedictus capra
in conſi.iiij.in.ij. columna in ſecundo dubio, vbi lo-
quitur in terminis ſtatuti Aſculi quòd diſponit ma-
trem ad ſucceſſionem filiorum venire non poſſe ex-
tantibus fratribus vel ſororibus defuncti, pręterquā
in legitima quam petere poſſit ſaluis inſtitutionibus
à filijs factis & ſubſtitutionibus factis à parentibus,
propter quę verba vltima ſtatutum loquitur in cauſa

teſtati, & dominus Benedictus concludit illam etiam
26 ab inteſtato, ſalua legitima excludi. Et † ſi ſtatutum
in prima parte excludat à ſucceſſione ab inteſtato &
in alia à ſucceſſione teſtati minus plenè. an fiet exten-
ſio de caſibus & perſonis in ſucceſſione ab inteſta-
to expreſſis ad cauſam teſtati, latè Soci. qui relinquit
indeciſum in conſil. cl.j. volumine.cc.columna cum
multis ſeq. ver. ſupereſt.

27 OCTAVO quæro quid † ſi ſtatutum ſimplici-
ter excludat fœminas propter maſculus & non dicat
ex teſtamento vel ab inteſtato, an videatur excludere à
ſucceſſione tam ex teſtamento quàm ab inteſtato de-
lata hanc quæſtione tangit Bal. tranſitoriè in.l.i.C.de
leg.hære. & Paul.de caſtro in conſilio cccxc. incip. ſu
per primo quæſito prima columna in volumine anti-
quorum conſiliorum. & Cu. in conſi. xlviii. inci. ſtatu
tum Florentiæ dictat & modernus bono. in trac. do-
tium vlti. parte. in. lxxiiij.q. incipi. ſtante prædicto ſta
tuto quòd filia. vbi concludunt quòd ſolum ſibi ven
dicat locum ab inteſtato, pro quo adducitur quod di-
xit Bal. in lege pactum. in tertia quęſtione.C. de colla.
28 vbi voluit filiam quę renunciauit ſucceſſioni paternę
cum iuramento, non intelligi renunciare ſucceſſioni
quę ex teſtamento defertur.l.fin.C.de pactis. & quod
no. in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.
obli. quia hoc modo impediretur teſtamentum patris,
quòd eſſet abſurdum, ſed hoc ſimile de pacto cum
ratione ſua poteſt mordert, quia bene valet ſtatutum
quòd non poſſit fœminę etiam ex teſtamento relin-
qui, vt dixi in primo articulo principali in tertia quę-
29 ſtione † an autem valeat pactum per quod renuntia-
tur ſucceſſioni ex teſtamento, remitto me ad no. per
Bal. in.d.l.fi.iiij. columna ver. venio ad ſecundum.
per Imol. in.c. quàmuis. de pactis. per Alex. in.d.l. ſti
pulatio hoc modo cõcepta. in. ij. columna, per Fran.
de are. poſt Imol. in.l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hæ-
re. Credo tamen deciſionem prędictam veram, ea ma
ximè ratione, quia aliàs poſſet cenſeri melloris condi-
tionis extraneus quàm ipſa fœmina cõiuncta defun-
cto. vt dixi ſuprà hoc eodem articulo ſexta quæſtio-
ne, & hanc opi. tenet Alexan. in addi. ad Bald. in.d.l.
j.C. de legi. hære. vbi allegat concord. quę perquirere
poterit diligens & ſollicitus perquiſitor, quia ego non
inueni, nec Barto. & Bald. in.l.fin.C. de pactis, qui
ſolent ad hoc allegari hoc dicunt. Prędicta concluſio
eſt limitanda niſi ſtatutum generaliter & per verba prę
ciſa loqueretur ſecundum Bald. in conſilio. ccxv. inci
pien, quæritur vtrum tertio volumine ſecundum pe-
30 nultimam impreſſionem, vt quia dicat † ſtatutum quòd
mulier tranſiens ad ſecunda vota non poſſit ſuccede-
re filio vllo modo vel ingenio, quia tunc tam ab inte-
ſtato quàm ex teſtamento ſuccedere non poterit, quia
verba ſtatuti præciſa non recipiunt diſtinctionem.l.
in fraudem.ff.de mili. teſtam. cum ſimill. Dicit tamen
31 Mari. in conſil. xxx. inci. quamuis. ix. colum, quòd † ſi ſta-
tutum loquatur per verbum ſucceſſionis intelligatur
de ſucceſſione ab inteſtato ex natura talis verbi ğ not.
in.l.iij.§.de illo.ff.pro ſocio. vt ibi latius per eum. de
quo etiam & an legitima debeãtur vt ſucceſſio. tradit
Soci. conſil. cl.1. parte. ix. col. verſi. vij. confirmatur.
& in. xix. col. in fi. eo. vol.

32 NONO quæro † ſtante ſtatuto quòd extantibus fi-
lijs maſculis vel fratribus defuncti filia fœmina ab in-
teſtato non ſuccedat, ſi contingat patrem condidiſſe te-
ſtamentũ, in quo filium maſculum inſtituerit ſuum hę
redem vniuerſalem & filiã in modica re ita quòd plus pe-
tere non poſſet, qui maſculus viuo patre prędeceſſerit,
an mortuo patre filia à fratribus defuncti ſibi patruis
excludetur an vero in totum ſuccedet. bal. in.l. quo-
tiens §. ſi duo. in fi. commen. ff. de hære. inſti. dicit ſe cõ
ſuluiſſe quòd filia fœmina in totum admittatur propterea
quia non ſumus in cauſa inteſtati, quamuis filia ſit in mo
dico inſtituta ita quòd plus petere non poſſit & filius vni-
uerſalis hęres inſtitutus ſit prędefunctus. mouetur quia
teſtator non videtur prohibuiſſe ius accreſcendi niſi fa
uore filij maſculi inſtituti, quo defuncto ceſſat cauſa
excluſionis & conſequẽter prohibitio per no. per Bar.
ibi, & inſuper ex mente eius ſi inſtitutio fieret per mo-
dum quoq; non poſſet prohiberi ius accreſcendi, ne cõ
tingeret teſtatorem pro parte decedere teſtatum & pro
parte inteſtatum contra.l. ius noſtrum. ff. de reg. iu. fa
cit.l. ſeruus communis ab extero. ff. de acquir. hære.
& iſta eſt veritas vt patet ex notatis in.d.§ ſi duo. & in
l. ſi quis ita hæres inſtituatur. & latè per Imol. in.l.i.§.
ſi ex fundo. ff. de hære. inſti. & per docto. in.l. quotiẽs
cum concor. ibi allegatis per Alex.C. eo. titu.

33 DECIMO quæro † an ſtatutum excludens fœ-
minam à ſucceſſione decedentis ab inteſtato habeat lo
cum ſi aliquis faciat teſtamentum nullum.d. Signo. de
homo. in conſi. cliiij. inci. quæſtio talis eſt in fi. tenuit
quòd non, propterea quia ex tali teſtamento debentur le-
gata vtili actione ex teſtamẽto iuxta no. in aut. ex cau
ſa.C. de li. præteri. & ſic non dicitur decedere inteſta
tus taliter decedens, & loquitur vbi teſtamentum eſſet
nullum præteritione vt de ſe patet, pro quo facit, quia
tale teſtamentum non per omnia habetur ac ſi nullum
foret cõditũ vt patet in.l. filio præterito. ff. de iniu. ru.
& in.l. ſi qs legatũ. ff. de fal. & in.l.ij.C. de eds. di. adri.
34 tol. Cõtrarium credo verius, quia † taliter decedens di
citur ꝓpriè inteſtatus decedere.l.i. in prin. ff. de ſuis &
legi. & l. inteſtato. ff. de verbo. ſig. & inſti. de hęre. quę
ab inte. defe. in prin. iuncta.l. ſi filius qui in poteſtate.
&.l. gallus. ff. de li. & poſth. & inſti. de exhę. li. in pri.
& ita tenuit Anto. de bu. in cõſi. xxv. inci. ad primum
dubium in prin. idem & multo magis credo vbi teſta-
mentum eſſet nullum propter obmiſſam ſolennitatem
d.l.i. ff. de ſuis & legi. & de iniu. ru. cum ſi. illud au
tem quod dixi de teſtamento nullo ex cauſa præteritio
35 nis an procedat filio præterito approbante, & † an poſ
ſit teſtamentum approbari in præiudicium filiæ nota-
tur in.d.l. filio præterito. & in.l. poſthumo. vbi Alex.
plenè.C. de bo. poſ. contrata. & dicam. j. in. x. arti. in.
iiij.q. & an ipſa filia excluſa à ſucceſſione per ſtatutum
præterita poſſit dicere nullum, etiam dicã in.d. iiij.q.
36 Et ſi ſit † imperfectum inter liberos, vide modernos
in.l. hac conſultiſſima.§. ex imperfecto.C. de teſta. &
37 dixi.§. eo. vl.q. Et hic quæri poteſt an † ſtatutum di-
ſponens quòd filiæ & neptes teneantur obſeruare teſta-
mentum & vltimam voluntatem patris, intelligatur
de teſtamento & vltima voluntate validis tam ratio-
ne inſtitutionis & præteritionis quàm ſolennitatis numeri
teſtium, in tantum quòd filia & neptis præterita poſſit di-
cere teſtamentum nullum. dominus Phil. corne. con-
ſil. cxxvi. incipiẽ. principale. ij. & iij. colum. tenuit quòd
ſic, tum quia teſtamentum nullum & vltima volũtas
nulla non ſunt teſtamentum nec vltima voluntas, vt
ibi latè per eum cum concor. hac eadem.q.§. alleg. Et
quia tale ſtatutum eſt reſtringẽdum vt minus lędat ius
commune. iuxta nota. in.l.ij.C. de noxa. & in.c. cum
dilectis. de conſu. per illum tex. & in.l. maximum vi-
tium. per illum tex.C. de libe. pręte. & quia ſolennitas
teſtamentorum tot excogitata vigilijs non debet cenſe-
ri vnico verbo euerti.l. ſi quando. in prin.C. de inoffi.
teſta. quod maximè dixit verum quando in ſtatuto di-

citur quòd

ditur ꝙ petere plus non poſſit ꝙ̃ fuerit filiæ vel nepti relictum, & reperitur talib⁹ nihil fuiſſe relictum, cum ſtatutum velit ꝙ aliquid relinquatur. Subiungit Corne. in pen. col. & fin. ꝙ clauſula codicillaris non operatur nec ſuſtinet vltimam voluntatem ſecundum nota. per Bar. in. l. i. i. q. ff. de iure codi. cum cõcor. etiam ſi dicatur ſi non valet vel valebit. quando filia ſeu neptis ſunt excluſę temporaliter. ſ. donec ſupereſt maſculus vt ibi per eum. Quibus non obſtantibus dubito de hac deciſione, quando cõtemplatione agnatorum maſculorum eſſet factum tale ſtatutum, quo caſu eſt ampliandum & non reſtringendum tanq̃ fauorabile, vt dixi in. iij. & . iiij. articulo pri n. & quia vt dicam. ĩ. in ſeq. arti. i. q. ſtatutum volens filiam ſtare ordinationi patris ſecundum communem ſententiam excludit etiã à legitima. & ea quę non ſuccedit præterita non rumpit teſtamentum ſecundum communem ſententiã, de qua ĩ. latiſſimè in. x. arti. prin. in. iiij. q. prin.

11 VNDECIMO quæro † an tale ſtatutum excludens à ſucceſſione decedentis ab inteſtato habeat locum condito teſtamento valido, quod poſtea rumpitur agnatione iuxta. §. poſthumi. & . § poſthumorum. inſti. de exhære. li. & . l. poſthumi. & . l. poſthumorum ff. de iniu. ru. ff. & . C. de poſthu. hæredi. inſti. per totũ. vel rumpitur repudiatione iuxta. l. ſi nemo. ff. de teſta. tu. & . l. eam quam. C. de fideicom. & . l. i. in princi. ff. de ſuis & legi. cum ſimili. Barto. in. d. l. i. de ſuis & legi. hæred. arguit ad partes & dicit videri quòd ſic, per illum tex. vbi patet ꝙ non tantùm dicitur inteſtatus decedere qui nullo condito teſtamento decedit, verum etiam qui decedit condito teſtamento valido licet illud poſtea rumpatur. & contrarium decidit, quia

12 † ſtatutum requirit ꝙ eo tempore quo quis moritur decedat inteſtatus, quod non procedit in caſu prædicto in quo non cum moritur ſed cum teſtamentum deſtituitur dicitur inteſtatus facit § proximus. inſti. de legi. agna. ſuc. & illa regula ꝙ qualitas adiuncta verbo regulari debet ſecundum tempus verbi. l. in delictis §. ſi extraneus. ff. de noxa. l. ſi titius. ff. de teſta. mili. iunctis notatis per Bar. in. l. ex facto. in prin. in. ij. & . iij. col. ff. de vul. & pu. ſub. & quod dixi in arti. præce. in quarto membro in. xij. q. & hæc dicit Bart. procedere de mero iure, ex communi tamen vſu loquendi vult ſtatutũ in prædicto caſu locum ſibi vẽdicare, ſentit ergo Bar. ꝙ ſi verba ſtatuti eſſent taliter concepta ꝙ terminus illæ inteſtati vel ab inteſtato non adijcerentur verbo verificando tempore mortis ſeu ipſum tempus concernente & poſterius, tunc mero iure per tale ſtatutum in caſu prædicto fœminæ excluderẽtur, putà ſi ſtatutum diceret ꝙ extantibus maſculis fœminæ ab inteſtato nõ ſuccedant, quia tunc verbum ab inteſtato, refertur ad verbum ſucceſſionis, & ſecundum tempus ſucceſſionis diſpoſitionem regularet per iura prędicta & ea quę dixi in. q. ſ. allegata. Sed contra prędictam deciſionem & conſiderationem Bar. eſt tex. in. l. ſi quis poſthumos §. ſi filium. ff. de liber. & poſthu. ibi. Hæc enim verba dũ dicit ꝙ verba. l. xij. tab. quæ dicunt ꝙ ſi quis inteſtatus moritur proximior ſuccedat, recipiunt interpretationem condito teſtamento & deſtituto. vt non ad tempus mortis ſed deſtituti teſtamenti referantur. & ſic expreſsè appàret ꝙ lex loquens de moriente ab inteſtato verificatur etiam in eo qui tempore mortis non eſt inteſtatus. ſed tempore deſtituti teſtamenti contra deciſionem Bar. de qua. ſ. Ideo Bart. in d. §. ſi filium. in vltimis verbis dixit ꝙ illa verba. l. xij. tabu. inteſtatus moritur, faciunt vnum compoſitum ꝙ non verificatur tunc cum quis moritur, ſed tunc cum teſtamentum poſt mortem deſtituitur ita vt ad aliud tempus referãtur. Cuma. autem in. d. §. ſi filium. dicit ſe non intelligere prædicta verba Bar. & ideo dicit ꝙ illa verba ſi moritur debent exponi ſi mortuus ſit per glo. ibidem in ver. moriente. & illum ſequitur Ang. are. inſti. de ſuc. ab inte. in prin. in fi. com. eliciens ex iſta declaratione ꝙ ſi verba ſtatuti prædicti ſint concepta modo ſuprádicto ſi quis moritur vel mortuus eſt ab inteſtato extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, propter talia verba nõ erit neceſſe inſpicere an quis tempore mortis decedat inteſtatus, quia illa verba temporis perfectionem ſignificant & ad tempus quo quis eſt inteſtatus referuntur. ſ. deſtituti teſtamenti Alex. in. d. §. ſi filium. circa prædicta dubitat & nihil boni dicit. An enim ꝙ tex. in. d. l. i. de ſuis & legi. concordat cum tex. in. d §. ſi filium. quia ille tex. l. i. dicit ꝙ ille qui condidit teſtamentum quod fuit poſt eius mortem deſtitutum non impropriè dicitur inteſtatus deceſſiſſe, & ſic licet terminus inteſtatus addijciatur verbo deceſſiſſe, tamen non ſecundum tempus mortis quo defunctus non poterat dici inteſtatus ſed ſecundum tempus deſtituti teſtamenti regulabitur, quo tempore bene dicitur inteſtatus. Et demum concordando opiniones Bar. & Cuma. dicit quòd verba. d. l. j. non reſpiciunt tempus præſens ſed futurum propter verbum dicetur. Et quòd in. d. §. ſi filium verba ſunt concepta in præſenti tempore dum dicitur ibi, ſi moritur inteſtatus. quæ declaratio domini Alexan. fuit vt mihi videtur inconſideratè facta. Nam Bar. in. d. l. j. vult quòd ille tex. faciat contra deciſionem ſuam & bene. & verbũ dicetur eſt declaratiuum emanans à lege interpretante & declarante factum præteritum & tanquam in præteritum ſcilicet verbum deceſſiſſe, quod eſt præteritũ infinitiui, & quod reſpicit tempus mortis ſicut facit verbum ſi moritur, vnde puto quòd verba ſi quis deceſſerit inteſtatus vel ſi quis decedit inteſtatus extantibus maſculis fœmina non ſuccedat, verificentur indifferenter etiam in eo cuius teſtamentum eſt deſtitutum per tex. in. d. § ſi filium. & in. d. l. i. nec obſtat quòd qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi per iura prædicta, quia hoc eſt verum quando illa qualitas venit principaliter ad terminationem illi⁹ verbi cui apponitur, ſed ſi qualitas & verbum cui adijcitur inuicem capiuntur pro vno toto, tunc regulantur ſecundum tempus alterius verbi. & hoc eſt quod voluit dicere Bar. in. d. § ſi filium. in vltimis verbis ita intelligendo illum tex. in verſi. ſuprà allegato licet aliter dixerit in. d. l. i. volens quòd qualitas inteſtati adiuncta verbo deceſſerit determinetur ſecundum temp⁹ mortis non autem ſecundum verbum ſucceſſionis, cuius reſpectu illa qualitas & verbum deceſſerit proferuntur. Et pro hac conſideratione facit. l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pupil. & quod dixit Bar. in. d. l. ex facto in prin. in tertia columna verſiculo tertio caſu eodem titulo. Sed quia hæc ſolutio poſſet morderi puto aliter dicendum ſcilicet quòd licet tempore deceſſus ille qui condidit teſtamentum non poſſit dici inteſtatus, tamen non poteſt dici teſtatus, quia ex eo ſolo quòd quis condat teſtamentum non dicitur teſtatus niſi effectum habeat, vt quia ex eo hæreditas adeatur l. quod vulgo. ff. de bono. poſ. contra ta. & . l. ſi nemo. ibi ſtatim valent. ff. de teſta. tute. & iuribus prædictis. Sic igitur tempore deceſſus eius qui condidit teſtamentum ſciri non poteſt an decedat teſtatus vel inteſtatus ſed hoc iacet in ſuſpenſo, vnde neceſſe eſt vt omnino tempus deſtituti teſtamenti inſpiciatur & ex eo tempus deceſſus declaratur. facit. ff. de acquiren. hære. l. cum

quidam.§.ſuum.cum ibi notatis. & ſic ita demũ qua-
litas adiuncta verbo intelligetur ſecundum tempus
verbi, ſi illo tempore poterat eſſe certa & determinata.
Nam ſi ad eius determinationem exigitur aliud tem-
pus illud inſpicimus. Et hoc probat ille tex. in. d.§. ſi fi-
liũ rectè inturnti. iuncta. d.l.i. in prin. & licet prædicta
credam vera, illa tñ ſubijcio veritati, & eſt aduertẽdũ
ꝙ talia ſtatuta habent locũ condito teſtamento valido
etiam ſi ex ro non adeatur hæreditas, vel quia hæres
intra tempus. xxx. annorum non adeat iuxta .l. licet
C. de iure deli. ſecundũ Pau. de caſt. in conſi. cclxxvi.
inci. ſuper primo. In ſecundo dubio in volu. antiquo-
rum conſiliorum ſecundum vltimam impreſsionem.
alràs eſt. cccxc. eo. vol. ſm primam impreſsionem.

40 DVODECIMO quæro † an prædictũ ſtatu-
tum excludens fœminã à ſucceſsione decedentis ab in
teſtato habeat locũ in ſucceſsione inteſtabilis, vt eſt pu
pillus & furioſus ꝓdigus & ſimiles perſonæ de qui-
bus maximè habetur inſti. qui. non eſt permiſ. face. te-
ſta. & ibi in gl. ſi. tunc. ſ. dum loquitur de his qui habe
re poſſunt hæredes, iſta quæſtio eſt multum diſputabi-
lis & à doctoribus latè examinata, & prout refert An
ge. are. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. in prin. Io. de
Imol. prædictam quæſtionem audiente eo publicè di-
ſputauit, cuius diſputationis effectum poſuit in. l. cen
turio in verſiculo & ꝑ hoc decidi poteſt quæſtio. ff. de
vulga. & pupil. & ampliſsimè illam examinat Ale-
xan. in. l. generaliter. in prin. C. de inſti. & ſubſti. ſub
condi. fa. & licet illam bene examinauerit Alex. tamen
tractatu hoc exigente eius dicta referam, & quòd mihi
videbitur ſubiungam & ſecundum Bar. in. l.i. in prin.
ff. de ſuis & legi. dicendum eſt ꝙ tale ſtatutum habeat
locum in ſucceſsione inteſtabilis, propterea quia com
munis vſus loquendi maximè in partibus Tuſciæ ita ſe
habet vt non ſolum dicatur inteſtatus qui poteſt con-
dere teſtamentum ſed etiam qui non poteſt, qui com-
munis vſus loquendi probatur ex text. in. d.l.i. in prin
ci. verſiculo planè. dum dicitur ibi ꝙ licet propriè nõ
decedant inteſtati tamen pro inteſtatis ſunt habendi,
& certum eſt ꝙ licet communis vſus loquendi non ſit
propria ſignificatio. l. labeo. ff. de ſup. leg. l. cum dela-
nionis. §. aſinam molendinariam. ff. de fun. inſtru. ta-
men præfertur propriæ ſignificationi. l. librorũ. §. quod
tamen caſsius. ff. de lega. tertio, qui tex. d.l. primæ ſecũ
dum Pau. de caſtro in. d.l. generaliter. in princi. & in. l.
cum antiquioribus. C. de iur. deli. aliter & melius pro
bat opi. Bart. quia dum ille tex. vult pupillum haberi
pro inteſtato præſupponit ꝙ iura loquentia de inte-
ſtatis in eo locum habeant ſecundum iuris interpre-
tationem. Nam ſi fundaret ſe ſuper dicto communi
vſu loquendi oporteret illum probare. Pro qua opi-
nione facit tex. in. l. in teſtamento. la prima. C. de mili-
te. vbi pupilla dicitur inteſtata deceſsiſſe. Concor. tex.
in. l. omnem. & ibi hoc not. Pau. de caſt. C. ad tertu.
& tex. in. l. ſecunda in verſiculo inteſtati. C. de impu.
& ali. ſub. & in. l. credendum. in verbo inteſtatorum.
& in verſiculo ſi inteſtatus. ff. qui pe. tu. & ibi fortius
apparet quòd etiam ſi hoc verbum ponitur in condi-
tione verificatur in pupillo, quàmuis conditiones ſint
ſtricti iuris & implendæ in forma ſpecifica. l. meuius.
& .l. qui hæredi. in prin. ff. de condi. & demon. Facit
etiam. l. omnem. C. ad tertul. & .ff. eo. l. ſciant. C. de
legi. hære. l. diuus pius. in fi. & .l. tradendum. ver. hæc
autem. ff. qui per. tu. & .l. qui duos. & .l. lucius. ff. de
vulga. & pupil. l. ij. §. impuberem. verſi. Inteſtatum. ff.
ad tertul. l. pater filium §. fi. verſi. puer inteſtatus. ff. ad
l. fal. facit ad idem tex. in. l. patris & filij. ff. de vulga.
& pupil. & .l. papinianus. § ſed nec impuberis. ff. de
inoffi. teſta. cum ſimilibus in quibus apparet pupil-
lum decedere teſtatum, & conſequenter rupto teſta-
mento non teſtatum. Facit etiam text. inſti. de hære-
di. quæ ab inte. defe. in principio. vbi dicit illum dici
inteſtatum qui omnino teſtamentum non fecit ponde-
rando verbum omnino, quaſi dicat qui non fecit vel
quia noluit vel quia non potuit, vt ibi in gl. Ad idem
l. inteſtatus. ff. de verbo. ſigni. † Verba enim legis de-
41 bent intelligi prout loquuntur generaliter non ſingu-
lariter de iſto vel de illo. l. iura non ſingulis. ff. de leg.
Inſuper licet in pupillo non poſsit eſſe habitus teſtan
di ſtrictè, & ideo non dicatur decedere propriè inteſta
tus. d.l.i. in prin. ff. de ſuis & legi. cum priuatio præ-
ſupponat habitum. l. decem cum vulga. ff. de verbo
rum obligation. tamen largo modo & ſumendo ha-
bitum in ſpecie prout conuenit naturæ non indiuiduo
ſed ſpecie dicetur pupillus inteſtatus decedere prout
videmus in muto, quia etiam illum cui nũquam fuit
habitus loquendi appellamus mutum eo quia caret
habitu loquendi qui ſpeciei humanæ ineſt licet non
ſibi, ſic de nato ſine oculis dicimus quia eum cæcum
appellamus & verbum ſignificans priuationem lu-
minis ei accommodamus, licet in eo nunquam fuerit
habitus luminis rõne prædicta, hinc eſt ꝙ lapidem nec
mutũ nec cæcum dicimus quia ſuę ſpeciei habitus præ
dicti non conueniunt. ſic ergo de inteſtato in pupillo
dicemus quia humanæ ſpeciei ineſt habitus teſtandi li-
cet iſte vel ille nunquam fuerit teſtabilis. & hac conſi
deratione videntur moti legiſlatores dum pupillum
inteſtatum appellant vt patet in iuribus prædictis.
Ad idem adducitur quia poſito quòd pupillus non
ſit dicendus quouis pacto decedere inteſtatus niſi abu
ſiue tamen adhuc comprehenditur ſub ſtatuto loquẽ
te de inteſtatis, quia ſaltem negari non poteſt quin ha-
bendus ſit pro tali & quin æquiparetur propriè & ve-
rè inteſtatis. d.l.i. in princi. ff. de ſuis & leg. & quan-
do duo caſus æquiparantur à lege antiqua. l. noua
ſuperueniens in vno trahitur ad alium. l. ſi quis ſeruo
perſuaſerit & ibi glo. fi. Bar. & ſcribentes. C. de furtis
iuncta. l. vt tantum §. de illo. ff. de ſer. cor. & ibi etiam
Bar. Poſtremo ſtatutum prædictum videtur factum
ratione illa vt familiæ & agnationes conſeruentur vt
plenè dixi in tertio articulo prin. ſed ſic eſt ꝙ etiam in
correctorijs ex identitate rationis fit extenſio ad illos
caſus qui ſub lata ſignificatione vocabuli poſſunt cõ
prehendi vt notat glo. & angel. in auct. vt hi qui ob-
li. per. tes mi. poſt prin. in ver. ad curationem glo. &
in clem. prima in ver. eleganter de elec. facit. l. filium
habeo. ff. ad mace. cum ſimilibus quòd procedit etiã ſi
ratio nõ ſit expreſſa in ſtatuto Cy. in. l.i. ver. ſed iuxta
hoc quæro. C. quæ ſit lon. cõſue. Ant. de but. in. c. fi.
in prima fallen. quã ponit circa materiam extenſionia
de conſue. d. præce. meus in auct. quas actiones. C. de
ſacro. ſan. ec. cũ concor. per eos allegatis & hãc partẽ
vltra Bar. in. d.l.i. tenuit idem Bar. in conſi. cxxxij. in-
ci. hæc eſt copia cuiuſdam ſtatuti & in conſi. cxxxvii.
inci. ſtatuto vrbis veteris & in conſi. ſuo inci. in quæ-
ſtione prædicta plura videntur moueri dubia & in cõ
ſi. inci. puella &c. in quibus conſilijs plenius ꝙ alibi
attingit hunc articulum. & hoc idem ſequitur Pe. de
Anch. in. c. cum tibi. de teſta. Ange. in conſi. xcvij. in-
ci. Petrus de vrbe veteri Pau. de ca. in conſi. xxviij.
inci. præſuppoſito quodam ſtatuto in vol. antiquorũ
conſiliorum ſecundum primam impreſsionem Pe. de
Ancha. in conſil. clxix. incipi. reuocatur in dubium
Pau. de caſt. in. l. in ambigua. ff. de legi. & in. d.l. ij. C.
de impu.

de impu. & ali.ſub. & in dicta .l.cum antiquioribus
vbi dicit ſe vidiſſe pluries conſultum contrarium. C.
de iure deli. & in.l. in teſtamento la prima & ibidem
Ro. C. de mili.te. & dicit Ioan. de imo.in.d.l. centu-
rio in.xix.col.ſe vidiſſe conſilia Pet. de Anchara. &
Anto.de but. & multorum aliorum conſulentium ꝑ
hac parte. & Ange.de are.inſti. de hære.quæ ab inte.
in princip.refert alium docto. qui idem conſuluit &
hanc opinionem Bald.in conſi.cclxxxiiij.inci.in ſuc
ceſsione.ſecundo volumine ſecundum penul. ſtam-
pam dicit in multis locis ſeruari quia nimie ſubtilita-
tes à iudicibus non admittuntur, & hanc opinionem
tenuit cardi.in conſi.xl.incip. & primo de dote, mo-
tus quia mens ſtatuti fuit prouidere in caſum quo hæ
reditas ſine teſtatoris prouiſione deuolueretur. & per
prædicta idem tenuit Ro.in conſi.iiij.incip. ſententiis
domini conſultoris, conſulendo in terminis ſtatuti
aretini matrem à ſucceſsione filij inteſtati excludentis
idem tenuit in conſil.xxx.inci. viſa municipali con-
ſtitutione in prima. & .ij.col.d. Phili.corneus in.d.
l.generaliter.in princi. Et in conſi.cccxxxvi.incip. cō
ſtat.i.vol.vbi in pe.col.† dicit non eſſe neceſſe pro-
42 bari hunc communem vſum loquendi. licet aliquid
tenuerint illum eſſe probandum. vbi etiam poſt mul-
tos doc.quos refert dicit hanc eſſe magis communē
opinionem. & idem dicit ipſe corneus conſi.lxxv. in-
cip. ꝙꝙ in.v.col.in fin.cum ſeq.eod.volu. & Soci.
conſi.xxxv.incip.punctus.ij. vol. In contrarium
adducitur tex.in.d.l.prima in prin. verſi. plane.ff.de
ſuis & leg.inducendo illum dupliciter.primo dū di-
cit quòd qui teſtari non poſſunt vt pupillus furioſus
& ille cui bonis interdictum eſt, & alij propriè non di-
cuntur inteſtati.concor.tex.l.i.inteſtato.ff. de legi. tu.
vbi inteſtatus dici videtur qui tutorem teſtamento da
re poterat, non autem qui teſtari non poterat. Iō glo.
in.l.cum antiquioribus in verſi.fuiſſe. & inſti.de hæ-
re.quæ ab inte.defe.dicit pupillum non decedere pro
priè inteſtatum, licet ſecundum Alex. in.d.l.generali-
ter.tex.in.d.l.inteſtato parum faciat. vnde cum ſtatu-
ta ſint propriè & ſtrictè intelligenda, maximè quando
ſunt contra ius commune non comprehenduntur ſub
eis quando loquuntur de inteſtatis perſonę quæ teſtari
non poſſunt.l.i.§.ſi is qui nauem. ff. de exer.l.conſtitu
tionibus. ff.ad muni.arg.in.l.filiusfa.verſi.meminiſ-
ſe iuncta.l.i.ff.de dona. & quòd dixit Bart. in.l.om-
nes populi.in.vi.q.prin.ff.de iuſti. & iure. Secundo
modo inducitur ille tex. dum dicit ꝙ tales perſonę ꝑ
inteſtatis habendę ſunt, quia aliud eſt eſſe talem aliud
haberi pro tali.l.mercis.la.ij.cum glo.ff.de verbo. ſi
gnifi. & .l.ſi maritus.§.legis cum ibi notatis.ff.de adul
ter. & iſta verba ꝙ quis habeat ꝑ tali denotant fictio-
nem & improprietatem.l.i.cū ibi notatis .C.de his q̄.
ſub modo.l.interdum.§.qui tutelam.ff.de furtis.l.iure
ciuili.ff.de condi. & demon. & quod notatur in.d.l.
mercis. & in.d.§.legis. & ꝑ bar.in.l.ſi is qui ꝑ empto
re circa fi.tertię.q.prin.ff.de vſuca.ſed ſic eſt ꝙ † iu
ra exorbitantia à iure communi ſeu illud corrigentia.
43 loquentia de eo qui eſt talis, ſibi locum non vendicāt
in eo qui habetur pro tali.vt in iuribus prędictis.pro
batur in.l.fi.C.de inter.ma. & ſtatutum contra ius cō
mune loquens in caſu vero non trahitur ad caſum fi.
ctum q̄n illa fictio eſt inducta à iure cōi & non à ſtatu-
to.l.iij.§.hæc verba cum gl.ver.hæredis vt ibi barto.
no.ff.de neg.geſt. Imo. & Alex.in.l.i.§.i.ff.ad leg.fal.
Bar. & repetentes in.d.l.oēs populi.in.vi.q.prin.fa-
cit.l.fi.C.de his q ue.eta.impe. & .c.ſuſceptum de re
ſti.in.vi. Ad idē facit quia in caſibus in quibus fit ex-
tenſio de vno caſu ad alium exigitur ꝙ ſubſit eadē ra-
tio in vtroq; caſu.l.illud.ff.ad leg. acqui.c. tranſlato
de conſti.aliàs non fit extenſio niſi aliter.l. caueatur.
l.inter ſtipulantem.§.ſacram ver.ſed hæc diſsimilia.ff.
de verbo.obliga.ſed inter eum qui non poteſt teſtari
& teſtabilem eſt diuerſa ratio, quia hæreditas teſtabi-
lis cenſetur venire ad ſuccedentes ab inteſtato ex taci-
ta voluntate decedentis, in cuius facultate erant illam
ipſis ab inteſtato ſuccedentibus adimere & alijs relin-
quere.l.conficiuntur. & .l.ſi quis cum nullū in princ.
ff.de iure codi. q̄ ratio ceſſat in eo q non poteſt teſta-
ri.vnde in caſu noſtro cum ſimus in materia correcto
ria, multo magis debet ceſſare extēſio, ꝓ̄ vltimam cō-
ſiderationem Alex.in.d.l.generaliter ſibi aſcribere vi
detur dicendo quod non inuenitur in codicibus au-
dientium, ſed Bal.illam ponit in conſi.lviij.inci.factū
tale eſt in vltima colu.ij.volu.ſm pen.ſtampam. ubi
adducit breuibus prædicta fundamenta pro hac par-
te facta, & hanc opi.tenuerunt Pet.de bellaper. vt re-
fert Bar.in.d.l.i.in prin.per illum tex.ff. de ſuis & le
gi.Pe.Ray.Cyn. & Nico.de neapoli.in.d.l.in teſta-
mento.ff.de leg.tu.moti per illum tex. & per dictā.l.
i.per quas.ll.idem tenet Albe.de roſa. in prima parte
ſtatu.in.xliiij.q.dicens ita fuiſſe determinatum & re-
ferens Ray.qui idem dicit.idem tenuit Gui. de cu. in
l.i.C.quando imper.inter pupil. & vidu. vbi dicit ſe
ita de facto cōſuluiſſe do.Ray.in.l.d.i.ff.de ſuis & le
gi. & do. Signo.de homo. in conſi.ccxxvij.incip. in
q̄ōne comprehenſa poſt Cyn. & antiquos in.l.ij.C.q
teſta.face.poſ.Io.fa.inſti.de hære.quæ ab inte.in prin
cip.vbi Ange.are.relatis aliquorum opinionibus ni-
hil concludere videtur, idem tenet latiſsimè.d.Signo.
in conſili.cx.inci. factum ſic ſe habet vbi loquitur in
terminis ſtatuti Mediolani dicens hoc maximè eſſe
verum quando adeſt aliud ſtatutum mandans ſtatuta
debere intelligi prout litera ſonat idem voluit in con
ſilio.vi.inci.ticius in infantili, & ſecundum eum tem
pore Ray. fuit ita iudicatum.idem tenet etiam Bald.
in.c.l.in princi.de ſuc.feu. & in.d.l.in teſtamento.ff.
de leg.tut.l.iij.C.ſi pen.ap. mors inter. concludendo
in terminis noſtris ſtatutum non comprehendere hæ-
reditatem eius qui teſtari non poteſt eo quia prædictū
ſtatutum eſt ſtricti iuris odioſum, & cōtra naturalem
rationem ſcilicet quòd fœmina ab inteſtato non ſuc-
cedat per.d.l.cum antiquioribus, ſed ſi eſſemus in ma
teria fauorabili ſeu naturali ratione munita ſecus eſſet
ſecūdum eum quia ſtatutum loquens de inteſtatis cō-
prehenderet inteſtabiles & ita loquitur ſecundum eū.
d.l.prima.ff.de ſuis & legi.idem dixit Bald.in conſi.
v.incip.opinio communis ſecundo volu.ſm penul.
ſtampam. & in hac opin.ſecundum Bal.in.d.c.i.fue-
runt doct.vltramon. & citra. & licet idem Bald. in.l.
ij.C.qui teſta.face.poſſunt. & in.d.l.cum antiquiori-
bus in.vi.q.tangit prædictam.q.tamen nihil clarè fir-
mat.eandem opin.tenuit Ang. in.d.l.in teſtamento la
prima.C.de teſta.mili. & in.d.l.ij.C.de impu. & ali.
ſubſtit.niſi conſtaret de communi vſu loquendi in cō
trarium referens quòd ita conſuluit Bal. & totum col
legium peruſinum idem tenet Nicola.de neapoli.in.d.
l.ij.§.impuberem.ff.ad tertul. idem tenet Fulg.in.d.
l.cum antiquioribus vbi Paul.de caſt. dicit ſe ita vi-
diſſe conſultum ꝑ plures doct. idē tenet Ioan.de Imo.
in.d.l.centurio.in.xix.co.ſecundum ſtampam meam
verſi. & per hoc decidi poteſt.ff.de vulga. & pupil.
vbi dicit vidiſſe conſilia plurium doc. pro vtraq; pte
Idem tenuit Imo.in.c.cum ibi ad fi.de teſta. & in quo
dam conſi.ſuo incipi.in caſu præmiſſo diſcutiendum

damenta in contrarium relata, & ceſſat illa ratio di-
uerſitatis inter inteſtatum qui decedendo videtur con-
ſentire vt hæreditas deueniat ad venientes ab inteſtato,
& pupillum inteſtabilem qui non poteſt habere talem
conſenſum. et ſm prædicta non obſtaret etiam ſtatu-
tum q verba ſtatutorum ſint propriè intelligenda, quia
eſſet iſta propria ſignificatio quam ius ciuile tribuit q̃
in ſtatutis, quæ ſunt ius ciuile illius loci conſequenter
eſt attendenda vt etiam dicunt moderni peruſini in .d.
l. generaliter. in princi. Et hanc opinionem puto tutio
rẽ & magis amicã veritati, quã multi docto. famoſi
poſt Bart. tenere nõ timuerunt, licet alia opinio ſit ma
gis communis. Et pro opinione quã teneo facit, quia
poſito quòd inteſtabiles non forent propriè inteſtati,
tamen rõ ſtatuti q̃ eſt vt familiæ conſeruentur & agna-
torum ſalua ſit dignitas ita militat in inteſtabilibus ſi
cut in inteſtatis, q̃ cum ſit vnica & habeatur pro expreſ-
ſa debet comprehendere etiam caſum impropriũ ſeu
perſonas q̃ non veniunt ex propria ſignificatione ſed
impropria ſeu larga vt dixi. ſ. in. iij. articu. princip. &
notat Bal. in. l. maximum vitiũ. C. de libe. præ. in ter
tia col. Pau. de caſt. in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma.
& dixi. ſ. in. vi. arti. prin. in tertio membro. iij. q. vbi
ſubiunxi q quia materia extenſionis eſt periculoſa ad
hærendum eſſet deciſionibus doctorum que reperiun
tur in indiuiduo. Et ſi quis vellet in hac materia tutè
conſulere eſſet aduertendum an eſſent aliqua verba q̃
ſuaderent inteſtabiles non comprehendi, vt dicebat
Bald. in. d. conſi. xxxiij. incip. de iure communi. ij. vo
lumine. & . ĩ. proximè dicam, vt quia eſſet aliquod ſta-
tutum ſpecialiter prouidens ſuper ſucceſſione pupil-
lorum vel aliàs inteſtabilium. Et ſi quiſpiam vellet
tenere opinionem contrariam & magis cõem indubi-
tanter procederet vbi adeſſet ſtatutum volens verba
ſtatutorum propriè intelligi vt patet ex diſcurſu eorũ
quæ circa hoc. ſ. dixi poſt Corneum. d. conſi. cccxxx-
vi. pe. col. Quam opinionem magis communem inue
nio multipliciter limitari.

PRIMO niſi conſtet de cõi vſu loquendi in cõ
trarium vt p̃dictum fuit, quia † qualis eſſe debeat tradit
46 in terminis p Fulg. in dicto conſi. clxv. inci. in qõ. &
Rom. in conſi. ſ. allegatis maximè in conſi. iij. faci-
unt not. in. d. §. hæc quoq. & ibi Alex. in fi. cõmen. Et
notabiliter Imol. in dicto capitulo cum tibi. in fine
commen. de teſta.

SECVNDO fallit qñ ſtatutum non tm̃ exclu
deret à ſucceſſione inteſtati verumetiam decedentis ſi
ne liberis, putà ſi diceret, ſi qs deceſſerit inteſtatus nul
lis relictis liberis vel ſine liberis. quia cum illa con-
ditio ſine liberis cõueniat pupillis. glo. in. l. p̃cibus. C.
de impub. & ali. ſub. notatur in. l. cẽturio. & ibi alex.
ff. de vul. & pup. & ſtatutum ponderet liberos habe-
re vel non habere, iuxta. l. generaliter. §. cũ aũt ſignum
eſt q ſtatuentes voluerunt terminum inteſtati ad pu-
pillos & alios inteſtabiles porrigi, quaſi ratio finalis ſta
tuti fuerit defectus filiorum non ætas vel inhabilitas
teſtandi. ar. l. cum accutiſsimi. C. de fidei. & . l. cũ auia
ff. de condi. & demon. & . l. tale pactũ. ff. de pac. & . l.
lutius. la. ij. ff. de hære. inſti. & . l. inter ſocerum. §. cum
inter. ff. de pac. do. & ita tenet Bal. in conſi. xliiij. inci.
quidam nomine Blaſius. prope fi. ij. vol. ſm penul. im-
preſsionem. & in. d. conſi. liij. inci. opinio cõis. eod.
volu. ſed contrarium tenuit Bald. in conſi. lviij. inci.
quæritur an pupillus ibi ex conditione liberorum. eo.
volu. quod plus placet, quia ſtatutum non tm̃ exclu-
dit à ſucceſſione decedentis ſine liberis ſed etiam inte-
ſtati, vnde verificari debent hæ duæ qualitates per ea q̃

dixi in. vi. arti. prin. in vlti. membro circa vltimã qõ.
fortius voluit Signo. de homo. in conſi. ci. inci. factũ
ſic ſe habet in fin. q ſi † ſtatutum præferat agnatum
47 maſculum fœminæ in ſucceſſiõe decedentis ab inteſta-
to ſine deſcendentibus non comprehendatur infans,
quia non poteſt habere deſcendentes.

TERTIO ſub dubio poteſt iſta magis commu
nis opinio limitari ſm Bal. in. d. conſi. cccxlij. inci. quæ
ritur cum pupillus. i. volu. ſm penul. impreſsionem,
vt procedat in hæreditatibus quæ ſunt merè lucrati-
uæ, non autem in his quæ non ſunt merè lucratiuæ,
vt in hæreditate patris quæ eſt quaſi debita filijs, eo
quia aliud eſt debitam hæreditatem amittere, aliud
lucrum acquirere. l. fi. §. in omni. C. de codi. l. i. §. lucra-
tiuus. C. de impo. lucra. deſcri. li. x. quæ limitatio non
p̃cederet in pupillis, qui filios habere nõ poſſunt, ſed
in alijs inteſtabilibus maioribus, ſed hæc limitatio nõ
placet per ea quæ dixi. ſ. in. vi. articu. prin. in primo
membro. in. viij. qõ. & per nota. in. l. ij. C. de iuris &
facti igno.

QVARTO limitat Bal. iſtam magis commu-
nem opi. in. d. conſi. cclxxiiij. incip. in ſucceſſione pu-
48 pillorum. ij. volu. ſm pen. ſtampam vt non procedat
† qñ pater condidiſſet teſtamentum filio pupillo, vt
quia ei dediſſet ſubſtitutum pupillarem tacitè vel ex-
preſſè, & caduca fieret ſubſtitutio vel euanaſceret, quia
cum pupillus eſſet teſtatus deſtituto teſtamento pro-
priè dicetur inteſtatus vt dixi. ſ. in. xi. q. ſed & hæc li
mitatio non videtur procedere, quia pupillus non di
citur verè teſtatus quando pater dedit ei ſubſtitutum
pupillarem. l. prima. §. deieciſſe, aliàs eſt. §. quotiens. ff.
de vi & vi ar. & regula qui per alium. & quod habe
tur in. l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. ſub. & in. l.
papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inof. teſ. Nec ob
ſtat quod cõſuluit Bal. in. cõſi. ccccxvi. inci. caſus talis
eſt. ſtatuto ciuitatis Aſt. &c. primo volumine ſm pe-
nul. impreſsionem aliàs eſt. ccxvi. tertia parte ſecundũ
vltimam impreſsionem, vbi in terminis ſtatuti Aſt.
quod incipit, Deteſtanda. volentis inter cætera matrẽ
quæ tranſiuit ad ſecunda vota non ſuccedere filijs ex
primo matrimonio. ſaluo quòd ſi ipſa hæres inſtitua
tur poſsit ex teſtamento capere, conſuluit illam admit
ti ad ſucceſsionem filij ex ſubſtitutione pupillari qua-
ſi verè quo ad ſucceſsionem veniat ex teſtamento pu-
pilli licet non quo ad ordinationem. iuxta dictum. §.
ſed nec impuberis, quia reſpondetur q in terminis il-
lius ſtatuti ſufficit matrem eẽ inſtitutam, & eius ver-
ba loquũtur reſpectiuè ad actum inſtitutionis vel ſuc
ceſsionis ex teſtamento prouenientis, q actus ſucceſsio
nis verè reſpicit hæreditatem pupilli. Vbi autem agi-
mus de intelligendo indefinite an pupillus dicatur ve
rè teſtatus, certum eſt quòd non, dicto. § ſed nec
impuberis.

QVINTO limitatur ſm aliquos opinio præ-
dicta & magis cõis vt procedat quando ſtatutum ex-
cluderet à ſucceſsione decedentis inteſtati, ſecus ſi ex-
cluderet à ſucceſsione decedentis ab inteſtato vel ſine
teſtamento. & ita voluit Fulg. poſt Chriſto. de caſtil.
p̃ceptorem ſuum in. d. l. generaliter. in. prin. per illum
text. C. de inſtitu. & ſubſti. reprobata gloſſ. ibi. & di-
cit ibi Ful. ſe ſuper hoc vidiſſe conſilium magni doc.
domini Signo. de homo. & aſſignat rationem, quia
49 adiectiuum inteſtatus defertur ad perſonã decedẽtis, et
ſignificat idem quòd non teſtatus. † Is autem propriè
dicitur non teſtatus qui teſtari potuit, quia propriè ab
eo remouetur actus cui conuenit potentia. l. in poteſt.
ff. de acqui. hære. l. eius eſt nolle. ff. de regu. iur. & nõ

mirum ſi tunc Inteſtabiles non comprehenduntur. ſed quando adſunt in ſtatuto illa verba, ſine teſtamento vel ab inteſtato. non reſpiciunt actum perſonæ quæ decedit ſed generaliter ponuntur & nulli ſubſtantiuo cohęrentia. & tunc pupillus bene comprehenditur q bene poteſt decedere ſine teſtamento licet non à ſe facto, cum pater poſsit ſibi facere teſtamentum. d.l. patris & filij. ff. de vulg. & pup. idem voluit Fulg. in cõſi. xlviij. inci. quidam. P. condidit teſtamentum. vlt. colum. vbi etiam refert ſe vidiſſe conſilium domini Signo. idem tenuerunt Salyce. & Fulgo. in. d.l. cum antiquioribus. vbi Saly. refert Pet. heli. hoc tenentem ſuper quarto priſciani & videtur de mente Calde. in conſili. vi. ſub rubrica de conſtitutio. & alexan. in. d. l. generaliter. in prin. in vlti. col. facit. d.l. omnem. C. ad tertul. & l. ſciant. C. de legi. hæredi. & l. qui duos & l. vel ſingulis. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. & illud fundamentum φ iura diſponunt hæreditatem ſolùm deferri ex teſtõ vel ab inteſtato. Nec. n. ſine miniſterio rubricę dixerunt de hrdıtatibus q̃ ab inte. potius q̃ in teſtatorum, vt patet in inſtitutiõibus & in auc. niſi q̃a ſub illo verbo ab inteſtato volebant cõprehendi hæreditates tam teſtabilium q̃ inteſtabilium vt dixi. Et in hanc ſententiam videtur inclinare Ange. are. inſti. de hæredi. quæ ab inte. defe. in prin. & . d. Philp. corneus in. d. conſi. cccxxxvi. propè fin. vbi dicit tunc non obſtare ſtatutum mandans verba debere propriè intelligi. & idem. d. Corneus in. d.l. generaliter. in fin. commen. dicens φ ita conſuluit Salice. & Bal. in quodam conſi. inci. præmitto φ ſtatutum. numero. ccxviij. ſecundũ ſuum codicẽ, & Ang. in. conſi. inci. vtrum ſtatutum vendicet. Contrarium videtur tenere gloſ. in d.l. cum antiquioribus. in verſi fuiſſe. luncto tex. vbi probatur φ quando ſucceditur pupillo non dicitur ſibi ꝓpriè ſuccedi nec ex teſtamẽto nec ab inteſtato, & φ non ſit differentia inter hæc verba inteſtatus & ab inteſtato, eſt de mente Cy. in. d.l. ij. C. qui teſta. face. poſ. Bar. in. d.l. i. ff. de ſuis & legiti. & in. d. conſilio. cxxxij. Inci. hæc eſt copia cuiuſdam ſtatuti. Angel. & Roma. in. d.l. In teſtamento. Bal. & Nico. de neapo. in. d.l. inteſtato. Alberi. de roſa. in. q. ſuprà allega. Ange. in. d. conſi. xcvij. & . ciiij. Bal. in. l. ij. C. ſi pen. apmors Inter. & Io. fa. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. in prin. Et Icerco ſecundum φ referunt moderni in. d. l. generaliter. Franc. de rampo. conſulendo dixit φ eſt nimia ſubtilitas facere talem differentiam, & contra eam facit quod dixi in. vi. articu. princi. in primo mẽbro. i. q. dum concluſi non eſſe faciendam differẽtiam an verba ſtatuti dirigantur in perſonam vel rem & dixit Cardi. in dicto conſilio. xi. φ talis differentia magis proceſsit ex acumine diſputantium q̃ ex iuris mẽte. & concludit illam non eſſe attendendam, quia iura tendunt ad effectus magis quàm ad contentionem de vocabulis. Facit. l. ſi mater. cum ſimi. C. de condi. in ſti. & nimia ſubtilitas à iudicibus reijcitur. l. pe. C. ad trebel. cum concordã. de quibus per gloſſam primam in. c. i. epi. vel ab. & facit quia licet in libro inſtitutionum ponatur in rubri. de hære. quæ ab inte. defe. terminus ab inteſtato, tamen iuſtinianus volens declarare ibi terminum & materiam rubricę declarat quis dicatur decedere inteſtatus quaſi ſint idem. Facit in argumentum. l. i. ff. ſi cer. pe. Item dum roma. in. d.l. in teſtamento. & Imo. in. d.l. centurio. volunt ultra docto. ſ. allegatos ſub verbo decedentis ſine teſtamento comprehendi pupillum & inteſtabilẽ, & ad hoc adducũt tex. in. d.l. generaliter. in quo ponuntur verbum inteſtatus & ſine teſtamento tanquam ſeparata interpoſita diſiunctiua quæ ſolet poni Inter diuerſa quicquid ibi dixerit glo. argumẽ. l. hæc verba illę & c. ff. de verborum ſignifica. & quod notat Barto. in. l. ſi is q ducenta. §. vtrum. ff. de re. du. in. vi. op. & In. l. ſi quis ita. ff. de auro & argen. lega. Ex prædictis videtur φ etiã hæc differentia eſt uerbalis, quia volunt docto. φ æquipoleat dicere ab inteſtato & ſine teſtamento, quæ æquipolentia ſi tenet, idem dicemus de verbo ab inteſtato quod de verbo ſine teſtamento, prout etiam dixit Cardi. in. d. con. cxi. Nã quid aliud eſt dicere decedere inteſtatum q̃ non teſtatum & non teſtatum q̃ qui non condidit teſtamentum, quoniam quodlibet verbum denotat priuationem & carentiam quę præſupponit habitum. l. decem. cum ſimili. ff. de verb. obliga. Ad tex. in. d.l. generaliter. patet reſponſio per gl. primam ibi quæ dixit illa verba ideo fuiſſe poſita vt daretur intelligi φ æquipolerent, ſic dicimus Alexander ſiue paris luit pro Heleno. Facit quod habetur in. l. ſępe ita computatum. ff. de verb. ſigni. vnde relinquo in hoc paſſu vberius conſiderandum maximè quia puto tenẽdam contrariam opinionem, de qua per Bar. in. d. l. i. ff. de ſuis & legi. quo caſu de iſtis limitatiõibus nõ eſt diſputandum Sed hic Incidenter quæritur an ſtatutum diſponens φ ſi filij in pupillari ętate deceſſerint ab inteſtato, proximiores ſuccedant. & contingat pupillis eſſe factam ſubſtitutionem in teſtamento patris ſit locus ſtatuto. d. Phili. corne. conſi. ccv. incip. q̃ q̃ iiij. volu. arguit ad partes, & in caſu illo concludit φ ſic quia ſtatutum nolebat trahi ad Inteſtabiles & per rationes de quibus ibi iunctis his quæ dixi. ſ. in. vij. articu. vi. q. in fine. 1

50 DECIMOTERTIO quæro, † an ſtatutum excludens fœminam à ſucceſsione propter maſculos intelligantur non tantùm excludere ab hæreditate delata de iure communi, verum etiam à bonis ex alio ſtatuto filijs reſeruatis, putà extat vnum ſtatutum φ mulier nõ poſſit diſponere niſi de quarta partę bonorum ſuorum, & φ reliquũ filijs reſeruetur inter eos æqualiter diuidendum, & extat aliud ſtatutum φ mulier à fratre dotata matri non ſuccedat ab inteſtato, & contingit ſororem à fratre dotatam velle ſuccedere matri in illis tribus quartis non poſsit, dicendum eſt φ non ſecundum Pau. de ca. in conſi. ccccxxxvij. inci. ꝓ declaratione. in volumine antiquorum conſiliorum ſm vltimam impreſsionem, pro quo facit tam finalis intentio ſtatuti q̃ illa regula, quod non eſt nouũ φ una lex ad aliam trahatur. l. non eſt nouum. ff. de leg. cum ſequen. & notant ibi doctores maximè Bart. bald. & Pau. de caſtro inferentes ad ſtatuta. Bald. in. l. i. C. de hære. & etiam. l. i. ff. ad. l. aquil. cum concor. de quibus per Alexandrum. in. l. ſciendum. in princi. in. iij. col. ff. q ſatiſda. cog. & per. d. And. ſic. in repe. c. raynaldus. in. cxxxij. co. cum ſeq. de teſt. poſt ea q̃ dixit in c. i. de reſcri. & hoc clarè procederet vbi ſtatutum excluſum ſimpliciter à ſucceſsione vel à bonis excluderet non dicendo ab inteſtato. Sed quando dicit ab inteſtato & portio per ſtatutum prædictum reſeruatur filijs, ita quòd non poſsit de ea in alias perſonas diſponi, tunc ſubeſt difficultas, quia talis portio non videtur ab inteſtato deferri, nec ex teſtamento, vt dicitur in dicto conſilio quadrigenteſimotrigeſimoſeptimo. & ſic videtur quòd quo ad eam partem fœmina per ſtatutum non excludatur, cum verba ſtatuti loquentis de portione ab inteſtato delata non conueniant, & cui non conueniunt verba, nec etiam debet conuenire ſtatuti diſpoſitio lege quarta § prætor ait, & ibi Bartolus, Romanus, & Alexan. ff. de damno infecto

& licet

& licet in dicto conſilio dicantur multa verba, tamẽ
51 punctus ſtat in hoc † an dicatur quis decedere ab in-
teſtato quando non poteſt de bonis diſponere, de quo
latè dixi in quæſtione præcedenti. & ex ibi dictis tranſ-
ſeo cum illa concluſione quòd intelligatur fœmina ex
cluſa prout etiam in dicto conſilio latè concluditur.
immo fortius vult Pau. de castro in ipſo conſilio ꝙ
etiã ſi mater fuerit teſtata, nihilominus talis filia à fra-
tre dotata nõ ſuccedat in illis tribus quartis de quibus
teſtari non potuit mater, per plures rationes quas quis
à ſeipſo videre poteſt, pro qua deciſione faciunt quæ
dicam. j. eod. in. xxi. q. quæ deciſio ſapit æquitatem
licet in pũcto iuris morderi poſsit, quia illę tres quar
tę videntur ſuccedere loco legitimę omnium filiorum,
vt dicã ita vt ſit ſenſus ſtatuti ꝙ extra filios mater nõ
poſsit de eis diſponere, ſed deueniant ad filios æqua-
liter diuidendę prout facit legitima, & ſicut legitima
ex teſtmento debetur. l. cum quæritur. & . l. parẽtibus
C. de inof. teſta. ita & illę tres quartę: & propterea ſtatu
tum excludens à ſucceſsione inteſtati nõ excludet fi-
liam à portione illarum trium quartarum condito te-
ſtamento per ea quæ dixi ſuprà in. vi. q. Item dicit ibi
Pau. de caſtro quòd in illa quarta de qua mater po-
teſt teſtari computantur alienata per eam per not. per
Bar. in. l. marcellus. §. res q. ff. ad tre. & Bal. in. l. filiũ
quem habentem. C. famil. hær. cum concor. ibi ſigna
tis, quod intelligo iuxta ea quæ dicam. j. in. xiij. arti.
prin. & in. xj. arti. prin. in. v. & vi. q. cũ duabus ſeq.
52 DECIMOQVARTO quæro † an ſtatu-
tum excludens ſimpliciter fœminas à ſucceſsiõe aſ-
cendentium extantibus maſculis intelligatur exclude
re tam à ſucceſsiõe bonorum maternorum, quàm pa
ternorum ſeu tam aui paterni quàm materni, & ſic de
alijs. iſta eſt pulchra quæſtio, in qua dominus Chriſto.
colla. do. Et non ſuccedenti non confertur, quia nulli
alij niſi ſuccedenti per alterius concurſum irrogatur in
iuria. l. prima §. emancipatus. ff. de coniun. cum eman
ci. l. libe. & ſic præſeruatum filijs excluſis ſecundũ doc.
prædictos non confertur. Sed contrarium voluit
dominus præceptor meus do. Iaſo. in. d. l. emancipa-
ti in. x. col. cum duabus ſeq. Motus quia talis filia reti
net iura ſuitatis in eo ꝙ ſibi per ſtatutum reſerbat, vel
quod per defunctum ei relinquitur, vt dixit Alexã. in
conſi. cxxxi. incip. tranſmiſſum eſt conſiliũ. i. vol. Vn
de ſi eſt ſua ergo nõ ſuccedit vt extranea. Sed hoc nõ
obſtãte ſum in opinio. d. Alex. ꝗa huic filie lr̃ima non
debet, nec põt agere ad ſupplemẽtũ. vt dixi. ꝯ. eo. ar. in
79 prima quæſtione. † Vnde cauſa æqualitatis ſeruandę
in ea ceſſat ſuper qua talis collatio fundatur. d. auc. ex
teſtamẽto, & in corpore vnde ſumitur, & iſta iura ſui
tatis habet particularia, vnde ad non præſeruata vel re
licta non ſe extendet, ſed reſtringetur ad terminos ſuos
l. in agris. ff. de acqui. rer. domi. Secundò mouet do.
præceptor meus impugnando fundamentum Bal. ſu-
prà ꝓ contraria parte factũ, quia non valet conſequen
tia affirmatiuè poſita, vt his conferatur, & hi confe-
rant quibus legitima debetur. vt traditur in. d. l. ſi emã
cipati. & in. l. illud in prin. eod. titul. C. de colla. Et ſi
catur ꝙ non ſumus in terminis, reſpondet ꝙ etiam nõ
valet conſequentia negatiuè concepta ſcilicet, vt in-
ter eos quibus legitima non debetur, non habeat locũ
collatio per. l. illam eo titu. Dum loquitur de nepoti-
bus ex filia, & l. liberis. eo. titu. iuncto §. mater. inſti-
tu. de exhęre. li. quia inter eos habet locũ collatio, &
tamen eis legitima non debetur, ſed ab hoc fundamen
to recedit ipſe domi. preceptor meus & bene, quia li-
cet poſsit talis filius à matre pręteriri, vel ab auo ma-
terno citra nullitatem teſtamenti, non tñ ſequitur ꝙ eia
legitima non debeatur. d. §. mater. & l. illud. §. ad teſta-
menta. ff. de bono. poſ. contrata. & quod notatur in. l.
filium. C. de inoff. teſtamen. Mouetur etiam domi. prę
ceptor meus, quia iura dicunt generaliter collationem
fieri debere inter liberos, nec diſtinguunt magis de ne-
potibus ex filio prędefuncto ꝗ ſuperſtite. adeo vt di-
ſpoſitio auct. ex teſtamento ſit gñalis, maximè quia rõ
ſuper qua fundatur ſcilicet æqualitatis ſeruandę, vt pa
tet in corpore vnde ſumitur ita militet in nepotibus ex
patre ſuperſtite ſicut in alijs, ſed etiam hoc fundamen-
tum, non obſtat quia dixit Bald. in. d. l. ſi emancipati.
in ver. & vnum ſcias, ꝯ. allegato, ſi omnia iura in pro-
poſito loquentia videãtur, loquũtur de nepotibus qui
bus legitima debetur, & tex. in §. illud quoq; in auc. de
trien. & ſemiſ. Vnde ſumitur. d. auc. ex teſtamento quã
uis habeat reſpectum ad æqualitatem ſeruandam, non
tamen vult alterare naturam propriam collationis, vt
ibi eſt expræſſum. Et ad hoc ponderanda ſunt illa ver-
ba ſed habere eum qui cogitur ex lege conferre, ſane in
telligendo que ſignificant ꝙ ille tex. de his loquatur ꝗ
aliàs ex antiqua lege ab inteſtato ſuccedentes fuiſſent
obligati ad conferendum cum ex teſtamento non ha-
beat locum ante iura auctenticorum collatio. l. prima.
C. de colla. & d. § illud quoq;, & ideo arbitror primã
opinionem. veriorem quamuis Roman. & Fulgo. te-
neant contra prędictam deciſionem Bal, necnon & do
mi. Philip. corneus & Salyce. relinquat ſuper ea cogi
tandum. Et eſt aduertẽdum ꝙ vbi filia eſſet inęqua-
liter inſtituta ceſſaret dubitatio prædicta, an conferre
teneretur. ſ. ſi dote collata eius portio nõ eſſet pinguior
l. ſi filia. ff. de colla. do. & d. § illud quoq;, aliàs hoc
quoq;, notant Fulg. & Roma. in. d. l. ſi emãcipati. &
ibidem do. Philip. corneus. in. viij. col.

80 DECIMO q̃ro, † an ꝑ talia ſtatuta fœmię ita ex-
cludant ꝙ ẽt eis nõ accreſcat portio ꝑ alterũ ex maſculis

vocatis repudiata, putà ſi ſint duo fratres & vna filia
& alter ex fratribus repudiet hæreditatẽ. In quo paſſu
Ray. de forli. dicebat ꝙ non, quia illud quod habent
maſculi vltra virilem habent de iure ſpeciali. Et ideo
inter eos non debet locum habere ius accreſcendi, ſed
deuenire debet illa pars repudiata ad fœminam ꝑ tex.
cum glo. in. l. mulieri & ticio. ff. de condi. & demon-
ſtra. & l. iiij. § ſed coniunctim. ff. de le. prę. Et loquitur
in terminis ſucceſsionis ab inteſtato delatę. Sed cõ
trarium voluit Bar. in. d. l. mulieri & ticio & ibidem
Pau. de caſt. & Imo. & Bar. in. l. re coniuncti. in. x. co
lum. in. l. q. tertię princ. ff. de lega. iij. & Bald. in. l. pri-
ma in ſeptima columna. in. iiij. quæſtione. C. quando
non pet. par. per tex. in. l. ſed cum patrono. ff. de bono.
poſſeſ. titulo generali iuncta. l. ſi duobus in princip.
ff. de contratabu. & l. prima § ſi quis ex nepotibus. ff.
de coniun. cum emanci. liber. per quæ iura probatur
ꝙ in hæreditatibus eſt locus iuri accreſcendi, etiam in
ter ſuccedentes de iure ſpeciali & contra ius commu-
ne, ita ꝙ portio repudiata accreſcat filio & filia nihil
habeat de ea. Ad idem adducunt Doc. prædicti quia
portio accreſcit portioni & non perſonę. l. hæc ſcri-
ptura § fina. ff. de cõdi. & demonſt. & l. ſi ticio. § i. ff.
de vſufru. & l. prima § interdum. ff. de vſufruc. accre-
ſcen. Et nihil habenti ſicut eſt talis mulier nihil accre-
ſcit. l. ſi tota. ff. de acquiren. hęredita. Nec. n. põt priua-
tioni aliquid accreſcere cum accreſcere ſit quidam ha-
bitus qui non poteſt ſuper meram priuationem funda-
ri vt notatur in. l. ex facto. § ſi. ff. de vulga. & pupilla.
& in. l. prima. ff. de acquiren. hæredita. Adeo vt ſecũ
dum Bald. in loco ſuprà allegato, tantum excludatur
filia per vnum fratrem ſicut per multos ex quo infert
81 Bal. ꝙ † ius accreſcendi eſt eiuſdem conditionis & ra-
tionis cuius eſt ſuum principale, ar. l. inter ſocerũ. § cũ
inter. ff. de pac. dota. Ad. l. mulieri & ticio reſpondet
Barto. ꝙ loquitur in legatis ſed in hæreditatibus con-
trarium eſt, vt patet per iura ſuprà allegata. Item ſecun
dum Baldum in. d. l. prima. C. qui admit. iiij. quæſtio-
ne reſponderi poteſt ꝙ in. d. l. mulieri & ticio coniun-
cti non erant eiuſdẽ conditionis, & rationis ſicut ſunt
maſculi fœminas excludentes, inſuper dicit Bald. ꝙ
in terminis ſtatuti ſucceſsio non defertur maſculis de
iure ſpeciali cum ſtatutum habeat vim iuris commu-
nis in loco ſtatuti. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.
Quod fundamẽtum poteſt morderi, quia maſculi fœ
minas excludentes priuilegio ſexus & fauore ſingula-
ri, ſcilicet agnationis admittuntur, & ꝙ iure ſpeciali
admittuntur ſentiunt alij Doct. ſuprà allegati. pro cu
ius veritate videri poſſunt quæ dicam infra. in. xiij.
articu. principa. ſecunda quæſtione. Et cum hac opi-
nione puto tranſeundum. Cum qua tranſit etiam do-
minus meus Iaſ. in dicta. l. re coniuncti. lviij. colum.
& Curtius ſenior conſilio. xliiij. in. ix. colum. & li. in
xiiij. colum. Prædicta concluſio declaratur, vt ꝓ-
cedat in ſucceſsione ab inteſtato delata, vt prędixi. Et
vbi adeſt maſculus cohęres cui poſsit accreſcere, nam
ſi non eſſet talis maſculus fœmina admitteretur ſecun
dum Baldum in. l. prima in fi. commen. C. de ſecund.
82 nupt. vbi dixit ꝙ † ſtatuto diſponente ꝙ mater nõ ſuc-
cedat niſi in quarta parte fauore agnatorum, & contin
gat agnatos repudiare, vel non extare: ꝙ mater in to-
tum admittetur, quam deciſionem ſequitur & com-
probat Roman. per alia media in. d. l. prima in quar-
ta columna. C. qui admit. Vbi ſubdit ꝙ poſito ꝙ nõ
veniret ꝑ ius accreſcendi, ſaltẽ veniret ꝑ remediũ ſuc-
cedẽdi ab inteſta. ex ſenatuſconſul. tertullia. Maximè

83 quia iſta † excluſio que fit propter agnatos debet intel
ligi ſi agnati poſsint vel velint ſuccedere, vt latè dicam
infra in duodecimo articul. principa. in. vi. & vij. q.
Sed ſi extaret filia quæ in certa re à ſtatuto vocaretur
putà dote vel aliter, & eſſent duo fratres, an vno repu
diante eius portio ita accreſceret filię ſicut alteri filio
adeunti, & vbi mater vocatur ad quartam tantum
agnatis extantibus, ſi ex pluribus agnatis alter repu-
diet, an eius portio etiam accreſcat matri. Dicendum
eſt ꝙ non, quia idem operatur non eſſe, vel reduci ad
non eſſe, ſed ſi à principio frater vel agnatus repudiſſa
nõ extitiſſet mater niſi quartã habuiſſet, & filia nõ niſi
dotem ergo &c. per nota. per Bald. in dicta. l. prima.
in ſecunda quæſtione. C. qui admit. & ibidem Fulg.
& Roma. Item ſecundum Roman. ſi talis filia, vel
mater veniant iure diuerſo, ergo in eis non habet lo-
cũ ius accreſcendi, ex quo inferunt ꝙ in caſu auc. præ
terea. C. vnde vir & vxor. ceſſet in matre ius accreſcen
di. d. l. ſi cum patrono, quod etiam voluit Bald. in di-
cta auc. prę terea. Item portio filię vel matris videtur
limitata & per ſtatutum in pluri ſucceſsio prohibita,
vnde non habet locum ius accreſcendi ſecundum Bal
dũ & Roma. in dicta. l. prima in tertia. q. Dicentes hãc
eſſe rationem quare in caſu dictę. l. primę. C. de ſecun.
nupt. Non habeat locum ius accreſcendi propter pro
hibitionẽ legis, & limitatã ſucceſsionem, facit in arg.
l. lucius. § qui habebat. ff. ad trebellia. Et quod notat
Barto. in dicta. l. prima. C. de ſecund. nupt. Vbi autẽ
84 eſſemus † in ſucceſsione teſtati, & nihil foret filię reli-
ctum clarum eſt, ꝙ non haberet locum ius accreſcen-
di per prædicta, maximè, quia nihil habenti nihil ac-
85 creſcit. † Si vero aliquid foret eidẽ filię relictum, putà
dos vel certa res noîe inſtitutiõis, nã ſi tit. legati ceſſat
ius accreſcendi, vt infra dicam, & tunc conſiderandi
ſunt duo caſus, aut enim ſimul cum filia reperitur in-
ſtitutus vnus maſculus tantùm qui repudiat, putà fra
ter hęres vniuerſalis qui repudiat vel non ſuccedit, &
tunc totum accreſcet filię non obſtante ꝙ adſint fra-
tres teſtatoris qui ex forma ſtatuti excludant filiam ab
inteſtato, & hoc etiam ſi teſtator in inſtitutione filię
adiecerit clauſulam ꝙ plus, petere nõ poſsit, propter-
ea quia ſecundum Baldum in. l. quotiens § ſi duo. ff.
de heredi. inſti. Non obſtat ſtatutum quod præfert fra
tres defuncti ab inteſtato, & non ex teſtamento, pro
quo facit quod dixi ſuprà. Item non obſtat illa clau
ſula ꝙ plus petere non poſsit, quia intelligitur appoſi
ta fauore inſtituti, vt ibidem per Barto. Bald. & com
muniter ſcribentes cum concordan. de quibus per
86 Alexand. in. l. quotiens. C. eodem titulo. † Vbi au-
tem eſſent duo fratres vniuerſaliter ſeu in certa quota
inſtituti, & filia in certa re, tunc altero fratrum repu-
diante filię nihil accreſcet, vt notant Salyce. & Ale-
xand. & Moderni in dicta. l. quotiens in textualibus.
Moti quia æquiparatur legatarijs per illum textum in
ter quos non eſt locus iuri accreſcendi. l. & proculo.
ff. de legatis ſecundo. Notat Barto. in. l. bona § finali.
ff. de bonorum poſſeſ. titu. generali quod maximè ve
rum eſt quando agitur de accreſcendo inter legatarium
& hæredem ſecundum Imol. in dicto. § ſi duo per. l. eã
quam. C. de fideicommiſ. Mouentur etiam quia por-
tio accreſcit portioni & non perſonis, vt fuit ꝓdictũ.
vbi aũt filia eſſet inſtituta in legitima, quo caſu intelli
gitur inſtituta in quota, vt nota. in locis prædictis, vt
ꝑ Cy. in auct. nouiſsima. C. de inoffi. teſt. et adiecta eſ
ſet clauſula quòd plus petere nõ poſſet. videantur no
tata in. d. § ſi duo. & in. d. l. quos. & in. d. l. prima per
Bal. &

87 Bald. & Roma. C. qui admit. † Poſtremò prædi
cta concluſio in qua tenui quòd portio deficiens ac
creſcat maſculis, & fœminę excludantur, limitatur ſe
cundum Roma. in dicta. l. prima. C. qui admit. in. v.
colum. iiij. q. Vt procedat intelligendo q̀ ſtatuta æqui
parentur vltimę voluntati, & non contractibus, vt
tenuit Bald. in titu. de pace conſtan. in verbo nos ro
manorum, quod eſt etiam verum ſecundum Roma.
licet idem Bald. aliter dixerit in repe. l. omnes populi.
Et iccirco ſecundum Roma. ſi ſtatuta eſſent iurata,
non haberet tunc in propoſito noſtro locum ius ac
creſcendi, quia tunc magis æquiparantur contracti
bus quàm vltimę voluntati ſecundum Bal. in. l. quo
tiens in lectura antiqua. C. de fideicom. allegantē ad
88 hoc Ioan. and. in ca. cum dilectus de conſue. Nā † re
gulariter in cōtractibus non habet locum ius accreſ
cendi. l. ſi mihi & titio. ff. de verbo. obli. l. ſi duo pa
troni in princi. ff. de iureiur. cum concor. Quæ limita
tio non videtur mihi vera quia licet ſtatuta ſint iurata
non tamen ſucceſsio dicitur deferri ex contractu. l. i.
ff. vt ex leg. vel ſenatuſconſul. Et intelligo talia ſtatu
ta ſapere naturam contractuum quo ad effectum ob
ſeruantię & vinculum municipij, quod quādo ſit col
ligitur ex notatis per Barto. in repeti. l. omnes populi.
in tertia quæſtione princi. verſicu. circa tertium. ff. de
iuſti. & iure. Et per docto. in capitulo cum dilecto de
præben. cum concor. traditis per Moder. in capitulo
cum acceſſiſſent in. v. colum. de conſti.
89 VNDECIMO quæro † an ſtatuto prohibente
relinqui bona mulieribus, putà immobilia nuptis ex
tra territorium, ſi contingat relinqui debeatur ſaltem
æſtimatio, breuiter communis opinio eſt quòd ſic, ꝑ
ut voluerunt Iac. de are. Bald. & Alexand. in. l. apud
iulianum. §. fina. ff. de lega. primo. Et Iaco. de are. bar
to. Bald. Ange. Imo. & Pau. de caſt. in lectu. bonon.
in. l. filiusfa. §. ſi quid alicui. eo. tit. & aliqui ſcribentes
in. l. multum. ff. de verbo. obli. Et Alberi. de roſa. in
ſecunda parte ſtatu. in ſecunda quæſtione in ſecunda
colum. & Pet. de aucha. & Imo. in. c. filius de teſta.
90 † Dum tenent q̀ licet forenſis ſit prohibitus acquire
re ex forma ſtatuti, ſi tamen ei legetur, debebitur æſti
mano. Simile in fratribus minoribus qui nō poſſunt
habere proprium, vt per Alexan. in. d. §. fin. Et Zaba
rel. in cle. exiui §. proinde vltima colum. cum præce.
de verbo. ſignifica. Et Bart. in tract. minoricharum
ſecunda parte verſicu. pone aliquis, & in quarta par
te verſicu. primo incip. de hæreditatibus, & ſecun
dum ibi dicta eſt intelligendum quod legitur in con
ſilio Petri de anchara. inſerto inter conſilia Calde.
ſub rub. de teſta. conſi. xx. & qđ dixit ibi Calde. con
ſi. penul. et hoc idem dixit dominus Dionisius de pe
ruſio in. l. benignus. ff. de legi. quem ſequitur domi.
91 Franciſ. cur. in conſil. xxvij. in penul. colum. eſſe † in
conſtitutione dotis, quia ſi talia bona in dotem den
tur ſecundum eos æſtimatio debebitur, licet regulari
ter ſecus ſit in contractibus, vt notatur in. d. l. multū
vbi text. & per Roma. in conſi. lix. verſi. quo ad ter
tium. Mouentur ipſi quia non eſt minus fauorabilis
cauſa dotis quàm vltimę voluntatis. vt colligitur ex
ratione barto. in. l. legatum ſecundum intellectum ibi
traditum per eū. ff. de. annu. leg. Vbi fauore dotis am
pliatur legatum, quod aliàs reſtringeretur, quo argu
mento vtuntur Ange. & Imo. in. l. prima. ff. ſoluto
matrimo. & aut. in conſi. xxxvi. et eſt clarum quòd
in fauorabilibus fit extenſio, nedum à maioritate ve
rum etiam à paritate rationis ſecundum eos, vt eſt
glo. & doc. in. l. illud. C. de ſac. ſan. eccle. Notat Io.
and. in ca. tenor qui filij ſint legi. Mouentur etiam q̀a
dos eſt cauſa pia. l. ſi mulier. ff. de condi. ob cau. Item
mouentur ex ratione differentię. d. l. multum intereſt,
quæ ſecundum Cuma. & Roma. ibi eſt quòd debea
tur æſtimatio magis in vltimis volūtatibus quàm in
contractibus, quia in vltimis voluntatibus fit lata in
terpretatio. l. in teſtamentis. ff. de regulis iuris. & in cō
tractibus ſtricta. l. veteribus. ff. de pact. l. quicqd aſtrin
gende. ff. de verbo. obli. Ad. idem facit quia videmus
92 quòd † bona ſubiecta reſtitutioni poſſunt in ſubſidiū
ex cauſa dotis alienari, vt eſt tex. in aut. res quæ & in
corpore vnde ſumitur. C. commu. de lega. et licet
hæc deciſio de dote ſit notabilis, tamen pro nunc eā
nec approbo, nec improbo, quia aliqua ex fundamē
93 tis prædictis ſunt debilia. Item id quod dixi vt † ꝑ
viam contractus non debeatur etiam æſtimatio limi
tatur niſi expreſsè contrahentes egiſſent vt mulier pro
hibita acquirere rem alienaret & precium retineret
etiam ſi ſtatutum dicat quòd nec per viam contra
ctus, nec per viam vltimę voluntatis rem acquirere
poſsit ſecundum Roma. in ſingu. cclxxxix. incipien.
prohibetur forenſi, vbi loquitur in terminis ſtatuti ꝓ
hibentis forenſem acquirere, allegat gloſſ. in. ca. i. in
verbo domum de religi. domi. Et eſt ratio quia quòd
non durat alienatum non videtur alienatum. c. primo
quid iu. ſi vaſ. poſt alie. feu. id recep. & lege pro parte
§. verſum. ff. de in rem verſo. Et quod notant Angel.
& Roma. in. l. ſequitur. §. item labeo, ff. de vſucapio.
et do. præceptor meus in lege fin. in. ccxxv. colum. in
xx. & xxi. quęſtione. C. de iure emphi. Ad prædicta
faciunt quæ dicunt Iaco. de are. Barto. bald. & Doc.
94 in. d. l. apud iulianū. §. fi. † de legato rei immobilis fa
cto fratribus minoribus qui ſunt incapaces cle. exiui.
de verbo. ſignifictione. vt debeatur nihilominus æſti
matio ipſius rei.
95 DVO decimò & vltimo quæro, † an tale ſtatu
tum prohibens relinqui vel dari mulieri etiam ex con
tractu habeat locum in re parua ſeu modica. Ro
ma. in ſingulari. cccxxvj. incipi. hodie quidam pro
curator loquendo in terminis ſtatuti prohibentis ac
quirere forenſem tenuit quòd non per text. in. l. ſena
tus §. marcellus. ff. de legatis primo ſecundum expoſi
tionem Pet. Iac. de are. & Barto. ibi vel melius ſecun
dum expoſitionem. Ioan. de imo hic ſecundum bal.
in. capi. primo. §. ſi duo fratres de duobus fratribus de
96 no. benefi. inue. † ſtatutum prohibens forenſem ac
quirere imobilia non habet locū in parua domūcula
vel cabana, & ſtatutū de domo nō habet locū in caba
na ſeu parua domo, ꝓ quo facit q̀ habet in. l. lex cor
nelia. §. domū. ff. de iniur. Ad idem facit quia in re
eccleſię parua ſeu minima alienanda non eſt neceſſaria
ſolennitas. c. ſine exceptione. xij. q. ij. & auct. hoc ius
porrectum. C. de ſacroſan. eccleſi. ſecundum text. in §.
terrulas. q. ē. allegata, de quo plenè per Ioan. and. in
regula qui tacet in mercu. & Ange. in auctē. de ali. &
emphi. §. hoc etiam in fin. & Alexan. in. d. l. marcellus.
& dixit Panormi. in. c. vt ſuper de reb. eccle. non alie.
97 allegando Federi. de ſenis in conſilijs ſuis quòd † ſub
iuramento prælati iurantis non alienare immobilia in
conſulto pontifice, non comprehenditur res modica
ſeu modicę vtilitatis, & dicam. ī. ea. q. Facit etiam ad
prædicta quod dicunt Gloſſ. Bald. & Slyce. in auct.
minoris debitor. C. qui da. tu. poſ. quòd propter mo
dicum debitum vel creditum vel modicam commu
nionem. putà vilis poſſeſſionis quis non remouetur
à tutella, & dicunt bald Saly. & Moderni in aucten.
præterea vltima. q. C. vnde vir & vxor. q̀ diſpoſitio

Illius auct. loquens in matrimonio ſine dote habet locum, etiam ſi dos parua exiſtat, & dicit etiam Bald. in. l. ſi. pro ea in prin. ff. man. non attendi. dilapidationem principalis debitoris, vt poſsit per fideiuſſorem contra eum agi, quando dilapidatio eſt modica & conſequenter quando non eſt ordinata ad ſuſpitionem, adeo vt ſit neceſſe quòd talis ſit dilapidatio vt fideiuſſor poſsit veriſimiliter dubitare de creditore, quia ſi debitor de centum habens in bonis mille diſſipet fortè ducenta, non propterea poterit allegari ſuſpitio, quod dicit facere ad ſtatuta permittentia iurari de ſuſpecto. Et dixit idem Bald. in auct. ſed iam ne-
98 ceſſe. C. de dona. ante nup. quòd † ſtatutum diſponẽs capi poſſe ſuſpectum de fuga, non habebit locum in debitore modici ſeu parui debiti, quod ſequitur Roma. in conſilio. cccxxx. & in ſingulari. xcvij. incipi. dic mihi tu habes. Hinc ſecundum baldum in. l. fi. C. de edil. actio. & in. c. cum adeo de reſcrip. & ange. in. l. ſi pignore §. furem. ff. de furtis. & in. l. extat. ff. quod met. cauſa. & Roma. in. l. prima. § fin. ff. ad ſil.
99 † Statutum loquens de vulnere nõ intelligitur de modica ſciſura, facit tex. in. l. 1 §. ſciendum. ff. de edil. edi. Ibi vel leuis febricula & ibi vel vulnuſculum modicum, & dixit Bald. in. l. ſi prædium. C. de ędil. edic. in iij. quæſtione quòd modicum vulnus nullum habet in ſe delictum, facit. c. pro illorum in fin. de ſen. excõ. & ſecundum Bald. in. d. capi. cum adeo. & Imol. in d. §. marcellus. & Panormi. in. c. propoſuiſti de conſec. eccl. vel alta. Statutum pœnale loquens de ſanguinis effuſione nõ habet locum in modica vel minima. ſic videmus ꝙ pro modica re non datur in integrum reſtitutio. l. ſcio. ff. de in inte. reſtitu. titulo generali, nec in locatione modica res attenditur. l. ſi quis conductionis. C. loca. Nec pro modico fit reſciſsio contractus, vt per bald. in auctenti. qui rem ſecundo no-
100 tabili. C. de ſacroſan. eccle. † Nec modica res viciat contractum, nec parit actionem vel exceptionem. l. habitores eo. titu. & l. in rebus. §. poſſunt. ff. commo. l. ſi quidem. ff. de donatio. inter vir. & vxo. Nec nocet. ſi modicum amittatur. lege prima in fin. ff. de vẽ. inſpicien. Nec pro modica ſerui percuſsione dominus agit. §. ſeruis. inſti. de iniu. nec pro modica fraude dicitur rumpi diſpoſitio teſtatoris. c. requiſiſti de teſti. nec pro modico cogitur quis cauere. c. per veſtras. de dot. poſt diuor. reſti. & de modicis impenſis per virum in res dotales factis non curatur. l. omnino, & l. quod dicitur. ff. de impen. in re. dota. fa. Ibi quæuis modica refectio. nec modicam pecuniam tenetur tu-
101 tor deponere. l. ita autẽ. ff. de admi. tu. † Nec pro parua iniuria quis notatur infamia. c. cum te. de re iudicata. Nec pro modica ſumma quis infamatur, nec etiã actione de dolo agitur. l. ſi oleum. §. fina. cum. l. ſequẽ. ff. de dolo. Nec pro modica cauſa quis debet excommunicari. xi. q. iij. c. epiſcopi. Nec modica donatio inducit ſimoniam. c. & ſi quæſtiones de ſimo. Nec mora modici temporis obligationem mutat. l. ſi in lege § colonus. ff. loca. Nec in mora modici temporis eſt periculum. l. ſi debitori. ff. de iudi. Sic dicimus ꝙ in breui reuerſurus eſt expectandus. l. ſi longius in princip. ff. de iudi. l. cum antiquitas. C. de teſta. vbi Alex.
102 ex hoc infert ad aliquas quæſtiones, vbi etiã dicit † impeditum modico tempore excuſari ſi non mutat procuratorem, nec modica deformitas nocet promouendo. c. Thomas de ęta. & quali. Et vbi res modico precio emitur titulus habetur pro non titulo. l. nec vlla. §. ſed quid. de peti. hære. Sicut etiam dicimus quòd qui modicum tranſgreditur non vituperatur. l. quiſquis.

& ibi barto. & Pau. de caſt. ff. de conditio. & demõ. Et vbi adeſt minima contrauentio ceſſat regula. l. cũ proponas la. ij. C. de pactis. quòd frangenti fidem fides frangatur eidem ſecundum Bald. in conſi. ccclxv. incipen. pactum inter locatorem. iij. volum. ſecũdum penult. impreſsionem, & Ioan. de ana. in conſi. viij
103 in. ij. colũ. † Et ſtatutum mandans ſeruari certum modum ſeu ſolennitatem in criminalibus non intelligitur loq de leuibus & modicis ſed de grauibus. bar. in. l. lęuia. ff. de accu. & Ange. in trac. male. in clauſula hæc eſt quædam inquiſitio in. viij. col. cum concor. de quibus per do. Bapti. de ſancto Seue. in trac. de debi. fugi. in. iij. q. princi. in penul. & vlti. colum. quæ hic annecti poſſunt pro pleniore commento. Hinc & dicimus quòd modica contrarietas in teſte non viciat barto. in. l. eos. ff. de fal. But. in. c. ij. de regu. & Alex. in conſi. v. incip. in caſu. quæſtionis in penu. colum. in fi. verſi. ad idẽ qđ ſignanter. l. vol. Et dici. cõſueuit quòd licet ſcholaris non poſsit legere pro doctore. vt dicit glo. in. l. i. C. de man. & colo. lib. x. & Bart. & bal. in. l. parabolani ver. exceptis. C. de epiſ. & cle. poſsit tamen legere pro modico tempore. Et dicebat bal. in. d. l. ꝗuis. ff. de condi. & demon. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ officiales debeant ſindicari in fine ſui officij non debentur ꝑ quolibet lęui errore ſindicari. Item quòd qui non ſoluendo certam quantitatem incurrit pœnam corporalem pro modico errore calculi non incurrat, vt ibi per eum. Et dicit lex. quòd res bona fide empta propter minimam cauſam inempta fieri non debet. l. res bona fide. ff. de contrahen. emp. Nec per lęuem metum habet locum actio quod metus cauſa. l.
104 v. quæ incipit metum. ff. de eo. quod met. cau. † Et valor rei ſeu chariſtia quæ modico tempore durauit non conſideratur. l. precia rerum, & ibi Doc. maximé Imo. & Alexan. ff. ad leg. fal. Nec pro lęui cauſa poteſt quis torqueri ſecundum Matheſila. in notabilibus in notabili. cxxxv. Nec attenditur furor modici temporis ſeu quod quis fuerit modico tempore mutus ſecundum barto. in. l. ij. in fi. ff. de bono. poſ. ſecũdum tabu. & Alex. in. d. l. precia rerum. i. colum. & Doc. in. l. furioſum. C. qui teſta. face. poſ. Sic. etiam dicimus quod epiſcopus qui iurauit non alienare res eccleſię, non intelligitur ſenſiſſe de minimis ſecundum Pet. Panor. Imo. & do. Ande. ſicu. in. c. ad aurea de reb. eccle. non alie. Adeo vt poſsit in emphiteoſim rẽ modici valoris concedere quod eſt notabile dictũ pro pter iuramentum, vt in eo intelligantur minima excepta, & dixi. ſ. ea. q. circa prin. Item ſecundum Anto. de but. Panor. & Imo. in. c. quæ in eccleſiarum, & ibi do. Fely. in. xviij. col. verſi. quarta declaratio. de conſti. poteſt princeps ſine cauſa lędere in modica quantitate. Hinc etiam videmus ꝙ vbi modicum præiudiciũ infertur dilatio legalis abbreuiata, non prorogatur ſecundum Gloſſ. quæ reputatur ſingularis in capi. cum pia in verbo octo dierum de excep. in. vj. de quo per Alexan. in. l. ij. in. iiij. col. ff. de re iudi. Sic etiam videmus quòd ſolennitates iudiciorum locum non habẽt in cauſis breuioribus auct. niſi breuiores. C. de ſen. ex peri. reci. notat. Panormi. in. c. j. de lib. obla. cum con
105 cor. Item † quamuis liceat occidere furem nocturnum pro defenſione rei, tamen hoc non habet locum in re modici vel vilis pcij. l. ſi ex plagijs. §. tabernarius. ff. ad leg. acquil. l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adult. Quo caſu nec etiam licet vulnerare. ſic etiã dicimus. quòd vbi eſt modica & breuis dilatio dies non interpellat ꝓ homine. bald. in. l. ſi mihi & ticio. §. i. ff. de lega. j. De quo per Rom. in rubrica de arbit. in. ij. coſumna.

Hinc

106 Hinc etiam dicimus quòd † omiſsio leuis ſolennita-
tis nõ viciat.l.i.§ fi.et ibi bart.ff.de vẽ.inſpi.bar.in.l.
cũ in §.ſi prętor.ff.de tranſac.Bal.in.l.fin.verſicu.ſed
nunquid delegatio.C.de ſen.ex peri.& reci.& ſpero
deo dante latè alibi dicere in quoddam alio tractatu
meo.Et dicit Barto.in.l.illud.C.de cano.largi.titu.li
bro decimo quòd poteſtas poteſt modicam pecuniã
ex ea quæ debetur camerario communis conuertere
ad ſuum palatium in neceſsitates publicas licet aliàs
ſecus,ad quod facit.l.diuus.ff.de bo.damna.per quã
dixit Roma.in ſingularibus ſecundi anni in ſingula-
ri.xxix.quòd ſtatuto mandante bona damnatorũ cõ-
fiſcari iudex poterit modicas res ſeu modici valoris
conuertere in neceſsitatem ſui officij,de quo per Ang.
in.l.quoniam.C.de bo.dam.& Catal.in tract.ſindica
tus.in.cxciij.q.Et do.Augu.in additionibus ad an-
ge.in trac.malefi.in verbo & eius bona publicamus
in tertia additione.Et videmus etiam ludum permiſ-
ſum in modica re.l.quod in conuiuio.ff.de alea.De
quo per Ang.in trac.malefi.in verbo metidore de ma
li dadi.& ibi latè per do.Augu.vbi dicunt modicam
ſummam dici in propoſito vnũ aureum,ſic & aliàs
in contrahenda ſocietate non attenditur cõmunio par
uorum lucrorum per notata per Bart.in.l.ticium &
meuium.§.altero.ff.de admi.tuto.Et videmus etiam
quòd ſi dominus petat ſeruitium à ſeruo vxorato &
mulier eodem tempore exigat debitum matrimonij
ab ipſo ſeruo præferendus erit dominus,niſi ex expe-
ctatione modicum præiudicium domino inferatur,
putà per expectationem modici temporis ſecundum
107 glo.in.c.i.de coniugi.ſeruo.Sicut & † ex modico tẽ-
pore non inducitur communis vſus vtendi vel loquẽ
di per nota.per glo.& Bart.in.l.labeo.ff.de ſup.leg.
Item ex modica deterioratione emphiteota etiam
eccleſię non cadit à iure ſuo.auct.qui rem.C.de ſac.
ſan.eccle.vbi Bald.in ſecundo notabili.Et dixit bal.
in.l.ædem in.iij.co.ver.ſed nunquid pro vno nũmo.
C.loca.quòd pro vno nummo ceſſato in ſolutiõe pen
ſionis conductor non poteſt expelli,licet ſecus ſit vbi
honor domini verſatur,vt in feudo & emphiteoſi.§.
itaq; in auc.de nõ alie.& doc.magis communiter in
dicta auten.qui rem.C.de ſac.ſan.eccle.quamuis gl.
ibi etiam teneat quòd pro ceſſatiõe canonis vnius nũ
mi emphiteota eccleſię non poſsit expelli,& de ceſſa-
tione nummi,videatur omnino Gloſ.& Bald.in.d.
l.res bona fide.& bald.in.d.l.quamuis.ff.de condi-
& demon.& in additio.ſpec.in tit.de appel.verſicu.
ſed pone dicit ſtatutum.Et Alex.conſi.cvi.v.colum.
tertio volũ.Vbi dicit quòd defectus vnius nummi
nocet conductori illum nõ ſoluenti & emptori ſeu al
teri obligato ad gabellam,ac debenti ſoluere bannũ.
cum concor.ĩ.allegandis.Et de quibus per Moder-
nos in repe.l.ſi quis maior.C.de tranſac.Facit quod
dixit bald.in lege res bona fide.ff.de contrahen.em.
Item videmus q; leuis febris non excuſat citatum.l.
quæſitum.ff.de re iudi.& plura ſimilia poterit curio-
ſus lector inuenire,nec prædicta ſpernat,cum non in
uenerim prædicta ab alio ita latè cumulata. Et ex
prædictis puto eſſe tranſeundum in terminis quæſtio-
nis noſtrę cum concluſione ſuprà facta.Licet q̃nq; et
108 lex ſentiat de minimis,vt in † actione furti quæ pro re
minima etiam pro ouo datur.§.gallinarum.Inſti.de
re.diu.notat glo.in.l.id eſt.ff.de dolo.Vbi aſsignat
rationem,ſic etiam in actione nego.geſt.l.omnino in
fi.ff.de impen.in re.do.fa.Et ratio de ſe patet,quia ge
rens non intendit donare ſed repetere etiam minimum
& diuerſa eſt ratio in marito in re dotali impendente.

Item in emphiteota & feudatario ceſſantibus in ſolu-
tione modici canonis,etiam eſt ratio quare cadant,
vt prædixi.Sic etiam videmus in ex promiſſore dam
ni infecti,quia repetit modicam præſtationem.l.ſi pro
prietarius.ff.de dam.infect.ne ſit in damno.Et dixit
109 Bal.in.l.i.§.de executoribus.ff.nau.cau.ſta.q; † ſtatu
tum puniens cõburentem domum habet locũ in do-
mumcula,& ſecundum iura antiqua inſtitutus in re
modica & exhæredatus æquiparantur.l.ij.in fine.ff.
q; cum eo.facit.l.ſi quis filium §.fina.ff.de inof.teſta.
Licet hodie ſecus ſit fauore teſtamenti conſeruandi.l.
110 omnimodo.C.de inof.teſtamen. † Item modicũ be
neficium tacitum ab impetrante reddit gratiam nullã
c.non poteſt.& c.ſi motu proprio.§.final.de pręben.
in.vi.Et ſtatutum de amouente de pecunia commu-
nis habet locum in amouente vnum tantum denariũ
Ange.in.l.ſi quis dederit §.prætor in fin.commen.ff.
de acgren.hæredi.Et ſtatutum prohibens extrahi vi-
num comprehendit portantem amphoram cauſa gu-
ſtus,vt per Doc.Mode.in.nõ dubium vbi dominus
meus Iaſ.xi.colum.C.de legi.& modica ſeu minima
contrauentio,maximè præiudicat vbi adeſt iuramen-
tum,vt per Fulgo.conſi.ccxiij.incipien.& facto,&
Cuma.conſil.clxxix.incipen.facta fuit cum concor.
de quibus per modernum taurinenſem dominum par
paliam in repe.d.l.ſi quis maior penult.colum.xi.q.
C.de tranſa.& pro pleniore commẽto videri poſſunt
quæ dixi de actu momentaneo.ſ.in.vi.articu.princi.
in quarto membro in.xxi.q.Et plura dicit in hac ma
teria domi.Corſetus in tracta.de poteſtate regia,vbi
inſerit tractatũ de minimis. Item quod dicitur quẽ
non poſſe trahi vltra dietam.c.ſtatutum §.cum autem
de reſcrip.in.vi.Procedit etiam ſi modicum vltra tra
hatur ſecundum gloſ.ibi in verſicu.remotus. Cir-
ca quorum declarationem puto faciendam regulam
111 quòd † in dubio lex vel diſponens nõ intelligatur ſen
tire de modicis & leuibus p prædicta,ſiue loquamur
generaliter.ſiue reſpectiuè ad illud vt dixit Bald.in.d.
l.ſcio.ff.de in inte.reſti.titu.generali inferens ex hoc q;
minori non competit reſtitutio aduerſus interlocuto
riam modici præiudicij,putà latam ſuper reiectione
declinatorię poſt Inno.in.c.coram felicis de reſti.in-
integ.de quo ibi habetur per Hoſtien.& Imo.& Io-
an.and.ac Gemi.in.c.ij.eod.titu.in.vi.& Feli.in.c.
exceptionem in.x.colum.in.vi.fallentia.de excep.ad
quam cõcluſionem facit illa regula quòd verba debe
ant capi in potiore ſignificato.l.i.§.vitare.& l.ob quę
vitia.& l.cui dens.ff.de ædil.edi.& l.item apud la
beonem.§.quæſtionem.ff.de iniu.Vbi appellatione
quæſtiõis non venit leuis quæſtio,& ideo ſecundum
Cyn.& Bald.in prohe.ff.orum.§.ſed nos,appellatio-
ne calciolarij nõ venit zabaterius,& probationis ap
pellatione in dubio intelligimus de plenaria gloſſ.
in clemen.fina.de cenſi.facit quod nota.Bald.in.l.i.
circa medium commen.C.de ſuc.edic.Ad.§.de exerci
toribus reſpõdetur quòd erat eadem ratio in exercito
re naulcule ſeu nauis paruę ſicut eſt ſcapha.l.ſcaphã.
ff.de euic.& propterea credo quòd ſtatutum puniẽs
cõburentem domum non habeat locum in cõburente
cabanam vel indiſtinctè in comburente domum par-
uam quia poſſet eſſe adeo vilis,vt ratio & mens ſta-
tuẽtium veriſimiliter ad eam ſe non extenderent ſeu tra
herent conſiderata maximè qualitate poenę.Vbi autẽ
112 q̃rimus † an lex voluerit ad minima ſeu modica agi
poſſe ſeu actionem inſtitutam ad ea trahi,& an tunc
de minimis ſit curandum.barto.facit diſtinctionem
in.l.ſi proprietarius.ff.de dam infect.in princi.Cum

34 Concluſio præcedens limitatur, ut non procedat quando tēpore cōditi teſtamenti filia nō habebat qualitates propter quas excluditur.

35 Filia excluſa per ſtatutum. quando eſt præterita non inſtitutis agnatis ſeu his quorum contemplatione excluditur, an admittatur ad rumpendum teſtamentum.

36 Validitas uel inualiditas teſtamēti nō poteſt eē in pendenti ſed uel ſtatim teſtamentum eſt nullum uel ſtatim ualidum.

37 Pater non habet iure proprio quòd poſsit filiam præterire, ſed fauore agnatorum: quo ceſſante nō debet impunè poſſe præterire.

38 Filia excluſa propter agnatos, an intelligatur excluſa ſi nō ſuccedant agnati.

39 Teſtator prouidendo aliter, quā diſponat ſtatutum, facit ut à prouiſione ſtatuti intelligatur receſſum.

40 Vbi conceditur aliquid contra ius ex aliqua cauſa, durat illud conceſſum ad limites cauſæ qua ceſſante ceſſat conceſsio.

41 Filiæ excluſæ propter agnatos, ſi non inſtituantur illi, & illa ſit in aliquo inſtituta quod ſit minus legitima, ex teſtamento legitima debetur, etiam ſi inſtituta ſit mater.

42 Statutum excludens matrem à ſucceſsione filij extante fratre nō excludit eam à petitione ſupplementi legitimæ quādo frater defuncti non fuit ab eo inſtitutus, ſed alius.

43 Filia an excluditur à ſucceſsione ſiue per ius dicendi nullum ſiue per bo. poſ. contra tabu. licet aliæ perſonæ ſint inſtitutæ, quàm hæ propter quas talis filia à ſtatuto excluditur.

44 Licet ſtatutū non uideatur præcisè fœminas excludere, illis tamen maſculos præponit, qui ſi tales fuerint qui impunè præteriri poſsint, uel à ſucceſsione excludi ex teſtō adeo q. exhæredatio non ſit neceſſaria, multo magis fœminæ poſt eos uocatæ præteriri poſſunt, nec illis competit bono. poſ. contra tab. quamuis ſimus in caſu in quo ex teſtamento ſuccederent.

45 Exhæredato eo, qui præcedit in gradu, ſi ſequens in gradu neceſſariò fuiſſet exhæredendus uel inſtituendus non exiſtēte primo, & reperiat ſe præteritum, habet ex ſua perſona querellam,

46 Filius præteritus poteſt approbare teſtamentum in præiudicium ſequentis in gradu, quem expugnando teſtamentum poteſt excludere.

47 Si filia eſſet emancipata & præterita cum expreſsione cauſæ, & hæreditas eſſet adita illa poſſet intentare bono. poſ. contra ta.

48 Statutum matrem excludens à ſucceſsione propter fratres locum habet etiam ſi frater inſtituiſſet extraneum, qui tamen non eſſet uilis perſona.

49 Reſeruatum filiabus per ſtatutum excluſis à reliquo, an debeat relinqui titulo inſtitutionis ad hoc ne poſſint teſtamentum infringere.

50 Statutum quod ſe habet ad ius commune derogatiuè non recipit interpretationem ab ipſo iure cōmuni, ſed debet ſimpliciter intelligi prout iacet.

51 Legitima per ſtatutum aucta poteſt relinqui quouis titulo.

52 In legitima filiorum per ſtatutum aucta, habent locum iura communia diſponentia de legitima.

53 An imputetur in legitimam filiæ, quod ei per ſtatutum præſeruatur & an ſit neceſſe filiam illud habere titulo inſtitutionis pulchrè diſtinguitur.

54 Filia quæ excluditur ab inteſtato an poſsit donationem inofficioſam dicere.

55 Si teſtator bona habeat in loco in quo filia excluditur à ſucceſsione propter maſculos, & in loco ubi uiget ius commune: Si filia fuerit præterita, an quo ad omnia bona ualebit teſtamentum, & quomodo in eis filia præterita ſuccedet.

56 Circa ſolennitatem actus inſpicitur locus ubi geritur.

57 Interdictio bonorum trahitur ad bona ſita extra territorium.

58 Si in loco in quo fœmina excluſa eſt per ſtatutum, pater donat bona fratri, qui eam excludit: an alibi poterit agi, uel quo ad bona querella inofficioſæ donationis moueri.

59 Quando ſtatutum tollit obſtaculum perſonæ habilitando aliquem, non porrigit effectum extra territorium ubi uiget ius commune, & ibi talis perſona nō ſolet eſſe habilitata.

60 Ex legis poteſtate poteſt quis decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

61 Stante ſtatuto quòd mulier tranſiens ad ſecūda uota nullo modo poſsit ſuccedere filio, propter quod uidetur ex teſtamento probibita ſuccedere: talis tamen mulier poterit à filio inſtitui in bonis extra territorium ſitis quamuis contingat eum decedere pro parte teſtatum & pro parte non.

Sufficit teſtatorem filiæ quouis titulo relinquere per teſtamētum conditum in loco, in quo à ſucceſsione excluditur filia aliquo ſibi relicto quouis titulo: etiam ſi alibi teſtator bona habeat, ubi pariter excluditur filia: ea tamen lege q. in aliquo inſtitui debeat quod non ſit minus ſumma ſibi per aliud ſtatutum præſeruata, ualetq; utrobiq; teſtamentum. eod. nume.

62 Filia per ſtatutum excluſa quouſq; ſuperſint maſculi, an tūc præterita poterit dicere teſtamentum nullum ſtatim mortuo teſtatore, an uerò demum hærede inſtituto decedēte nullis ſuperſtitibus maſculis.

63 An deficientibus maſculis propter quos à ſtatuto fœmina excluditur poſsit filia à principio excluſa uenire ad ſucceſsionem defuncti.

64 In ſucceſsione ab inteſtato ille admittitur, qui eſt proximior tempore mortis.

65 Vbicunq; loquimur de prælatione alicuius alteri facienda inſpicimus tempus quo ſucceſsio acquiritur: adeo quòd ille qui tunc præfertur efficitur perpetuus hæres & tranſmittit & alterum ſemper excludit.

66 Quando ſtatutum filiam excludit temporaliter ut quia dicat, donec & quouſq; maſculus ſuperuixerit an tunc filia perpetuò ſit excluſa.

67 Niſi nullitas adſit tempore mortis confirmatur teſtamentū inexpugnabiliter.

68 Poteſt ſtatutum, ſicut & miles, facere ut quis ſit hæres alicuius dum uixerit, & poſt mortem deſinat eſſe hæres & alius directò ſuccedat.

69 Mortuo maſculo filia poterit agere ad ſupplementum dotis congruæ, quæ eo uiuente non poterat.

70 Conditionis natura non eſt ſtatim inducere, ſed ſuſpendere actum in euentum, uel defectū conditionis tam in conditiōe expreſſa, quàm in tacita.

71 Temporalis excluſio in una parte ſtatuti extenditur ad aliā excluſionem ſimpliciter factam.

72 Dictio donec, quouſq; & ſimiles appoſitæ actui habenti limitationē circa tēpus faciunt magis, diē ſeu quandam ſuſpenſionem, quàm conditionem ſuſpenſiuam. aliàs ſecus.

73 Si ſtatutum dicat quòd ſuperſtite uel extante maſculo filia nō ſuccedat, nec audiatur agendo uel excipiendo, an maſculo non exiſtente admittatur ad ſucceſsionem.

74 Qualitas adiecta uerbo reſtringit diſpoſitionē ad terminos,

& tempus uerbi.

75 *Ablatiui abſoluti nullo ſuperſtite maſculo, conditionem faciunt ita q. extantibus non audiatur fœmina.*

76 *Si ſtatutum dicat quòd mortuis maſculis fœmina poſſit redire ad domum patris: & ibi percipere alimēta, an per talia uerba poßit ſuccedere fœmina, an uerò ei ſolū prouiſum ſit de alimentis.*

77 *Statuto dicente quòd fœmina non ſuccedat ab inteſtato defuncto donec ſit maſculus qui ſuccedere poßit & uelit. per illa uerba mulier admittitur eo caſu quo maſculus non ſuccedit, uel quia nolit, uel quia non poßit: illo uerò ſuccedente excluditur & eo tempore, & perpetuò.*

78 *Quid ſi fœmina temporaliter excluſa paſſa ſit labi. xxx. annos à tēpore quo defuncto maſculo potuit admitti. & quid è contrà ſi non ſit paſſa.*

79 *Filia temporaliter excluſa adueniente caſu quo admittitur ſi prætereatur rumpit teſtamentum.*

80 *Si ſtatutū diſponat circa teſtamētū, putà quod filia nupta, ſi ſit præterita non poßit rumpere teſtamentum quouſq; maſculus ſuperuixerit: tunc ualet teſtamentum uiuente maſculo, quo mortuo rumpitur. ſed quid quando ſtatutum nihil diſponit circa teſtamentum, ſed tantùm circa ſucceßionem.*

81 *Diuerſi inſurgant effectus ſi filia impugnet teſtamentum ex retro. i. ex tempore mortis patris: an ut ex tunc. i. èx tempore quo ſuccedit & an, qualiter, & quomodo hoc poßit: & quale inde commodum recipiet ex hæreditate.*

82 *Ex teſtamento quod ſperatur rumpi non poteſt adiri hæreditas: nec ſuus hæres exiſtere.*

83 *Vbicunq; præſens ſtatus non tendit ad annullationem teſtamenti, poteſt interim adiri hæreditas: ſecus ubi tendit ad annullationem.*

84 *Licet teſtator fauore maſculi filiam excludat, facere tamen non poteſt quòd pendentibus uiribus teſtamenti hæreditas contra regulas iuris communis adeatur.*

85 *Statutum filiam excludens ab inteſtato, dat facultatem patri ex teſtamento illam prætereundi.*

86 *Effectus uarij & perutiles inſurgentes ex eo, an filia ſuccedat ut ex retro, an ut ex nunc.*

87 *Filia temporaliter excluſa, putà uiuente maſculo, moriens relinquit filiam, an hæc filia excluſæ mortuo maſculo admittetur ad ſucceßionem aui ab inteſtato, uel ad impugnandum eius teſtamentum ſicut fuiſſet admiſſa eius mater.*

88 *Filia excluſa donec maſculus ſuperuixerit, an petere poßit cautionem à maſculo, de non dißipandis bonis hæreditarijs ſibi reſtituendis adueniente caſu mortis maſculi.*

89 *Filiæ excluſæ licet non admittantur ad partem, an tamē partem faciant ad commodum maſculorum uocatorum.*

90 *Stante ſtatuto quòd fœminæ ab inteſtato non ſuccedant cum maſculis: ſi pater inſtituat filias in re modica: & filios uniuerſaliter inuicémq; demum ſubſtituat an intelligātur etiā filiæ ad ſubſtitutionem uocatæ, & quid in inſtitutis.*

91 *Stante ſtatuto quòd mulier ſit contenta dote ſua & quòd filij ex ea non ſuccedant auo materno, ſed ſint contenti dote materna. Statutum tale præſupponit quòd dos filiæ ad patrem non redibit ſed filijs filiæ remanebit.*

92 *Statuto diſponente q. filia dotata teneatur refutare hæreditatem quale ius habet filia in hæreditate.*

93 *Stante ſtatuto quòd filia non ſuccedat, ſed debeat dotari an ſufficiat illam eſſe à quocunq; dotatam.*

94 *Statuto uocante maſculos proximiores ad bona mobilia & immobilia, & ſuperſint perſonæ defunctæ mater & patruus: an ipſa mater aliquid habebit.*

95 *Stante ſtatuto quòd fœminæ teneātur ſtare ordinationi patris, an pater poßit eis directò ſubſtituere poſt pupillarem ætatem.*

Sequitur decimus articulus principalis.

DECIMO articulo principali eſt uidendum † qualiter & q̄diu intelligantur
1 fœminæ excluſæ. Circa quem articulum
eſt primo uidendum. An intelligantur
excluſæ tam de iure prætorio quàm ciuili, & videtur quòd ſolum intelligantur excluſæ de iure ciuili, quantumcunq; verba ſtatuti ſint generalia, puta ſi ſtatutum dicat quòd extātibus maſculis fœminæ nullo iure ſuccedant, quia illa verba nullo iure vel alia generalia ad ius ciuile, non autem ad prætorium referri debent ſecundum Fulg. in. l. maximum vitiū. C. de libe. præte. per text. in. l. gallus. § ille caſus verſic. porro cum gl. in uerbo nullo iure. ff. de libe. & poſth. facit. l. quotiens duplici via. ff. de regu. iur. Ad idem facit, quia quod dicitur in. §. nullam in auc. de hære. ab
2 inteſta. quòd hodie ſit † ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis ſolum procedit in ſucceſsione ciuili & non prætoria ſecundum communem ſententiam traditam in auten. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. hære. de quo latè per Alexan. & alios in. l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. cum concor. Adeo vt edictum de coniungendis cum eman. libe. videatur adhuc hodie locum habere de iure præto
3 rio. Tertiò pro hoc facit, quia † iura dicentia quòd remedia prætoria non proſunt his quibus ſucceſſio ex l. xij. tabula. vel ſenatuſconſul. vel conſtitutionibus principum non defertur, procedunt in his qui prohibentur ſuccedere propter ſolum odium prohibiti, ſecus ſi prohiberentur propter alium defectum contingentem ſecundum Dyn. in regula cum quid de regu. iur. in. vi. & Barto. in. l. non eſt ambigendum. ff. de bono. poſ. titu. generali. Et certum eſt quòd fœminæ in propoſito non ſolent excludi odio earum, ſed fauore maſculorum, ſeu agnationis, vt notat Barto. in. l. i. in fi. C. de ſecun. nup. et latè dixi. ſ. in. iiij. articulo principa. cum præceden. Vnde de iure prætorio non videntur excludi ita, quòd eis competant bono. poſ. & remedia prætoria. Et prædicta maximè videntur uera in ſtatutis conditis ab his quorum ſtatuta ſeu decreta appellantur ius ciuile, iuxta nota. per Barto. & ſcribentes in. l. ſtipulationum aliæ in princip. ff. de verbo. obligatio. iunctis notatis per Barto. in. l. i. ff. de bon. poſ. titulo generali, & per Bald. & ſcribentes in rubri. C. qui admit. in. vi. q. De quo dicam. j. in. xiij. articu. principa. q. ij. Sed in contrarium faciunt quæ dicam. j. eod. articul. in quarta quæſtione. & ad ibi dicenda me remitto. Vbi concludo fœminam excludi, etiam de iure prætorio. Et ita tranſit etiā dominus Socy. in conſilio. cl. primo volumine. in. xix. colum. in fi. ver. ſupereſt vltimo, vbi in hoc paſſu nihil allegat.
4 SECVNDO quæro, † an ſi maſculus velit fœminam à ſtatuto excluſam ſecum ad ſucceſsionē admittere, & illam non excludere hoc facere poſsit, an verò ſtandum erit p̄ciſè diſpoſitioni ſtatutariæ. Bald. in. maximum vitium. in quarta columna verſicu. ſed pone quòd frater. C. de libe. præteri. Dicit quòd ſi tūc creditores hæreditarij velint maſculum inſolidum cōuenire, & ille velit renunciare beneficio ſtatuti, & ſecum fœminam admittere audietur, quia res de facili redit ad naturam ſuam, lege ſi vnus. §. quod in ſpecie.

ff. de

5 ff.de pac. Et quia † Iuri municipali in ſuum fauorem
inducto quis poteſt renunciare.l.ſi quis in conſcriben
do.C.de pac.& eſt argumentum in.§.ſed his permittit
prętor.inſtitu.de hære. quali.& diffe.Et hanc partem
tenet Paul.de caſt.in.l.ticio centum.§ ticio genero.ff.
de conditionbi.& demonſtrationbi.in fi.commen.&
Alexan.in.l.patrem.ff.de his quæ in frau.cre.in apo
ſtil. Et modernus bononien.in tracta.dotium in vlti.
articu.princ.in.xxviij.q.allegando Bald.in quodam
conſi.inci.Mafremia cum cõçor.allegãdis.ĩ.in. xij.
arti.prin.vij.q.Pro quo facit quod dixit Rota.in de
6 ci.xij.ſub rubri.de conſue. in antiquis. quòd † ſi ſit
conſuetudo vt acquiſita p cõiuges ęqualiter diuidant
alter eorũ poterit conſuetudini renunciare, ſed ibi ade
rat conſenſus vtriuſq;,& dubium faciebat, quia vi
debatur ex tali renunciatione inſurgere tacita donatio
quæ non valet inter virum & vxorem. Nec prædictis
obſtat ſi dicatur quòd ſicut quis non poteſt diuidere
iudicium teſtatoris, ita nec legis, arg.l.penul.ff.de ac
qui.hæred. Quia reſponſio patet ex prædictis cũ poſ
ſit quis renunciare fauori ſuo, nec renunciando dici
tur diuidi iudicium legis ſeu ſtatuti ſi bene conſidere
mus, cum maſculus renuncians admittatur de iure cõ
muni & non beneficio ſtatuti. Et ex prædicta conclu
ſione infert Pau.de caſt.in. d.§.ticio genero, quòd ſi
7 † ſtatutum excludens fœminam mandet illam dota
ri, & maſculus velit eam admittere ad ſucceſſionem
potius quàm dotare, ex eo forſan, quia hæreditas ſit
modica, & illa malit dotari ꝗ ſuccedere. Audiẽdus
ſit maſculus propterea quia ſtatutum eſt factum fauo
re maſculi cui poteſt renunciare, maximè quãdo plus
affert incommodi ꝗ cõmodi. contra ꝗ illationem te
net Albe.de roſa.in ſecunda parte ſtatu.in.cij.q. inci.
Item quęro cõmuniter eſt ſtatutum, cũ quo trãſit Mo
dernus bonoñ.in loco.ſ.allegato.arg.l.fideicommiſ
ſa.§.cum eſſet.ff.de lega.iij. Vbi de hoc etiã tradit albe
ri.& per tex.in.l. petendę cum ibi notatis.C.de temp.
in integ.reſti.pet. Sed hoc non obſtante puto tranſeun
dum cum opinione Pau.de caſt.per fundamenta per
eum allegata. Nec obſt.tex.in.d.l. petende. Dum ibi
8 quęritur, † an reus poſſit renunciare dilatiõi ſibi datę
intra quam eſt etiam actori permiſſum probationes fa
cere, ad finem vt excludat actorem à probando, quia
reſpondetur quòd deciſio illius quæſtionis facit pro
opi. Pau.de caſt. Ibi enim magis cõiter concluditur ꝙ
non poſſit, ea ratione quia beneficium illius dilatio
nis actor conſequit beneficio legis ſic diſponentis præ
textu æqualitatis ſeruandę & non priuilegio rei, licet
9 eius occaſione conſequatur, quo caſu † generaliter qs
non poteſt renunciare beneficio in damnum talis per
ſonæ, licet ſecus foret vbi concederetur beneficium
priuilegio & contemplatione renunciantis, & non tñ
eius occaſione. & ita volunt Bald. Pau.de ca. Alex.
& magis communiter Doc.in.d.l.petendę. Barto.&
Bald.in.l.ſi arroga, vlti. colũ. Et ibi etiam dominus
prçceptor meus.ff.de adopt.Bald.& Ange.in.l.fina.
ff.de ferijs.Bald.in.l.poſtꝗ liti in vltima colum.C.
de pac.& Ang.in.l.fi.ff.de cõſti.prin. Sed in propoſi
to fœmina excluditur non tñ occaſione maſculi, ſed
etiam fauore & contemplatiõe ipſius, ergo maſculus
in præiudicium fœminæ debet poſſe ſtatuto renuncia
re. facit.l.ſi poſt mortem in fine.ff.de bono.poſ. con
tratab.l.amiciſſimos.ff.de excu.tu.&.l.prima in fin.
cum ſeq.ff.de ope.no.nun. Pręterea ſm Bald.in.d.l.
poſt.ꝗ liti, & in.l.ꝙ fauore.ff.de legi.& Iac.de are.in
10 d.l.ſi poſt mortem, qui refert ibi Bar.& in.d.l. peten
dę, † quando tale beneficium alicui competit de iure
ſpeciali poteſt ei indiſtinctè renunciari etiã in alterius
præiudicium, vt patet in.l.ſi iudex circunuěto.ff.de
minori. Præterea quia facilius tollitur ius ſpeciale ꝗ
commune.l.eius militis §.militia miſſus.ff.de mili.te
ſta. Et nemini eſt dubium quin maſculus excludat fœ
minam dotatam ſeu dotãdam de iure ſpeciali & mu
nicipali. Ad §.cum eſſet reſponderem ꝙ ibi grauatus
fideicommiſſo, licet poſſet partem retinere non erat
grauatus beneficio ſui. Ideo inuitus cogi poterat adi
re ſecundum naturam fideicommiſſi, & licet econtra
partem retinere poſſet, non eo minus dicitur beneficio
fideicommiſſarij grauatus, ſed in caſu noſtro maſcu
lus propter ſe fœminam excludit, nec tollit hunc reſ
11 pectum dos quę eſt fœminę præſtanda, vt de ſe patet.
† An autem ſi minor nollit fœminam excludere de
tur ei reſtitutio in integrum. Bald. ꝙ non in.l.non pro
numero.C.ad orſi.in lectu.antiqua. Cuius opinio eſt
communis vt per Soci.conſi.ccvij.incip.in cauſa.iij.
col.in fin.primo volumi.
ſuccedenti prouidere de alimentis. Item prædictam cõ
cluſionem limitat Fulgo. in conſilio. xcviȷ. incipien.
77 viſis petitionibus. in vi. col. vt non procedat † ſi ſtatu
tũ dicat ꝙ fœmina dotata non ſuccedat ab inteſtato
defunctę perſonę donec ſit maſculus qui ſuccedere poſ
ſit & velit, quia illa verba caſum & tp̃s ſucceſsionis
nundum quæſitę ſignificant vt. ſ. mulier admittatur
eo caſu quo maſculus adſit qui nõ ſuccedit, vel quia
noluit, vel quia non poſsit, & illo ſuccedente excluda-
tur & eo tempore & perpetuò. Nec obſtat tunc illa di-
ctio donec vel ꝙ̃diu, quia ſolutio ſecundum eum pa-
tet ex tex. in. l. ꝙ̃diu. ff. de acquir. hære. vbi apparet ꝙ
ꝙ̃diu inſtitutus poteſt ſuccedere ſubſtitutus non ſucce
dit, & tñ certum eſt ꝙ inſtituto adeunte nunꝙ̃ locus eſt
ſubſtitutioni. l. poſt aditam. C. de impu. & ali. ſubſti.
ſimile patet in. l. i. §. ſi nemo. ff. ad tertul. Nam ꝙ̃diu fi
lius vult & poteſt matris hæreditatem ex orficiano ac
cipere, conſanguinei & agnati à mortuę ſucceſsiõe ex-
cluduntur, & tamen filio mortuo poſtꝙ̃ matri hæres
extiterit agnati non admittuntur ad talis mulieris ſuc
ceſsionem. ſimilis eſt ſermo ſm eum in. l. inter agna-
tos. §. ꝙ̃diu. ff. vnde legi. & facit. l. iȷ. §. i. ff. de bon. poſ.
contrata. In quibus iuribus licet iuriſconſultus vta-
tur verbo ꝙ̃diu, illo tñ qui primò vocabatur ſuccedẽ
te ſequens perpetuò remanet excluſus. Ad nota. per
Bar. & doct. pro concluſione. ſ. allegata reſpõdet Ful
go. ꝙ procedunt quando verba ſtatuti dicunt quãdiu
vixerit filius maſculus fœmina dotata patri inteſtato
non ſuccedat, eo quia tunc ipſa verba cõprehendunt
ipſum filium ſiue ſit hæres ſiue non, ſed in propoſito,
vt fuit dictum verba ſtatuti excludunt filiam caſu quo
filius ſit hæres, & caſu quo non velit vel non poſſit
filius

filius ſuccedere dimittunt filiam in terminis iuris com
munis. Sed hanc limitationem non credo tutam, qa
non videtur in effectu differre ſiue dicatur donec ſit
maſculus, vt in caſu Ful. vel donec vixerit vel ſuper-
uixerit maſculus, vt in caſu Bar. & aliorum per iura
& auctoritates. ſ. allega. & illa adiectio qui ſuccede-
re velit vel poſſit licet argui poſſet ꝙ veniat reſtrictiuè
l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. l. omnes populi. cū
ibi notatis in textualibus. ff. de iuſtitia & iure. tamen
ſignificat quòd per ſolam ſuperexiſtentiam maſculorū
ſtatutum non velit fœminas excludere & ponetur gra
tia dubitationis tollendę, ne ſi ſtatutum illam non po
ſuiſſet dubitari potuiſſet, an expectanda fuiſſet mors
filij etiam adire nolentis q̃uis vt dicam. ĩ. in. xij. arti.
princi. in. vij. q. paria ſint etiam vbi ſtatutum ſimplici
ter loquitur vel quod maſculus nō ſit vel ꝙ adire nō
velit. Et ſic illa adiectio ſolum ponetur reſtrictiuè ad
perſonam maſculi nec reſtringit tempus exiſtentiæ ſeu
quo ſit maſculus ad tempus aditę hæreditatis ſeu ad-
eundę, & hæc opinio videtur magis applaudere men-
ti ſtatuentium & minus lędit ius commune in excluſio
ne filiæ. Ad. l. q̃diu & alia iura per Ful. allegata poſ
ſet reſponderi quòd non bene cōcludunt pro opinio
ne Ful. & ꝙ in eis dictio q̃diu & ſimiles non operan
tur reſolutionē vel ſuſpenſionem, qa lex vltra proce
dit declarando ꝙ additione ſemel facta per eum quē
vult præferri ſequēs perpetuò remaneat excluſus. ſub
tilis tamen eſt inueſtigatio Fulgoſij. Et ex prędictis ap
paret ꝙ non bene ſentiunt doc. q dicūt ꝙ ēt ſi ſtatutū
excludat filiam ſimpliciter intelligitur excludere do-
nec maſculus ſupererit prout dicebat. d. Laur. in re-
peti. d. §. cæterum. in. xi. columna. & dicam. ĩ. Item p̃
dictam communem concluſionem limitabat Alexā.
d. conſi. lxxxiij. incip. viſo themate. colum. fina. iij.
volumine. & latius Maria. conſi. lxiij. ij. & pen. col.
78 vt † procedat ſi iſta mulier à tpe quo defuncto maſcu
lo potuit admitti non fuerit paſſa labi annos. xxx.
iuxta. l. licet. C. de iure delib. vt ibi latius per eos & p
doc. in. d. l. licet. et ita etiam tranſit dominus Bartho
lo. ſoci. conſi. cxxi. inci. viſa cōtingentia. ij. & iiij. co.
j. volum. & ante eum Alex. conſi. iiij. inci. videretur.
iij. colum. in prin. ver. inſuper pōt. ij. volu. & dico.
ĩ. xiij. articu. viij. q. in fine. Item iſta concluſio limi-
tatur nisi filia renunciaſſet ſucceſſioni ſibi deficienti-
bus maſculis deferendę, vt per Corneum. conſi. lxxx.
incip. placet iiij. volumi. vbi conſuluit in caſu illo re
nunciationem non præiudicare aut ſaltem peti poſſe
abſolutionem à iuramento. An autem quod dicitur
de filia temporaliter excluſa habeat locum in nepte ex
ea dicetur. ĩ. in fine. Deueniendo nunc ad quæſtio-
79 nem propoſitam an † adueniente caſu quo filia ad-
mittatur quando temporaliter excluditur ſi fuerit prę
terita rumpat teſtamentum. Communis opinio doct.
eſt quòd ſic. & ita tenuit Bartol. in. d. l. fina. § primo
vltima. q. ff. ad tertul. & Bald. in locis & conſilijs ſu
prà allegatis & infra allegandis. Pet. de anchara. in di
cto conſilio. ccxxi. Baldus in conſilio lxviij. incipi.
proponitur quòd pater. cum ſequenti. primo volumi
ne ſecundum vltimam impreſſionem. & in conſilio.
quadrageſimotertio incipien. domina Mangarda ſe-
cunda parte eadem ſtampa. & in dicto conſilio. cccc-
xxvi. incipi. antiquum ſtatutum. ſecundo vo. eadem
ſtampa. & domi. Bened. capra in conſilio ſexageſimo
incipien. punctus &c. quidam nomine Antonius.
tertia columna cum concordan. allegandis in articu-
lo ſequen. circa nonam quęſtionem vbi tangam an fœ
mina talem partem tranſmittat, & iuxta hoc dixit Bar
to. in dicto. § primo vltima quæſtione quòd teſtamen-
tum dum viuit maſculus eſt in pendenti ſicut vide-
mus in filio poſthumo prętérito. l. ſi poſthumus. &
l. ſi poſthuma. ff. de libe. prętę. & quod dixit ibi bar
to. & in. l. prima. § totiens. ff. de ven. in poſſe. mit. nā
viuente maſculo non poteſt filia impugnare teſtamen
tum cum non poſſit ab inteſtato ſuccedere. l. prima.
§ penul. ff. de contrata. cum concordan. allegatis ſu-
prà hoc eod. articulo. in quarta quæſtione. & ſi dica-
tur quòd immò interim maſculus inſtitutus eſt hæres
ex teſtamento per. l. miles. in princip. ff. de teſtamen.
milita. ſ. hac eadē quæſtione alleg. reſpondet Bartho.
80 quòd † illud verum eſſet ſi ſtatutum aliquid diſpone-
ret circa teſtamentum, puta quòd filia nupta ſi ſit præ
terita non poſſit rumpere teſtamentum quouſq; maſ-
culus ſuperuixerit. tunc enim interim bene valeret te-
ſtamentū & eo mortuo rūpetur iuxta. d. l. miles. ſed
qn̄ ſtatutū nihil diſponit circa teſtm̄ ſed tm̄ circa ſuc-
ceſſionē filię illā excludēdo quouſq; maſculi ſupſint,
tūc quia poſſibile eſt ꝙ aliquo caſu filia reperiat ſe prę
teritam & ſe poſſe ſuccedere, teſtamentum ſtabit in pē
denti, ſicut dictum fuit de poſthuma, & patet in filio
qui captus fuit ab hoſtibus. l. penul. ff. de libe. & poſt-
hu. quaſi hæc filia ad inſtar poſtliminij ſuccedat. l. gal
lus. § ſi eius. ff. de libe. & poſthu. & nota. Barto. in cō
ſilio quadrageſimotertio incipi. ſuper prædictis. &
prædicta ſententia eſt omnino tenenda. Sequitur Cor
neus conſi. cxxvi. incip. principale. quarta columna
ſecundo volumine. Sed difficultas circa hoc inſurgit
81 † an filia ipugnet teſtm̄ vt ex retro ideſt ex tpe mortis
pr̄is, an vt ex tēpore quo ſuccedit, quia vt infrà dicā
ex hoc diuerſi inſurgunt effectus, & ſecundum quod
dixi. ſ. referendo verba Bart. in dicta. l. fina. patet eū
voluiſſe quòd teſtamentum impugnetur vt ex retro
quaſi antea filius maſculus non fuerit factus hæres ex
teſtamento. & idem tenuit ipſe Bart. in conſil. xi. inci.
proponitur quòd pater filiam. & in. d. conſ. xliij. inci.
ſuper prędictis. Et hoc comprobat Barto. quia certum
eſt quòd ſtatutum vult poſſe nunc per filiam teſtamen
tum dicere nullum. quo caſu eſt neceſſe dicere quòd
hoc non ſit poſſibile niſi dicatur nullum, vt ex re-
tro, cum ille demum præteritus dicat nullum qui
tempore mortis teſtatoris debebat inſtitui. dicta lege
ſi quis filio exhæredato. in principio. ff. de iniu. rup.
Et ſi diceremus teſtamentum viuente maſculo & à
princip. valuiſſe & non fuiſſe neceſſarium filiam in-
ſtitui, nec nunc rumpetur per illam legem. Ad idem
facit ſecundum Bartolum gloſſ. in. l. gallus. § & quid
ſi tantùm. ff. de libe. & poſthu. dum vult quòd ſi fili9
deportatus poſt mortem patris reſtituatur non dicit
teſtamentum nullum niſi reſtituatur ex cauſa que re-
trotrahatur, & ſic iſta filia quæ incipit eſſe habilis ad
ſuccedendum, non ſuccedet niſi vt ex retro. Ad idem
82 facit ſecundum eum, quia † ex teſtamento quod ſpera
tur rumpi non poteſt adiri hęreditas nec ſuus hæres
exiſtere. l. ſecunda § expectandi. ff. de bono. poſſeſ. ſe-
cundum tab. & lege ventre. & l. cum quidam. § quod
dicitur. ff. de acquiren. hęredita. cum ſimilibus. vnde
teſtamentum eſt nullum à princi. ſaltem attento quòd
non fuit ex eo hęreditas adita. Et quia nullus hęres ex
titit, ad idem adducit tex. in propoſito vrgentem in. l.
ęquiſsimum. § primo. ff. de bon. poſſeſsio. ſecundum
tabu. vbi dicitur quòd q̃diu ſupereſt aliquis qui poſ
ſit venire per bono. poſſeſſio. contratabul. ſi talis ſit
excluſus morte, vel alio modo, inſtituti veniunt per
bono. poſſeſ. ſecundum tabu. non quòd ex tunc con
firmetur teſtamentum ſed ex eo quòd retro valuerit,

licet tunc Inſtituti venire non poſſent. Sic ergo & in p
poſito filia veniet non quaſi nunc ſeu de pręſenti te
ſtamentum annulletur ſed qoaſi retro fuerit nullum.
& ſic Bar. vult duo vnum quòd vis teſtamenti fue
rit in pendenti & qoòd filius ex eo non fuerit hæres
nec hæreditatem adire potuerit. Item aliud quòd ip
ſum teſtamẽtum annulletur & impugnetur tanquam
a princip. & retro fuerit nullum, & in hac opin.
fuit Bald. in conſil. lxviij. Incipen. Proponitur quòd
pater primo volumine ſecũdum vltimam impreſsio
nem, quod conſilium non credo fuiſſe Bal. quia con
trarium dicitur in conſi. ſequen. Et ad hoc etiam facit
quod dixit Bald. in conſi. xliij. Incip. domina Margar
da ſecundo volumine eadem impreſsione, vbi vo
luit quòd ſi pater deceſſerit inteſtatus filius debeat cõ
ferre dotem hæredibus filij tãq̃ vt ex retro ſuccedatur
& opi. Barto. dicit ſuſtentabilem Alex. in. l. ij. C. de
libe. præte. dum examinat prędictam. q. & demũ tran
ſit cum ea ibidem in penulti. q. dum loquitur de clau
ſula codicillari. Sed bald. in. d. l. ij. & in. d. l. ſi quis fi
lium. in penulti. colum. verſi. extra quæritur. C. de in
of. teſta. tenet contra Bar. volens quòd filia impugnet
teſtamentum ſeu dicat nullum vt ex nunc non autem
ex retro. & quòd filius in eius vita fuerit hęres, moue
tur quia abſurdum & contra mentem ſtatuti eſſet dice
re q interim filius non eſſet hęres & quòd interim age
re non poſſet vel conueniri, vel poſito q poſſet conue
niri per. l. fina. C. de pe. hęre. tamen agere non poſſet,
vt ibi notatur. & l. i. §. apud iulianum. ff. depoſi. Item
adducit Bald. quia ſecundum Fran. ti. qui in materia
conſuluit & pariter collegium florentinum, iſta filia
eſt hæres anormala in qua non ſeruantur regulæ iuris
communis pp ſtatutum quod ipſas regulas excludis
filiam ad tempus vitę fratris excludendo & reintegrã
do ad ipſam ſucceſsionem. argu. d. l. ſtatuliberum. §.
ſtichum. ff. de leg. ij. & d. l. imperator. cum concor.
allegatis, propter quod in tempore quo filia exclu
ditur filius vocatur, iuxta not. per Bartolum in. l. ij. §.
videndum. ff. ad tertu. cum concor. aliàs allegandis,
ita vt dicendũ ſit q filius durante eius vita verè fue
rit hęres & teſtamentum valuerit, licet mortuo filio
redeat ad cauſam inteſtati ex defectu præteritiõis. quo
fit vt cauſa finalis medio tempore obſtiterit mulieri
& amplius non obſtet ar. l. ſed & militis. in fi. ff. de ex
cu. tu. pp quod dicendum ſit q teſtamẽtum vt ex nũc
ſit nullum. nec ſecundũ eos eſt incõueniens q ex diſ
poſitione. l. vnus incipiat & alter deſinat eſſe hæres.
d. l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pupil. & inſti. de eo
cui liber. cauſa bo. adi. in fi. cum gl. Ex quo concludi
tur ſm eos q filia pro parte dimidia euincet hæredita
tem, quæ portio de iure cõmoni niſi affuiſſet ſtatutum
debita fuiſſet ipſi filiæ prętentę vſq; à princi. & dixit
Pau. de caſt. in. l. ſi quis poſthumos. §. i. ff. de liber. &
poſthu. quòd iſta filia ſuccedet ad inſtar exhæredatę
quę auocat dimidiam firmo manente teſtõ in alia di
midia iuxta. l. circa. ff. de inof. te. & p corroboratio
ne opinionis p̃dictę q filius poſsit hæreditatem adire
inſolidum non obſtante q teſtm̃ ex filię p̃teritione poſ
ſit annullari adducũt moderniores in. d. §. & qd ſi tm̃
83 in. lix. colum. fũdamentum quod † vbicunq; pñs ſta
tus nõ tendit ad annullationem, tunc põt interim adi
ri hæreditas, licet ſecus ſit vbi tẽdit ad annullationem
ut in poſthumo p̃terito & exiſtẽte apud hoſtes. Nã eſt
veriſimile q poſthumus naſcatur & exiſtens apud ho
ſtes reuertatur ex coniectura à lege approbata per no
tata per Bar. in. d. l. æquiſsimum. in prin. facit. l. nec
enos. & l. pe. C. de cap. & poſtlimi. reuer. non ſic eſt ve

riſimile q filius moriatur & ſine prole maſculina. p
quo fundamento adducitur doctrina Bar. poſt Old.
in. l. iulianus. vlti. colum. ff. de condi. inde. vbi dicit
q vbicunq; pręſens ſtatus tendit ad excluſionem, ſed
dubium eſt an in futurũ excluſio inducatur, habetur
pro excluſione perpetua. l. ſufficit. eod. titu. de condi.
idebi. ſi verò non tendit ad excluſionem, tunc non ha
bet vim perpetuę excluſionis. l. ſub conditione. ff. de
affi. libe. & l. vbi autem. §. marcellus. ff. de in di. ad
iect. & quod dixit Bald. in. l. illud. circa fin. C. de ſac.
ſan. ecc. ſed hoc fundamentum concernit perpetuã ex
cluſionem de qua. ȝ. dixi hac eadem quęſtione. & q̃
uis paſſus iſte reputetur à doctoribus multum dubius
tamen hæc ſecunda opinio videtur magis cõis, pro
qua vt dixit Bald. in. d. l. ij. C. de lib. pręte. & in. d. l. ſi
quis filium. conſuluit Fran. tig. & collegium florenti
num & cum bal. tranſeunt Saly. & Pau. de ca. in. d.
l. ij. & eandem opi. tenuit ipſe bald. in. c. i. §. i. in ti. epi.
vel ab. Ange. in. d. §. ſi quis autem. in auc. de hęre. &
fal. l mo. in. d. l. ei qui ſoluendo. Pau. de caſt. & Are.
in. d. l. ſi quis poſthumos. §. i. ff. de li. & poſt. & Aret.
in conſi. clx. inci. longa eſt iſta conſultatio in. xvi. co.
in fi. & hęc opinio ſm Are. in. d. l. ſi quis poſthumos
§. i. applaudet menti & verbis ſtatuentium, qui cũ pp
filium fœminam excluſerint à ſucceſsione viuente fi
lio veriſimiliter voluerunt filio hęreditatem deferre
non autem illam ſtare in ſuſpenſo, quia hoc non eſſet
fauor filij. facit. l. cum emancipati. §. ſi duo. ff. de col
la. bono. & quod dixit bart. in. d. l. ij. §. videndum. ff.
ad tertu. & hanc ſententiam dicit communem. d. Lau
ren. in repe. d. §. cęterùm in vndecima columna cũ. iij.
ſequen. vbi plenè dicit iuxta hunc articulum. Nec di
catur quòd ſtatutum filiam condito teſtamento non
excludat, ſed teſtator qui illã pręterit, vt dixerunt qui
dam moderniores papien. ſeu papie cathedrantes in
d. §. & quid ſi tantùm in. lix. columna. allegando Pa.
de caſt. in conſi. cccxc. incipi. ſuper primo quæſito. &
Bald. qui hoc non dicit in. d. l. prima. C. de ſuis & le
84 gi. propter quod inferunt, quòd † licet teſtator fauo
re maſculi filiam ex teſtamento excluſerit, non tamen
facere potuit, qood pendentibus viribus teſtamenti
hæreditas contra regulas iuris communis adiretur. l.
nemo poteſt. ff. de leg. i. quod etiam voluit bar. in. d.
l. ſi. §. i. in. i. q. ff. ad tertul. reſpondendo ad. l. miles in
princi. ff. de mili. teſt. quem. ȝ retuli, quia reſpondetur
85 q † ſtatutum excludens ab inteſtato dat facultatem
patri ex teſtamento illam prætereũdi, aliàs ſequeretur
quod imputandum eſſet patri cur teſtatus deceſsiſſet
contra. l. poſthumus in princip. & §. i. ff. de inof. teſt.
& latè dixi. ȝ. in quæſtione præcedenti. & conſequen
ter quo ad acquirendam hæreditatem filio tollit obſta
culum filię ad tempus vitę filij, & ſi tunc obijciatur q
hæc reſponſio non concludit, prout dicunt ipſi mo
86 derniores in. d. §. & quid ſi tantùm in. lix. columna. nã
exiſtens apud hoſtes vel poſthumus ab inteſtato non
ſuccedunt, & tamen impediunt inſtitutum adire ex te
ſtamento, reſpondetur q in illis iuribus non prohibe
tur inter pares in gradu aditio pro parte tangente inſti
tutum ſeu filium, vt patet in. l. cum quidam. §. q dici
tur & §. ſuum. ff. de acqui. hęredita. licet prohibeat in
p̃te quæ obuenire poterat poſthumo vel exiſtẽti apud
hoſtes, & hoc ideo eſt quia tales erant pares in gradu
ſuccedendi, ſed in propoſito filia propter ſtatutũ non
eſt in pari gradu cum maſculo ſed in poſteriore, vt di
xi. ȝ. hoc eod. articu. in. iij. quæſtione in fi. & hanc cõ
ſiderationem inueni confirmatam per Imo. in. d. l. ei q
ſoluendo in vltimis verbis. & ſic iura quę volunt q

quandiu

quandiu validitas teſtamenti poteſt eſſe in pendenti,
vel aliquis poteſt admitti præter ac contra teſtamentũ
inſtitutus non poſsit ex eo hæreditatem adire, loquũ-
tur quando ille propter quem validitas ſtat in penden
ti eſt in pari gradu cum inſtituto. Item reſponderi poſ-
ſet. prout. ẽ. dixi poſt bal. in. d. l. ij. & Fran. tig. ac co
legiũ Florentinum, ꝙ cum hæc ſucceſsio ſit anorma-
la contra regulas iuris communis non debet ſm illas
regulari etiam ex paſsiua interpretatiõe. Item dici po
teſt, ꝙ ſtatutum ſatis prouidet in cauſa teſtati. quo ad
facultatem filiam prętereundi viuente filio citra præ-
iudicium nullitatis teſtamenti quando illam ab inteſta
to excludit, cum talis nullitas reguletur ſecundum ꝙ
filia poſſet ab inteſtato ſuccedere, vt plenè dixi. ẽ. ſo.
articu. in prçceden. quęſtione. Ad. l. ęquisſimum quæ
eſt. l. ij. §. primo. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu. dum
ibi ſuſpenſus à ſucceſsione, vt ex retro ſuccedit remo
to obſtaculo, licet ex pręḋictis appareat ſatisfactum,
tamen poteſt aliter reſponderi ſecundum Areti. in. d.
l. ſi is quis poſthumos. §. i. quòd ibi ſemper competijt
ius hęredibus ſcriptis in teſtamento, cum inſtitutio hę
redis eſſet ipſo iure valida de iure ciuili & prętorio,
licet poſſet per contra. expugnari. Iccirco non mirum
ſi remoto obſtaculo inſtituti vt ex retro ſuccedũt, nõ
ſic in filia quæ viuẽte maſculo excluditur, quia eo ui
uente nullum Ius ei competijt in paterna hęreditate, &
conſequenter ius filiæ cum non eſſet in eſſe non pote-
rat filio obſtare, non tamen propter hoc ſecundũ Are
tin. potuit ius filiæ dici fuiſſe extinctum, ſed ſtare in
ſuſpenſo per textum in ſimili in. §. ſi ab hoſtibus in fine
inſti. quib. mo. ius pat. poteſta. ſolui. Item reſpon-
det Areti. quòd ideo in dicta lege æquisſimum fit re-
trotractio, ne contingat quòd quis decedat pro parte
inteſtatus contra. l. ius noſtrum. ff. de regu. iuris. quæ
ratio caſſat in propoſito attenta mente ſtatuti, vt præ
dictum fuit, quæ reſponſio compræhenditur in alijs
reſponſionibus ſupradictis, nec dicatur ſecundũ Are
tin. in. d. §. ſi filium, quòd filius poterit ſibi conſulere
intentando bono. poſ. ſecundum tabul. cum inſtitu-
ti non expectent præteritos quãdo. ſunt in pari gradu
cum illis ſecundum Barto. in dicta. l. æquisſimum in
princip. ff. de bono. poſſeſ. ſecundum tab. & in dicta
l. ſi duo. ff. de legatis præſtandis. quia rectè inſpicien-
ti hoc non ſatisfacit. nam vt dicit text. in dicta lege ſi
duo in fin. inſtitutus pro ſui parte tantùm ſuccedit pe
tendo bono. poſſeſ. ſecundum tab. & patet in. d. l. cũ
quidam. §. primo iunctis notatis in. §. ſuum. ff. de ac-
quiren. hęreditate, & hoc modo efficeretur proculdu
bio filius deterioris conditionis ſuccedendo ex teſta-
mento, & ſecundum patris voluntatem quàm ab in-
teſtato contra iura aliàs allegata. nam vt dicit gloſ. in
d. l. æquisſimum §. primo. & Barto. in. §. ſeq. qui in-
cipit ſi ſub conditione. tunc bene competeret filio ſuc
ceſsio per vnde liber. de qua materia etiam habetur in
l. planè la prima §. ſi coniunctim. ff. de legatis primo
Item illud dictum Bartoli in dicta. l. ęquisſimum
in princip. ſuprà relatum communiter non tenetur ſe-
cundum Imo. in. l. prima. ff. de iniu. rup. & in. l. ven-
tre. ff. de acquiren. hæreditate. Pau. de caſtro. & Ale
xand. in. l. poſthumo. ff. de bonorum poſſeſsio. con-
tratabu. & Areti. in. l. ſi filius qui in poteſtate. ff. de li
beris & poſthum. Præterea vt declarat Barto. in di-
cta. l. æquisſimum in principio, etiam præſuppoſito
pro vero quòd vbi adeſt paritas gradus, inſtitutus
non expectet præteritum, quominus poſsit intentare
bono. poſſeſsio. contratabu. Iſtud non habet locum
vbi expectaretur triſtis euentus, vt quòd filius præ-
moriatur, & ſine prole maſculina per. l. illud. § primo
ſecundum intellectum Barto. ff. de contratabu. Nec
dicatur ſecundum Aretinum in dicta. l. ſi quis poſt-
humos. § primo quòd immò filia retro fingatur pręte
rita. & teſtamentum fingatur retro fuiſſe nullum cum
lex hoc facere poſsit iuxta plenè tradita in. l. ſi is quip
emptore. ff. de vſucap. & in. l. lex cornelia. ff. de vul
gari. & pupilla. & in ſimili in dicta lege ventre, quod
nobis ſuadet mens ſtatuti quę videtur fauere velle fi-
liæ maſculo deficiente. pro quo facit in argumen. tex.
in dicto. §. quoniam infirmus in auctenti. de nuptijs,
vbi alienatio facta per tranſeuntem ad ſecunda vo-
ta de lucro donationis propter nuptias, ita demum
irritatur ſi aliqui ſuperſint filij tempore mortis alienã
tis, & dicit ibi tex. quòd iſta irritatio retrotrahitur, vt
plenius filijs conſulatur, pro quo etiam facit tex. in. l.
fina. §. ſin autem ſub conditione. C. commu. de leg. vbi
patet quòd alienatio facta per hæredem grauatum fi-
deicommiſſo ſub conditione irritatur adueniente con
ditione, vt ex retro, & tanquam à princip. non value
rit ad fauorem fideicommiſſarij. Nam reſpondetur ſe
cundum Aretinum quòd in prędictis locis non erat
cauſa media impediens alienationem ſicut in propoſi
to erat filius impediens filię ſucceſsionem. item ſecun
dum veritatẽ ſtatutum non intendit fauere filiæ fœmi
nę dum mortuo filio maſculo ſine prole maſculina il
lam admittit licet non intendat ei eo caſu nocere per
ea quę latè dixi ſuprà in articu. tertio. Ex prædictis
86 apparet de † multiplici effectu, qui poteſt inſurgere an
filia ſuccedat, vt ex retro, an vt ex nunc. primò videli
cet in modo adeundi hæreditatem, & illam maſculo
acquirendi, & vt ſciri poſsit quis agere poſsit contra
debitores hæreditarios, & quis conueniri iuxta prę-
dicta. Item in modo trãſmittendi, vt latè dicam in ar
ticu. ſequenti circa. ix. quæſtionem vbi tradam. An in
filia ius ſuitatis ſuſpendatur an verò in totum tolla-
tur vel eneruetur. Item in modo conferendi quia ſecũ
dum Baldum in. d. conſilio quadrageſimo tertio inci.
domina Mangarda. ſecundo volumine ſecundum vl
timam impreſsionem ſi ſucceditur, vt ex retro habeat
locum collatio, aliàs autem videtur velle quòd non,
ſed credo quòd quouis caſu habeat locum collatio
cum ſemper militet & duret eius cauſa & ratio. Sed
87 hic cadit alia difficultas † an ſi iſta temporaliter exclu
ſa à ſucceſsione putà patris decedat viuo maſculo qui
eam temporaliter excludit & relicta vna filia, talis fi-
lia excluſa mortuo maſculo admittatur ad ſucceſsio
nem aui ab inteſtato, vel ad impugnandum teſtamen-
tum ſicut fuiſſet eius mater admiſſa. Barto. in. l. fina.
§. fina. ff. ad tertul. vult. quòd ſic quando talis neptis
fuit viuo auo concepta aliàs non. quod ego latè exa-
mino in ſequen. articulo nona quęſtione tertia colum
na cum tribus ſequentibus verſiculo quid autem ſi
ſtatutum.

88 SEXTO quęro † an filia excluſa donec maſcu-
lus ſuperuixerit poſsit petere cautionem à maſculo q
admittitur de nõ diſsipandis bonis defuncti & de hę
reditate ſibi pro ſua portione reſtituẽda ſi caſus adue-
nerit? in qua quęſtione Barto. in. l. fina. § primo. ff. ad
tertul. reliquit cogitandum, ſed Bald. in. l. ſi quis filiũ
vltima columna verſiculo tertio quæritur. C. de inof-
ficio. teſtamen. dixit quòd poteſt peti cautio ſi maſcu
lus incipit dilapidare, vel eſt ſuſpectus per legem im-

perator.ff.ad trebellia.&.l.iter omnes.ff. qui ſatiſd. cogan.& in hac opinione eſt domi.præcep.meus.d. Iaſo.in dicta lege inter omnes in penul.columna.fortius voluit Imol.in.l.ei qui ſoluendo vltima columna.ff.de hęredi.inſtituen.verſiculo circa quintum quod indiſtinctè poſsit peti cautio de hæreditate reſtituenda & conſequenter de bonis non diſsipandis quæ in illa includitur, quia de parte hæreditatis paternę, & nō de hæreditate filij cautio petitur iuxta ea quę leguntur, & notantur in.l.ij.§.cæterùm & in.l. cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulgari & pupillari. Sed idem bal. in.l.extraneum circa finem commen. ſub dubio tamen fortè dixit quòd maſculus non tenetur ſatiſdare, cum ſit prælatus & non granatus argumen.dictę legis inter omnes, eſt enim filius in eius vita hæres ſecundum eum, cū ſtatutum poſsit hoc facere. de quo plenius dixi in quæſtione præcedenti. & interim idem maſculus omnia adminiſtrabit bona fide ſecundum Baldum ibidem argumen.l.quotiens.ff.de acquiren. hæredita.&.l.in integrum.ff.de in inte.reſtitutio.maximè in iudicio.l.prima.§.denunciari.ff.de ven.inſpiciendo. puto tenendam opinionem Bald.in dicta.l.ſi quis filium, vt ſcilicet non teneatur maſculus ad ſatiſdationem niſi ſuperueniat iuſta cauſa vel incipiat dilapidare, & quia maſculus verè eſt prelatus & non grauatus vt dixit Bal.in dicta.l.extraneum facit.l.paulus no. ff.de pręt. ſtipula. quæ vult non pręſtari cautionem per eum qui antecedit in gradu. Nec obſtat.d.l. inter omnes, quia cum ſit exorbitans non eſt trahenda ad conſequentias.l.quod verò contra.ff.de legi.propter quod ſecundum Specu.in titu.de teſta.§.penul. verſiculo. quid ſi quis eſt ſub cōditione inſtitutus illa.l.inter omnes non debet habere locum ab inteſtato licet Pau.de caſt.ibi aliter dixerit. Item reſpondetur ex deciſione.d.l.paulus notat.

89 SEPTIMO quæri poſſet,† an filię excluſæ licet non admittantur ad partem, faciant tamen partē ad commodum maſculorum vocatorum. de hoc latè dicam infrà in tertiodecimo articulo prin.

90 OCTAVO quæro, † an ſtante ſtatuto, quòd fœminæ ab inteſtato non ſuccedant cum maſculis, ſi contingat patrem inſtituere filias in modica re & filios hęredes vniuerſales, & demum ſubſtituere inuicē, intelligantur etiam filiæ ad ſubſtitutionem vocatę & quid in inſtitutis.dixi latè.§.v.articulo.princ. in.xij.quęſtione.

91 NONO ſi † ſtante ſtatuto quòd mulier dotata ſit contenta dote ſua, & quod filij ex filia nō poſsint ſuccedere auo materno extantibus maſculis ex auo materno, ſed debeant eſſe contenti dote materna, tale ſtatutum pręſupponit quòd dos filię non debeat redire ad patrem, ſed remanere ipſis filijs filię ſecundum cōſuetudinem martini, vt per Maria. conſilio nono. in ſeptima columna de quo in articulo ſequen. tertia.q. quarta columna.

92 DECIMO quęro † de ſtatu. diſponente, quòd filia dotata teneatur refutare hęreditatem. quale ius habet filia in hęreditate. Corne. conſilio centeſimodecimonono incipiē. placet.prima & ſecunda columna primo volumine dicit quòd eſt hęres mero iure, ſed non in effectu ſubiungendo quòd mortuo eo cui eſt facta renunciatio poſſet ſuccedere quod eſt intelligendū ſecundum prędicta.

93 VNDECIMO quæro, † an ſtante ſtatuto quod filia non ſuccedat, ſed debeat dotari ſufficiat illam eſſe à quocunque alio dotatam? dominus Iaſ. in.l. de alimentis in fine commen. C.de tranſact.tenuit quòd nō & quòd dotata ab alio poſsit petere dotem à fratribus vult Alexand.conſilio ſeptimo incipien. viſis tertia columna ſecundo volumine.

94 DVODECIMO quæro, † an ſi maſculi proximiores vocentur per ſtatutum ad bona mobilia & immobilia, & ſuperſint perſonę defunctę mater & patruus, ipſa mater aliquid habebit Corn.conſilio centeſimodecimotertio. incipien. circa primum quarto volumine in ſecunda columna tenuit quòd patruus habebit bona mobilia & immobilia, & quòd mater erit hęres vniuerſalis habens iura & actiones, ac nomina debitorum quę non ueniunt appellatione bonorum mobilium & immobilium, vt ibi per eum facit quod dixit Bar.in.l.centurio.nona columna verſiculo vel quid ſi dicatur.ff.de vulgari. & pupillari. dum dixit quòd ſubſtitutus in bonis mobilibus & immobilibus non expreſſo iuribus & actionibus dicitur in re certa, & non vniuerſaliter ſubſtitutus ad quod poſſunt videri nota. per Paulum de caſtro. & Alexand. in lege nam quod liquidę.§.non omnis.ff. ad trebellia.& Paulus de caſtro conſilio tricenteſimo quadrageſimoſeptimo incipien. viſo ſupraſcripto in antiquis, & Salycе.Paul.de caſtro ac Corn.in.l. ambiguitates.C.de teſtamen.& Alexand. conſilio vigeſimoquinto columna fin. primo volumine de clauſula teſtamentaria. In omnibus autem bonis ſuis mobilibus & immobilibus &c.

95 VLTIMO quæri poſſet † an ſtante ſtatuto quod fœminę teneantur ſtare ordinationi patris, poſsit pater eis directo ſubſtituere poſt pupillarem ętatem. Barto. in lege centurio cum quo ibi tranſit Alexand. in decimanona columna.ff.de vulga.& pupila.& in lege Marcellus.§.quidam.ff.ad trebellianum tenuit quod ſic.& eum ſequitur Bald.in textualibus in capitulo ſi pater de teſtamen.licet Ioannes de Imola in dicta lege centurio & in dicto capitulo Raymutius aliter dixerit cui reſponderi poteſt, prout reſpondet Alexander, in dicta lege centurio.

SVMMARIVM

1 *Quale ius habet filia in eo, quod ſibi à ſtatuto reſeruatur: aut quod de iure communi ſibi reſeruatum intelligitur.*
2 *Qua actione petatur dos filiæ per ſtatutum reſeruata.*
3 *Quando quis excluditur ab emolumento contemplatione alterius commodi agendo, agi uidetur ex illa diſpoſitione quod commodum debeatur.*
4 *Quando pro dote poſsit iudicis officium implorari.*
5 *Dos à ſtatuto præſeruata petitur conditione ex lege, ſeu ſtatuti.*
6 *Quomodo de iure communi dos petatur, & an detur actio cōtra patrem, an uerò officium iudicis tranſitorium ad hæredes.*
7 *Quod præſeruatur per ſtatutum filiæ excluſæ ab uniuerſali ſucceſsione: an cenſeatur eius legitima, uel ſuccedat in locum legitimæ legalis.*
8 *Si fœmina excluditur contemplatione dotis datæ uel dandæ talis dos ſuccedit loco alimentorum.*
9 *Quando ſtatutum filiam à ſucceſsione excludens mandat illam*

lam dotari, uult dotem ſuccedere loco legitimæ: & eſſe patrimonium mulieris, & ſtatim peti poſſe.

10 Si ſtatutum excludat filiam à ſucceſsione, & quatenus non ſit dotata, mandet ſibi prouideri arbitrio propinquorum: tatale præſeruatum quantuncunq; incertum ante ſequutum arbitrium ſuccedit loco legitimæ.

11 Si ſtatutum uelit matrem in uſufructu tantũ ſuccedere, ille uſufructus loco legitimæ ſubrogatur.

12 Legitima nihil aliud eſt, quàm portio taxata legis arbitrio & appellatur debitum bonorum ſubſidium. Dòsq; dicitur ſubſidium mulierum ibidem.

13 Dos filiæ à ſtatuto præſeruata non defertur ſibi iure ſucceſsionis adeo quòd pro illa non faciat partem in legitima filij, quia in re certa ſeu pecunia non cadit hereditas.

14 Dos præſeruata per ſtatutum debetur ut æs alienum.

15 Verbum falcidia ex neceſſario intellectu, intelligitur de legitima.

16 Dos debita per ſtatutum filiæ excluſæ à ſucceſsione ſuccedit loco legitimæ, retinendo tamen naturam dotis in tempore.

17 An id quod à ſtatuto præſeruatur filiæ debeatur in ſolidum & tam abinteſtato quàm ex teſtamento.

Et an id loco legitimæ legalis habeatur, & eius naturam aſſumat. Et quæ ad hoc cognoſcẽdum conſiderãda ſint & plura de legitima ibidem.

18 Statuta etiam correctoria iuris communis bene recipiunt interpretationem à iure communi.

19 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, quando ad idemmet non ad diuerſum ſubrogatur.

20 Stante ſtatuto q̃ filia dotata non ſuccedat, an poterit illa dotem petere antequam nubat.

21 Communi errore noſtræ ætatis doctores in multiloquio ſcientiam iuris arbitrantur.

22 Quare introducta ſit legitima.

23 Si extraneæ fœminæ, uel ſi filiæ pro dotibus ultra bonorum debitum ſubſidium relinquatur, impleta demum conditione uidelicet tempore matrimonij, relictum ualet, & peti terit, non antè.

24 Sicut ſtatutum poteſt minuere legitimam in quantitate, ita etiam poteſt in tempore differendo eius præſtationem.

25 Relictum dotis quid conditiõale eſt ideo dos relicta ſtatim peti non poteſt.

26 Conditio in dote nonmodo poteſt apponi, ſed etiam tacitè ineſſe poteſt.

27 Sicut pater poteſt prætextu ſtatuti quantitatem legitimæ minuere: ita poteſt modum, & formam relicto adijcere.

28 Qui non poteſt minuere: non poteſt modum, nec formã adijcere.

29 An & quando alimenta præſtita filiæ dotandæ antequam nubet recompenſentur cum mora medij temporis: ita ut præter habita alimenta relictam quantitatem habeat integram.

30 Statuto mandante filiam dotari per hæredem, & donec nuptui tradatur ali: actus dotis conſtituendæ eſt purus: actus uerò dotis exigendæ & ſoluendæ eſt conditionalis, & inſertus in matrimonij tempus.

31 Quomodo differunt mulierem dotatam eſſe, & eſſe dotem.

32 Dos aſsignata ſeu relicta non tranſmittitur, ſi filia ante contractum matrimonium decedat, niſi hæres fuerit in mora.

33 Fructus dotis aſsignatæ, non tamen præſtitæ propter moram præſtare debentis, arbitrio boni uiri taxandi erunt, & præſtandi.

34 Illa uerba quòd extante filio maſculo filia fœmina non ſuccedat in ſtatuto quid operentur, & quomodo intelligi debeant.

35 Relictum pro dote an ſit purum, an uerò ſub conditione, & ſic conditionale.

36 Filia nõ dicitur dotata etiam ſi ſibi ſint dotes purè relictæ, niſi deuentum ſit ad actum puræ traditionis ipſius dotis.

37 Quomodo intelligi debent uerba illa ſtatuti, quòd dotata non ſuccedat, ſiue quòd debeat eſſe contenta dote ſibi relicta.

38 Non dicitur dotata illa quæ conditionaliter eſt dotata ante conditionem impletam & hæc qualitas adeſſe debet tempore ſucceſsionis delatæ.

39 Attento Communi uſu loquendi illa dotata dicitur, cui ſunt dotes ſimpliciter relictæ.

40 Vulgares ſecundum eorum uſum loquendi eam dicunt dotatam, quæ quandocunq; relictam dotem etiam non ſequuto matrimonio exigere poteſt impropriando uerbum dotis.

41 Ceſſante communi uſu loquendi, ſumus in terminis iuris communis.

42 Statutum diſponens excludi dotatam, conditionale eſt. ſ. q̃ filia non ſuccedat ſi fuerit dotata.

43 An & quando legatum dotis ſit purum, conditionale, uel modale, & quid ſi relinquatur pro filia maritanda.

44 Statuto excludente filiam dotatam, nec diſponẽte quo tempore dos peti poſsit, non poteſt teſtator diſponere quòd non petatur ante tempus nuptiarum, ſed poſt annum poteſt.

45 Licet communis uſus loquendi faciat dici dotatam, ſine matrimonio, nõ tamen operatur circa dilationem dandæ dotis matrimonio ſecuto.

46 Statuto nõ prohibente ſtatim dotem peti poſſe ſeu deberi, ſi teſtator relinquat illam ſub conditione uel in tempus nuptiarum: an dies uel conditio reijciatur.

47 Filia cui dos ſub conditione relinquitur tanquam non dotata, & conſequenter tanquam in ſtatuto non comprehenſa ſecundum diſpoſitionem iuris communis ſuccedit, ſicut maſculi.

48 Quid ſit in modo, uel onere appoſitis doti, uel rei præſeruatæ an ſuſtineri, aut reijci debeant.

49 Filia per ſtatutam dotatam excludens, non excluditur ſi pater adijciat modum q̃ dos ſibi reſtituatur ſoluto matrimonio: ita q̃ dos ad hæredes filiæ non tranſeat.

50 Quãdo pater reliquit dotẽ filiæ inſtituto filio maſculo hærede: nõ poteſt filius dotans ſororem apponere pactum, q̃ dos ſibi reſtituatur.

51 Non dicitur dotata, quæ non eſt liberè dotata: niſi grauamen remittatur.

52 Filia nõ computat ſibi in legitimam dotem, quam pater ſtipulatus fuit ſibi reddi ſi ſine liberis deceſſerit: niſi hæredes remittant illi ſtipulationem hanc.

53 Vt aliqua dotata ſit dependet à facto dotantis: ideo non ſufficit: hæredes onus, uel grauamen per defunctum doti impoſitum remittere. quia tempore delatæ ſucceſsionis non poteſt dici liberè dotata.

54 Qui habet actionem ad rem, licet rem habere uideatur, non tamen uerè rem habet.

55 Statuto excludente dotatam ſi contingat illam præmori patri qui poſt dotem quam ſibi reſtituendam ſtipulatus fuerat exigat: filii filiæ non excluduntur à ſucceſsione paterna tademq; auita.

56 Non licet apponere onus uel modum in dote per ſtatutũ præſeruata. Idem dicendum eſt in alia re præſeruata filiæ excluſæ.

57 Non licet apponere onus nec minuere dotem præſeruatam maximè quando ſtatutum excludit competenter dotatam, quia tunc non excluditur incompetenter dotata.

58 Si ſtatutum uelit filiam ſtare teſtamento patris, pater poteſt apponere dilationem doti petendæ. Et ſi uelit q, dotata ad ſupplementum legitimæ agere non poſsit, illa non poteſt cõ queri de onere impoſito.

59 Concluſio quòd non liceat apponere onus rei præſeruatæ, procedit etiam ſi tale præſeruatum filiæ ſit plus, quàm legitima.

60 In parte præſeruata filiæ per ſtatutum, non poteſt illi ſubſtitui per fideicom. purè, uel conditionaliter, uel in diem, nec inuita filiæ uel poſt mortem aliquid præiudicari.

61 An pater poſſet alias in dote ſubſtitutionem fideicommiſſariam facere remiſsiuè.

62 Cum relictum dotis poteſt eſſe cõditionale, quod erit tempus dotis petendæ, an tempus præparationis matrimonij an nuptiarum, an uerò nubilis ætatis.

63 An ualeat inſtitutio filiæ in dote ſola, ſiue iam data ſiue etiam danda ſit.

64 An poſsit filia rem ſibi præſeruatam per ſtatutum propria autoritate capere.

65 Vbi præſeruatum iure directo præſeruatur quamuis ſimus in caſu in quo ſuccedit iure legitimæ nihilominus uidetur, q, capi non poſsit auctoritate propria, ſicut nec legitima.

66 Quarta quæ debetur curialibus de ſucceſsione alterius curialis defuncti non poteſt propria autoritate capi.

67 Legitima poteſt capi autoritate propria tanquam iure directo debita: ſecus in alia re certa.

68 Stante ſtatuto q, mulier habẽs filios uel deſcendentes non poſſit alijs ultra quartam ſuorum bonorum relinquere ſi illa plura faciat legata an illæ tres partes ſint ſine onere legatorum.

69 Qualiter diuidantur debita & credita inter filiam cui aliquid ex ſtatuto præſeruatur & maſculos qui uniuerſaliter ſuccedunt in tota hæreditate.

70 Stante ſtatuto q, proximus ex parte patris debeat ſuccedere in bonis immobilibus: & ex parte matris in bonis mobilibus debita diuiduntur pro rata bonorum.

71 Debita facta contemplatione alicuius partis patrimonij, illã tantum partem reſpiciunt. quod intellige quando defunctus tempore mortis ſuæ diuiſum habebat peculium uel patrimonium.

72 Vbi ſtatutum non aſsignaret nec præſeruaret certam partem hæreditatis filiæ, ſed illam mandaret dotari, an dos ſupportare debeat onus æris alieni.

73 Dos data non dicitur amplius in patrimonio patris, ſed per eius mortem conſolidatur in filiam.

74 Statuto excludente filiam dotatam, an legatum dotis patiatur defalcationem falcidiæ.

75 Dos capitur ut æs alienum, & non iure hæreditario.

76 Res per ſtatutum filiæ excluſæ debita ſeu præſeruata falcidiam non patitur.

77 Filiafa. an in re ſibi præſeruata, fortè dote, poſsit hæredem inſtituere & teſtari.

78 Si filiafa. de rebus ſibi præſeruatis uel dotibus per ſtatutum teſtetur poſt mortem patris indubitanter ualebit diſpoſitio.

79 Filia quæ dotari debet ex ſtatuti diſpoſitione, an tranſmittat ad hæredes ſuos ius agendi ad dotes ſeu illarum exactionem.

80 Relictum dotis filiæ factum cum nupſerit uel in tempus nuptiarum ad hæredes non tranſmittitur, ſi ipſa priuſquam nubat moriatur. quod limita ut ibi.

81 Relictum dotis uel præſeruatum per ſtatutum filiæ ubi euidenter uel iuris interpretatione purum eſt filia moriens ad ſuos tranſmittit hæredes.

82 Relictum præſeruatúmue conditionalia ſicut dos, moriens nõ tranſmitit. Item nec relictum uel præſeruatum ſub modo uel ob cauſam putà matrimonii, ante impletum modum uel cauſam ſequutam.

83 Statuto dotatas excludente, & non dotatis ex arbitrio propinquorum prouidente, an pupilla moriẽs ante factam prouiſionem arbitrorum propinquorum tranſmittat ius prouiſionis tanquam purum, an tanquam conditionale.

84 Filia minus congruè dotata per ſtatutum excluſa an tranſmittat ius agendi ad ſupplementum congruarum dotium, eo maximè caſu quo dos fuit uel cenſetur purè relicta aut modus uel conditio purificata ſunt.

85 Lucrum dotis delatum ad maritum ex forma ſtatuti poſt mortem mulieris tranſmittitur ad hæredes etiam ſi non fuerit per defunctum agnitum

86 Si ſtatutum defert dotem matris filiis, an illam tranſmittant poſito q, non agnouerunt & an illam tanquam hæreditatem deferre intelligatur & quomodo ibidem.

87 Trebellianica licet fuerit acceptata per defunctum nihilominus tranſmittitur.

88 Stante ſtatuto quòd bona homicidæ debeant applicari filijs defuncti, illi morientes ea tranſmittunt ad hæredes.

89 Alimenta quæ debentur filiæ excluſæ per ſtatutum tanquam perſonalia non tranſmittuntur ad hæredes filiæ ſeu eius liberos.

90 Præſeruatum à ſtatuto purè & non conditionaliter an & quãdo tranſmittatur ſiue iure ſucceſsionis debeatur, ſiue non.

91 Matre excluſa à ſucceſsione filij per ſtatutum, an hæreditas filio delata tranſmittatur ad matrem ex priuilegio matris.

92 Statuto diſponente quòd quouſq; uel quandiu uixerit maſculus fœmina non ſuccedat, ſi contingat filiam poſt mortem patris decedere ſuperſtite fratre maſculo qui demum decedat ſine liberis: An talis filia tranſmittat tale ius ſuccedendi poſt mortem fratris.

93 Perſona quæ non impeditur in proſequutione propter defectũ ſui iuris, ſed propter defectũ extrinſecum alterius perſonæ, quæ hoc ius differt & ſuſpẽdit: ius ipſum interim moriens tranſmittit.

94 An ſtatuta excluſiua fœminarum donec ſuperſint maſculi, earum ſuitatis iura ſuſpendant, an uerò pœnitus eneruent.

95 Iura quæ competitura ſunt alicui per mortem alterius ſiue ſint uniuerſalia, ſiue ſimpliciter particularia non tranſmittuntur.

96 Hæres inſtitutus ſi moriatur antequam ſibi deferatur hæreditas quæ impeditur deferri per poſthumum naſciturum.

non

non tranſmittit hæreditatem non delatam: niſi in omnem euentum ſit ſucceſſurus.

97 *Quando aliquis impeditur adire ex uoluntate legis, uel teſtatoris: quia alius eum præcedit nunquã ſit tranſmiſsio.*

98 *Ius conditionale regulariter non tranſmittitur.*

99 *Quãdo aliquid ex legis prouiſione cõi uel ſpeciali debetur taliter, q. non poßit tolli uel offerri per illum à quo debetur tranſmittitur, etiam ſi nondum ſit delatum. Quæ concluſio qualiter & quando procedat ibidem.*

100 *Filia monacha an tranſmittat ius ſuccedendi in monaſteriũ.*

101 *Si cum nepte ex filia præterita adſit alia filia præterita teſtatoris, iſta neptis admittetur mediante perſona amitæ dicentis teſtamentum nullum.*

102 *Filius filiæ per ſtatutum excluſæ, an poßit ex ſua perſona ad hæreditatẽ uenire quando ſuit uiuo auo cõceptus uel natus.*

103 *Non eſt eadem ratio admittendi ad rumpendum teſtamentum filium ex filia, & ipſam filiam: & quare.*

104 *Nepos licet ſuccedat in gradu paterno, non tamen ſuccedit ex perſona patris: ſed ex ſua propria.*

105 *Succeſſorium edictum locum non habet in iure dicendi nullũ.*

106 *Regula de iure communi eſt, q. nepos ſuccedat loco filij in rũpendo: & in iure dicendi nullum.*

107 *Nepos an ex ſua perſona ſuccedat in iure dicendi nullũ, quod matri non competit.*

108 *Statutum excludendo filiam ad tempus, uidetur illam poſt tẽpus uelle admittere: & quaſi ceſſet excluſio ſtatuti. ideo ſicut filia, ſi uiueret admitteretur, ſic admittetur eius filius.*

109 *Mater ſi excludatur à ſucceßione filij propter fratrem ipſius filij uel patruum præterquam in quarta ſi non petierit pupillo tutorem etiam illa quarta priuari poterit.*

110 *Matre propter patruos excluſa præterquam à quarta quo eaſu etiam cenſetur auunculus excluſus matre mediante coniunctus, an matre non extante auunculus in illa quarta matri præſeruata ſuccedet, ita q. etiã ſit debita his qui ueniunt mediante matre.*

Vndecimus Articulus.

VNDECIMO articulo principali vi-
1 dendum eſt † quale ius habeat filia in eo quod ſibi à ſtatuto vel teſtatore reſeruatur, aut quod de iure communi reſeruatũ eſſe intelligitur. Circa quem articulũ pulcherrimè, & ad totum tractatum neceſſariè accomodantur quæſtiones.

2 ET primo quæro † qua actione petatur dos filię p ſtatutum reſeruata Pau. de caſt. in conſil. cxxxi. incip. licet iſta domina Lixa in princip. in volumi. antiquorum conſiliorum ſecũdum primam impreſsionem dixit q; petitur cõditiõe ex ſtatuto per. l. fi. ver. poſtq; in fin. C. de petitio. hæredi. de quo per Barto. in. l. i. ff. de condi. ex leg. & in repetitio. l. omnes populi. in. vij. q. principa. ff. de iuſt. & iure & in. l. prima in princip. circa fi. commen. cum concor. ff. ad leg. fal. idem in alia re per ſtatutum maſculis præſerua. vt dixit Alexand. in conſilio. iv. incip. conſideratis verbis. i. volumi. poſt Barto. in. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iure iuran. & in. l. de quibus in fi. commen. ff. de legi. cum concor. ſuprà allegatis. plus dixit Pau. de ca. in. l. ſi ſocer. §. lucius vlti. colum. ff. ſolu. matri. q; & ſi ſtatutum expreſsè non mãdet filiam dotari, ſed illam excludat à ſucceſsione diſponendo q; debeat ſtare dote contenta adhuc poterit dotem conditione ex ſtatuto petere, quia excludiſ ab hæreditate propter dotẽ quia † quãdo quis
3 excluditur ab emolumento contẽplatione alterius cõmodi videtur agi ex illa diſpoſitione q; commodum debeatur per Gloſ. & nota. in dicto §. lucius & probatur in. l. emptor. §. fi. ff. de rei vendi. habetur per domi. Iaſ. in l. de alimentis in fin. commen. C. de tranſactio. poſt Alex. in conſilio. vij. incip. viſis in. iij. colũ.
4 ij. volumine. vbi dicit † quando pro dote poſsit offi-
5 cium iudicis implorari. Et q; † dos à ſtatuto præſeruata petatur conditione ex lege ſeu ſtatuti tenuit domi. Soci. licet non audeat bene firmare pedem in conſi. cl. quinta ſeu. vi. colum. ver. illud tamen. i. volumi. propterea, quia multi tenuerunt q; debeatur, vt ſucceſsio vel legitima, vt in. q. ſequen. dicetur, & Firmat Soci. conſi. cclxxxviij. ix. col. verſicu. confirmatur iſta con-
6 clu. eo. vol. † De iure autem communi quomodo dos petatur, notatur in. l. fi. C. de do. promiſ. p Gl. & doc. in. l. ſi ſocer. in prin. ff. ſoluto matri. per Bart. in. l. obligamur. § leg. ff. de act. & obliga. per Alexan. in. l. mulier §. cum proponeretur. ff. ad trebellia. in penultima columna. vbi tangunt an detur actio contra patrem, an vero officium iudicis tranſitorium ad hæredes.

7 SECVNDO quæro † an illud quod præſeruatur per ſtatutum filiæ excluſæ ab vniuerſali ſucceſsione putà dos, cenſeatur eius legitima vel ſuccedat in locum legitimæ legalis. iſta eſt pulchra, & antiqua quæſtio in qua videtur dicendũ q; ſic ſecundum Ryzarmalumb. in quæſtione per eum diſputata quam refert Cy. in. l. ſancimus. C. de nup. & Bar. in. l. ticio cẽtum. §. ticio genero. ff. de condi. & demonſtra. & hanc partem tenuit Ioã. an. maximè ſi aliter non prouideatur de alimentis in addi. Specu. in titu. de ſtatu monac. ſuper rubri. poſt medium verſic. ſcire debes. Bal. & Salyce. in dicta. l. ſancimus & Albert. in. l. quoniam in prioribus. vlti. columna. C. de inoffic. teſtamen. vbi plenius cæteris examinat quæſtionem Ryzar. mouemur maximè, quia hoc eſt pars filiæ quæ ſolet legitima appellari cum legitima filij ſua pars appelletur in. l. ſancimus. ij. reſponſo. C. de inofficio. teſtamen. quæ legitima alijs etiam modis à iure nuncupatur vt not. Ioan. an. in rubri. ſuprà allega. in vltima columna. Eandem etiam opinio. tenuit Bal. conſi. ccccxcviij. incip. factum ſuper quo conſilium petitur prima parte ſecundum vltimam impreſsionem & in auc. res quæ in. ij. col. verſi. ſecundo quæro. C. commu. de leg. & in conſil. ccxviij. incip. ſint contente. i. volu. ſm penulti. impreſsionem repetito in conſil. ccciiij. ij. volu. ſecundum eandẽ im-
8 preſsionem, & incipit Anno domini. vbi dicit q; † ſi fœmina excluditur contemplatione dotis datę vel dandę, talis dos ſuccedit loco alimentorum & iccirco filia habet legitimam ſibi in dote taxatam quæ verba cõueniunt verbis Ryzar. prout ea refert Cy. in. d. l. ſancimus, qui etiam voluit id quod datur pro legitima ſuccedere loco alimentorũ. tandẽ npl. inuenio teneri in deciſionibus nouis rote ſub rub. de conſue. deci. i. in fin. aliàs eſt ſm ordinem antiquũ deciſio. xviij. & incipit itẽ fuit dubitatum. hoc idem vult Panor. in conſi. xcij. incip. illud indubitati circa medium ibi præterea &c. ij. vol. vbi dixit q; † qñ ſtatutũ filiam à ſucceſsione ex-
9 cludens mandat illam dotari, vult dotẽ ſuccedere loco legitimę, & eſſe patrimoniũ mulieris, & ſtatim peti poſſe. idẽ vult Bal. poſt Ia. bu. i. d. l. qm̃ in prioribus in pe. col. ver. ij. q̃ritur vbi dixit q; ſtatuto diſponente q; filia ſit cõtẽta q̃titate quã pater ei relinquere volet, q̃titas per pr̃em relicta q̃tũcunq; ſit modica ſuccedit loco legitimę, quod ſequitur ibi Saly. & Pau. de caſt. & Imo. in. l. fratri antepen. col. ff. de condi. inſti. Cu.

in.d.§.ticlo genero quem incidenter ſequitur Alexan.
in conſi.xiij.incip.circa primum.iiij.col.ij.volu.&
dixit Bal.in.l.maximum vicium in quarta columna.
in fin.verſiculo. vlterius quæritur.C.de liber.pręte.
ꝙ ſtāte ſtatuto ꝙ pater teneatur relinquere filijs quintā
partem, illa quinta pars ſuccedet loco legitimę lega-
lis.plus voluit Bal.in conſi.clxxxiij.inci.præſuppo
ſito ꝙ ſtatutū.i.vol.ſecundum vlti.impreſsionem ꝙ
10 † ſi ſtatutum excludat filiam à ſucceſsiōe & quatenus
non ſit dotata, mandet ſibi prouideri arbitrio propin
quorum tale pręſeruatum quantūcunq; incertum ante
ſequutū arbitriū ſuccedat loco legitimę.idem voluit in
conſi.ccccxix.inci.ad euidentiam.iij.vol.ſm eandem
ſtāpam, & credo ꝙ ſit idem caſus.idem voluit Pet.de
ancha.in conſi.ccccxxij.incip.pręmittendū eſt ꝙ ſtatu
11 ta. volens ꝙ etiam † ſi ſtatutum velit matrē in vſu-
fructu tantum ſuccedere ille vſufructus loco legitimę
ſubrogetur. & hanc ſententiam expreſsè firmat Paul.
de caſt. in conſi.cxij.inci.ſubſtitutio prædicta in fi.&
in conſi.ſeq.in volu.antiquorum conſiliorum ſecun-
dum primam impreſsionem & Alexan.in conſil.lv.
incipien.viſo titulo verſi.ſecundo caſu, & verſicu.ſu
pradicta fortificantur & ver.cum illa.ij.volu.Et ſm
paul.de caſt.in conſi.ccxlv.ſuprà allegato in.vi.col.
hanc opi.tenuerunt Ant.de peru.conſulendo, & Ful-
go.in qua opin.reſidet Moder.bononien.in tract.do-
tium in quinta parte.in.xxvi.q.incip.an valeat ſtatu
tum motus, quia ſtatutum arbitratur dotem eſſe con-
12 gruam portionem mulieris dotatæ, & † legitima ni-
hil aliud eſt ꝙ̄ portio taxata legis arbitrio & appellat
debitum bonorum ſubſidium & dos dicitur ſubſidiū
mulierum.l.i.C.vnde vir & vxor.Idem tenuit Cor.
conſi.xlviij.inci.de pluribus.ij.col.in priu.&.v.co.
ij.volumi.& conſi.xl.v.col. cum.ij.ſeq.iij.volumi.
& conſi.cxcix.inci.in hac.ij.colū.iij.vol. Contra-
riam opinionem videtur tenere Cyn.in.d.l.ſancimus
135 Stante ſtatuto florẽtino q. nulla mulier poſsit ab inteſtato ſuccedere filijs uel filiabus, extãtibus ex perſona defuncti aliquo filio uel nepote ex patre, auo paterno, fratre uel patruo: ſi contingat aliquem decedere relicta matre & ſolo fratre uterino tantùm: mater per talem patruum non excluditur.

136 Soror germana non excluditur uigore talium ſtatutorum per fratrem uterinum.

137 Statutum excludens fœminas propter maſculos deſcendentes, habet etiam locum in hæreditate materna.

138 Stante ſtatuto q. filia dotata non ſuccedat, talis filia dotata excludetur per filiam non dotatam.

139 Conſtitutio Siciliæ excludens ſororem dotatam à ſucceſsione feudi fraterni operatur, ut ſoror non dotata & eius filij ſororem dotatam, ſeu amitam uel materteram excludant.

140 Statuto ciuitatis Aretij excludente matrem exiſtente fratre uel ſorore defuncti, uel filijs ipſorum uel patruis, uel fratribus patruelibus defunctis ſoror patruelis excludet matrem à ſucceſsione defuncti quamuis in ſtatuto hoc non dicatur.

141 Item in dicto ſtatuto ita mater excluditur per ſorores agnatas, ſicut per fratres germanos.

142 Statutum excludens matrem propter proximiores agnatos, eam etiam propter auiam paternam excludit.

143 Licet fœminæ non intelligantur uocatæ in caſibus prædictis ad excluſionem aliarum, Si tamen ponantur in conditione propter earum exiſtentiam poterit ceſſare prouiſio ſtatuti.

144 Stante ſtatuto q. dotata non ſuccedat cum fratribus, ſi eis fuerint legitimi hæredes: filia fratris dicitur legitima hæres per cuius exiſtentiam filia dotata excludetur.

145 Perſona ſemel excluſa perpetuò erit excluſa.

146 Mater per ſtatutum præciſè excluſa à ſucceſsione filij, excluditur per amitam ſi in alia parte eiuſdem, uel alterius ſtatuti uocentur proximiores ex parte patris. Et quid ſi proximiores illi non ſucceſſiſſent an mater excluſa fuiſſet.

147 An propter filiã ex filio matre uel patre ſuo prædefuncto excludatur filia defuncti aui patris uel matris, & quiuis nati ex ipſa filia ſiue maſculi ſiue fœminæ à ſucceſsione ipſorum.ſ. patris matris, & auorum.

148 Filij appellatio de iure communi porrigitur ad nepotes quãdo profertur ſimpliciter, ſecus ſi reſpectu alterius qualitatis.

149 Iſta qualitas q. extantibus maſculis excludantur fœminæ debet ſupereſſe tempore, quo defertur hæreditas.

Quod tempus eſt poſt mortem eius de cuius ſucceſſione agitur ibidem.

150 Statutum excludens matrem propter parentes maſculos ex parte patris, debet intelligi ſi ſint nati ex maſculis.

151 Stante ſtatuto q. parentes maſculi ex latere patris uſq; ad quartum gradum incluſiuè ſuccedant defuncto ab inteſtato in tribus quartis excluſa matre, quæ ſuccedat in quarta reliqua: mater non excludetur per maſculum nepotem ex ſorore ſicut nec mater huius nepotis defuncti matrem excluſiſſet.

152 Statutum q. parentes ex ſobole uel progeniæ paterna uſq; ad certum gradũ excludant matrem uel fœminas intelligitur de agnatione, non de cognatione.

153 Statuto excludẽte filiam fœminam propter fratres, ſi ſuperſit frater conſobrinus filia per illum non excludetur.

154 Statutum excludens matrẽ propter nepotes defuncti, intelligitur de nepotibus ex filio ſeu fratre, nõ ex filia uel ſorore.

155 Vbi tractatur de ſucceſsione materna ſeu lineæ fœmininæ non attenditur

attenditur ratio agnationis.

156 *Statuto diſponente ꝙ filiæ fœminæ debeant maritari de bonis patris & contentari dote, filij uerò maſculi in totum ſuccedere: ſi contingat aliquem decedere relicto filio maſculo & filia fœmina, maſculumq́; decedere priuſquam ſoror maritetur: an ſoror eadémq; amita per neptem, ſeu filiã fratris excludetur.*

157 *Quid ſi deceſſerit poſt mortem patris, ſcilicet eius de cuius hæreditate agitur, ſeu quid ſi ius eſt iam quæſitum in perſona filij maſculi.*

158 *Sufficit ſemel hæreditatem ueniſſe ad caſum quo amita deberet eſſe dote contenta ut ſtatu. locus ſit & ſufficit ſemel factum fuiſſe hæredem, ad hoc ut per illũ & eius hæredes fœmina perpetuò intelligatur excluſa.*

159 *Statuto excludente dotatam à patris ſucceſsione, ſi contingat patrem uxori ſecundæ plus relinquere, quàm filiæ illud plus non irritabitur, & ſic filia excludetur per talem uxorem ab illis bonis ita relictis,*

160 *Statutum fœminas excludens propter agnatos uel maſculos, an eas excludat propter hermafroditum.*

161 *In uirilitate non tantum ſexus, quàm agilitas corporis, & exteriores actus conſiderantur, per quæ apparet ꝙ aliquis ſit magis uir quàm fœmina.*

162 *An ad feudum ſit admittendus qui ſolùm teſticulos & unũ foramen habet per quod emittat urinam: in agilitate autem corporis actus uiriles agat.*

163 *Minor qui neſciat diſcernere in quo ſexu præualeat, an ad portionem minorem tanquam fœminis debitam admittetur, an uerò expectabitur tempus pubertatis. Et an iudicio medicorum, an uerò mulierum committatur hæc diſcretio ibidem.*

164 *Monſtruoſi & prodigioſi maſculi uel maſculorum apparẽtiam habentes, an fœminas excludant.*

165 *An uigore ſtatuti fœminarum excluſiui excludantur fœminæ propter agnatos clericos.*

166 *Clericos comprehendit priuilegium laicis in genere conceſſum.*

167 *Clerici & monachi religionum ſaltem non mendicantium, iure conſanguinitatis de iure communi ſuccedunt, non obſtãte religione.*

168 *Iura ſanguinis diſpoſitione ciuili non mutantur,*

169 *Lex quantuncunq; dura ſit, ſeruanda eſt.*

170 *In fauorabilibus diſpoſitionibus non minus cenſendum eſt cõprehendi minus meritos, quàm magis meritos.*

171 *Statuta & leges extenduntur ad non ſubditos in concernẽtibus eorum fauorem.*

172 *Statuta laicorum priuilegiata ſi materia eſt communis & indifferens, ſunt apta etiam comprehendere clericos.*

173 *Clerici licet non ſupportent onera, gaudent tamen beneficio ſtatutorum: ſufficit enim ꝙ ſubeant onera ſpiritualia.*

174 *Clerici an poſsint uti ſtatutis per laicos editis, etiam eis multum fauorabilibus: non tamen per papam approbatis.*

175 *Agnatus qui ex forma ſtatuti fœminam excludit, illam non excludet ſi ſit clericus. quia onera non ſuſtinet.*

176 *Fœmina an excludatur propter agnatum forẽſem & quid de originario uel de eo qui aliquando domicilium habuit in loco ſtatuti & eum poſt mutauit & quid de eo qui plura habet domicilia ibi.*

Item quid de iudæo, hæretico, uel infideli, aut uſurario agnato, an mulierem excludat ibidem.

177 *Statuto diſponente ꝙ extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſi unus tantùm ſupereſt maſculus, an locus ſit ſtatuto: attento ꝙ per pluralia uerba loquatur.*

178 *Quod de pluribus dicitur, de uno tantùm eſt dicendum.*

179 *Dictio ſine & dictio abſq; requirunt omnimodam carẽtiam.*

180 *Si ſtatutum apponat pœnam producenti falſos teſtes: Producens unum tantùm teſtem falſum ligatur ſtat.*

181 *Statutũ dotatam excludens ſtantibus ſororibus & neptibus non dotatis, non exigit ꝙ adſint ſorores & neptes ſimul nõ dotatæ, ſed altera earum ſufficit.*

182 *Par eſt ratio excluſionis fœminæ ſiue unus tantùm ſit maſculus, ſiue plures ſint.*

183 *Statutum ꝙ frater ſuccedat fratri carenti filio & filia, locum non habet ſi defunctus altero tantùm caret.*

184 *Teſtator poſthumos uniuerſales hæredes inſtituens ſi plures ex prægnante uxore naſcerentur, ſiue unus tantùm, & ſi cũ maſculo naſceretur filia illam dote contentari iuſsit ſubſtitutis ſuperuiuentibus poſthumis morientibus ſine liberis, qui ſi ſic omnes morerentur, ſorores æquis portionibus ſubſtituit. An nato poſtea poſthumo in pupillari ætate mortuo à ſucceſsione excludetur mater propter ſubſtitutionem amitarum.*

185 *Stante ſtatuto ꝙ aſcendentes per lineam maſculinam una cum fratribus utrinq; coniunctis ſuccedant defuncto, ſi adſit ſolus pater cum uxore defuncti: an ſoror per patrem excludetur.*

186 *Statutũ fœminam excludens propter maſculos ſibi locum uẽdicat pluribus etiam extantibus fœminis, & econtra.*

187 *Pluralitas in ſingularitatem tribus caſibus ſolet reſolui, remiſsiuè.*

188 *Statutum fœminarum excluſiuum propter agnatos ſeu maſculos, an intelligatur eas tantùm excludere propter eos, qui ſunt in pari gradu: non autem propter exiſtentes in ulteriori.*

189 *Veriſimile non eſt ſtatuentes uoluiſſe ulteriorem agnatum præferre fœminæ exiſtenti in priore gradu.*

190 *Statutum excludens fœminam propter eũ qui de iure cõmuni ſuccedere poteſt intelligitur de eo qui eſt in pari gradu, ita ut filia per filium, & ſoror per fratrem excludatur, non aliter.*

191 *Filia dotata excluſa, ne in bonis dotantis ſuccedat cum fratribus, & alijs hæredibus, an intelligi debeat de alijs cum quibus poſset ipſi concurrere, & non de his quibus aliàs præfertur.*

192 *Fauor maſculorum ita militat in ulterioribus in gradu, ſicut in exiſtentibus in pari gradu.*

193 *Conſuetudine Alexandriæ ſtante quòd filia uel ſoror dotata à patre uel fratre nihil amplius requirat à patre, uel à fratre, uel ab eorum filijs: ſoror dotata à fratre excluditur nõ tantùm ſi adſint fratres ſuperſtites uel ex eis filij, ſed etiam per patruum & ulteriorem agnatum.*

194 *Statuto excludente filiam nuptam uel dotat, an exiſtente maſculo hærede, an ſit uerũ dicere ꝙ de maſculo tantũ eiuſdem gradus intelligatur.*

Filius per iuris interpretationẽ eiuſdem gradus eſt cum patre, quia iure communi patris ſui locum ſubintrat. ibi.

195 *Maſculorum hæredũ appellatiõe deſcendẽtes propriè ueniũt, non collaterales ſecundum communem opinionem.*

196 *Statutũ excludens fœminas propter agnatos de aliqua linea an intelligatur eas etiã excludere propter agnatos de alia linea.*

197 *Statutum excludens filiam fœminam propter maſculos uide-*

tur etiam exclndere neptem ex filia.

198 *Statutum excludens matrem ſauore agnatorum uidetur etiã excludere materteram tanquam remotiorem.*

199 *In ſtatuto per collaterales fœminam excludente aſcendentes cõprehendi, quomodo intelligatur: & quando procedat.*

200 *Veriſimile non eſt ſtatuentes uoluiſſe fœminas excludi per collaterales, & non per aſcendentes, qui poſſent ſimul ſuccedere, uel qui eas excluderent de iure communi.*

201 *Stante ſtatuto, q. agnati à ſucceſſione matrem excludant, non per hoc filius ſororis matrem excludet.*

202 *Statutum excludens fœminas per unam perſonam, an trahatur ad aliam & eſt tripertita diſtinctio.*

203 *Beneficium datum filio porrigitur ad nepotes ex eo iuris cõmunis diſpoſitione.*

204 *Filius ſicut excluderet ſororem ſuam, ita debet eam excludere filium ex eo.*

205 *Filij appellatione propriè nepos non continetur, cum non ſit facienda extenſio de perſona ad perſonam ibi.*

Et an ſtatutum loquens de filio locum habeat in nepote ibi.

206 *Quod concluſum eſt de nepote ex filio ut excludat amitam, an etiã procedat in nepote ex fratre ſeu ex filio fratris ut excludat amitam uel ſororem patruelem.*

207 *Stante ſtatuto q. extantibus fratribus ſorores non ſuccedant an per tale ſtatutum frater patruelis excludet ſororem patruelem.*

208 *Statutum exorbitans loquens in uno caſu extenditur ad alium, qui ſub lata ſignificatione comprehenditur.*

209 *Statutum loquẽs de fratribus ſimpliciter an de fratribus primi gradus intelligatur tantùm.*

250 *Statutum excludens matrem propter patruum defuncti, an intelligatur de patruo magno.*

255 *Statutum interpretandum eſt ut minus lædat ius commune, quàm fieri poſsit.*

252 *Fratris appellatione maximè in ſtatutis de carnali, & non de conſobrino intelligitur.*

253 *Statuto excludente filiam dotatam propter fratrem defuncti, an filius fratris ſimul cum patruo excludente ſuccedet.*

254 *Statutum excludens fratres intelligitur etiam excludere remotiores ac patrueles. Sed quando admittit fratrem, intelligitur de fratre primi gradus ibidem.*

255 *Si filia dotata propter fratrem filiæ uel patruũ excluſa ſit: nõ excludetur propter filium patrui.*

Regulariter ſtatutũ excluſiuum uſq; ad quartum gradum propter agnatos uel agnatas, dum includit has perſonas, cæteras uidetur excludere ibidem.

256 *Excluſa propter fratrem & patruum, non excluditur propter filiũ patrui. Et quod habenda ſit ratio agnationis præſeruandæ quomodo intelligi debet.*

257 *Soror uel filia extante patruo excluſa, multo magis excludetur extante patre.*

258 *Filia ſi patrem, auum, & proauũ excludat, pariter excludit patruum uel fratrem, qui non attinent perſonæ defuncti, niſi mediante perſona patris aui uel proaui.*

259 *Si mater uel auia excludatur propter fratrem patruelem, ſeu filium fratris multo magis excluditur propter ipſum patruum.*

220 *Si ſtatutum excludit, matrem, filiam, uel ſororem propter patruum & adſit frater germanus uel aliàs proximior uel in pari gradu ſuccedendi ſicut patruus in quo ſit tanta uel maior ratio, an mater per eum excludetur.*

225 *Ratio præſeruandæ agnationis in ſtatuto habetur pro expreſſa. Et non tam dicitur fieri extenſio, quàm ſubeſſe interpretatio intellectiua ſeu declaratiua ibidem.*

222 *Statutum excludens matrem propter patruos & filios patruorum, multo magis excludit propter fratres conſanguineos tantum. Et ſtatutum excludens matrem & lineam maternam propter auiam maternam, multo magis excludit propter ſororem conſanguineam tantùm ibidem.*

223 *Statutum perſonas excludentes fœminas limitans putà uſque ad quartum gradum, uel dicens propter fratres primi gradus, uel ſi dicat nolentes fauere fratribus primi gradus an ex identitate rationis etiam expreſſæ licita ſit extenſio & quid ſi adſit dictio taxatiua tantùm ibidem.*

224 *Dictio taxatiua tantùm, non excludit caſus ſimiles, uel ſimilem rationem habentes.*

225 *Statutum excludens fœminam propter aliquem agnatum excludet etiam illam propter agnatum remotiorem expreſſo ex identitate rationis.*

226 *Ex conſuetudine ſcripta Alexandriæ filia nel ſoror à patre uel fratre dotata contentari debet: neq; quicquam amplius à patre uel fratre nel eorum filijs requirere poteſt.*

An illa ſic dotata excludetur non modo propter fratrem & eius filios, ſed etiam propter patruum ulteriorem agnatum.

227 *Ad hoc ut ſtatuti diſpoſitio locum habeat, eius uerba non tantùm in perſonis, ſed etiam in caſu ſucceſsionis uerificari debent.*

228 *Perſona proximiore, nel qua mediante remotior eſt coniuncta non excludente fœminam: minus excludet perſonas coniunctas per illam.*

229 *Statutum excludens matrem propter patruum, an intelligatur etiam illam excludere propter patruum magnum.*

230 *Verba indifferentèr prolata debent intelligi per prius, & ſic de proximiore: & non per poſterius, ideſt de remotiore.*

231 *Statutum excludens nouercam ſeu materteram non comprehendit nouercam magnam ſeu materteram magnam.*

232 *Si ſtatutum excludat fœminas extantibus fratribus uel filijs fratrum aut patruis uel eorum filijs: ſoror non excludetur à ſucceſsione fratris nec mulier propter filios patrui magnis, quæ nec per ipſum patruum magnum fuiſſet excluſa.*

233 *Limitatur prædicta concluſio quòd fœmina nõ excludatur per patruum magnum.*

234 *Statutum excludens filias propter filios, an etiam excludat neptes propter nepotes ex filio maſculos.*

235 *Nepos ex filio maſculo ita excludit filios ex filia ſicut excludit ipſam filiam.*

236 *Statutum fœminas excludens fratribus extantibus, de quibus fratribus intelligitur an defuncti, an fœminæ excluſæ, an uerò de utriſq;.*

237 *Stante ſtatuto quòd dotata extantibus fratribus ultra relictum nihil poſsit petere etiam ratione legitimæ an talis fœmina excludatur à petitione ſupplementi etiam extantibus patruis non tantùm fratribus.*

238 *In dubio nõ eſt ſumenda interpretatio, q. tranſuerſalis excludat filias & deſcendentes.*

239 *Statutum fœminas excludẽs per collaterales inttelligi debet de illis, qui ſunt paris uel primi ſeu poſterioris gradus & habentibus ſimilitudinem cum excluſa.*

240 *Statutum uel diſpoſitio loquens de fratribus intelligitur de primis, non autem de ſecundis uel ulterioribus:*

245 *Verba ſtatutorum debent intelligi ſecundum qualitatẽ perſona*

ſonæ ad quam diriguntur.

242 Statuentes unum tātum ſenſum & non duplicem habuerunt. Nec uarietatem aut diuiſionem uoluntatis eorum licet aſſumere ibidem.

243 Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia, debet ea uniformiter determinare.

244 Si ſtatutum excludat filiam propter agnatos primi gradus computando gradus ſecundum ius cano. non intelligitur de agnatis primi gradus perſonæ defunctæ, ſed de agnatis, qui filiæ ſint in primo gradu.

245 Excluſa propter eos, qui ſunt ex parte patris coniuncti, intelligitur de coniunctis ex parte patris defuncti, non ipſius filiæ excluſæ.

246 Si ſtatutum excludat fœminas propter nepotes, de quibus intelligemus, an de filijs filiorum, an de filijs fratrum, an de his omnibus.

247 Stante ſtatuto q. præferantur in ſucceſſione fratres patrui & nepotes, non comprehendetur nepos patrui: ſed filius filij, qui eſt propriè nepos: & filius fratris, qui aliquando etiam ex communi uſu loquendi nepos appellatur.

248 Statutum excludens fœminam propter agnatum uel maſculum qui de iure cōi ſuccedere poteſt, non excludet illā propter remotiorem, ſed propter eum tantùm, qui eſt in pari gradu.

249 In dubio ſtatutum ſic debet intelligi q. non contingat fœminam per maſculum uel agnatum remotiorem excludi.

250 Statutum excludens ſorores extantibus fratribus, an intelligatur de fratribus utrinq; cōiunctis an uerò de conſanguineis, an de uterinis tantùm.

251 Statutum fœminam excludens extante fratre carnali, non intelligitur de fratre carnali tantùm.

252 In materia ſtatutaria appellatione fratrū nō ueniūt uterini.

253 Stante ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat patri neq; matri, filia ex primo matrimonio non excludetur à materna ſucceſſione propter natos ex ſecundo matrimonio.

254 Si extantibus maſculis ex priori matrimonio uxor defuncti ex ſecundo matrimonio fœminas cōcipiat: iſtæ fœminæ dotatæ à patre non excludātur à ſucceſſione earum matris propter maſculos prioris matrimonij. Quid ſi certum ſit q. ſtatutum omnino uelit fauere maſculis ibidem.

255 Statutum Aretij excludens matrem propter ſororem, intelligitur etiam de uterina.

256 Statuto diſponente q. mater non ſuccedat exiſtente fratre uel ſorore perſonæ defunctæ, bene quidem excludetur per fratrem uel ſororem uterinos tantùm, quando per ſtatutum linea materna excluditur etiam per patruos & eorum filios ac etiam per auiam maternam.

257 Frater conſanguineus tantū an excludat ſororem utrinq; coniunctam ſtante ſtatuto quòd uxores non ſuccedant fratribus ſtantibus.

258 Lex noua communis ſi generaliter loquatur potius eſt diſtinguenda per ueterem diſtinctionem, quàm ſit putandum quòd lex uetus diſtinguens per nouam indiſtinctè loquentē penitus abrogetur.

259 In bonis quæ prouenerunt à matre, uel linea materna ſorores & fratres ex matre tantùm coniuncti ſolent ſuccedere. Nec ſoror uterina excludetur per germanum tantū quo ad ipſa bona ibidem.

260 Si adſint ſoror & frater utrinque coniuncti, & germanus tantùm, an intelligatur germanus uocatus ad excluſionem ſimul cum utrinq; coniuncto.

261 Differentia, an quis ſit coniunctus ex latere patris uel matris, an ex utroq; non cadit inter patruos.

262 Diligenter aduertendum eſt ſub quibus nominibus incluſorum fauore excludantur fœminæ, de quibus hic quàm plurima uide, ut ſcias qui maſculi intelligantur inuitati.

263 Appellatione illorum de progenie qui ueniant. Et qui dicantur de generatione. Et qui de linea maſculina in hac materia, & quid de eorum deſcendentia, Et qui dicantur de linea paterna & qui coniuncti ex parte patris. Et patruus dicatur de linea paterna. Et à quo illa incipiat. Et qui dicātur de linea materna.

264 Si ſtatutum loquatur de deſcendentibus maſculis, an ueniant maſculi nati ex fœminis. Et ſi ſtatutum uocet hæredes ex linea maſculina, an uocentur filiæ maſculorum.

265 Qui dicantur de generatione & quomodo intelligatur ſtatutum diſponens quòd illi de domo uel generatione ſuccedant & quid ſi dicatur de natis in domo, uel ex linea maſculina quomodo ſumatur tota hæc oratio.

266 Si dicatur quòd mater excludatur propter parentes ex progenie uel ſobole paterna, an filius excludet matrem.

267 Nuptæ extra familiam, an appellatione illorum de domo, uel de cipo domus ueniant.

268 Si ſtatutum excludat fœminas propter homines, quomodo intelligatur uerbum illud, homines.

269 Vbi ſtatutum uocat proximiores conſanguineos filia patrui præfertur filio amitæ. Et an filij amitæ dicantur attinere, uel eſſe coniuncti ex parte patris ibidem.

270 Maiorum ſuorum, uel de domo appellatione, qui ueniāt.

271 Statuto excludente fœminas ſtante hærede maſculo non continebuntur niſi filij uel nepotes qui filiorum locum ſubintrant.

272 Mater per ſtatutum excluſa propter parentes ex parte patris non cenſetur excluſa propter nepotem ex filia.

273 Parentes, uerbum hoc quomodo interpretetur. Et ſi ſtatutū inuitet parentes ad ſucceſſionem defuncti de quibus intelligatur.

274 Statuto excludente fœminas propter maſculos proximiores ex parte matris non cenſebitur mater excluſa propter maſculos ex eius parte coniunctos.

275 Naturales uel ſpurij tantùm an ueniant ſub talibus ſtatutis de proximioribus loquentibus.

276 Filia excluſa à ſucceſſiōe patris, matris, uel fratris exiſtente aliquo maſculo de progenie patris, matris, uel fratris: an excludatur à ſucceſſione omnium ſi extet maſculus de progenie unius horum ſolius.

277 Statuto diſponente quòd ad ſucceſſionem decedentis ab inteſtato ſine filijs ueniant proxiores ex linea patris. ſeu nati in domibus patris deinde mulieres proximiores: patruus matrē defuncti nō excludit. nec cum illa concurrit.

Alia eſt linea aui de qua dicitur patruus alia patris de qua patruus eſſe non dicitur ibi.

Dictio ſeu nati in domibus patris, ponitur augmentatiue intantum quòd oportet, q. maſculi ſint de linea patris, & nati in domibus patris ibidem.

278 Conſuetudo Papiæ uolens agnatos uel cognatos maſculos uel fœminas ex latere patris prius ſuccedere, & demum eos qui ſunt ex latere matris facit q. filius fratris præferatur filiæ natæ ex ſorore defuncti.

Dictio uel ponitur pro ideſt, aut pro ſiue ibidem.

279 *Statuto excludente dotam à patre uel matre uel fratre à paterna, materna uel fraterna ſucceßione, nec dicat propter quos: Quæ perſonæ in dubio intelligentur uocatæ in locum excluſarum.*

280 *Contemplatione perſonarum ſimilium ex expreßis intelligitur factum ſtatutum.*

281 *Statuto excludente dotatam, non dotata ſuccedit in toto reſiduo.*

282 *Quando fœminæ excluduntur uſq; ad certum gradum, an gradus computetur ſecundum ius ciuile an uerò ſecundum ius canonicum.*

283 *Si ſtatutum in prima parte uocet agnatos tenentes primum gradum ſecundum ius canonicum, non tamen propter hoc eſt in alijs partibus ſtatuti eiuſdem facienda computatio ſecundum ius canonicum, ubi ex hoc induceretur iurium correctio.*

Clauſula apoſita in uno capitulo ad qualificandum diſpoſitionem non refertur ad aliud ibidem.

284 *Si ſtatuta fuerint condita à uulgaribus qui non habeant peritiam iuris an intelligenda ſint ſecundum eorum communem uſum & an probandus ſit ille communis uſus fuiſſe tempore quo fuit conditum ſtatutum ibidem.*

285 *Si ſtatutum dicat q. filia excludatur ſtante filio, & quod dictum eſt in filijs habeat locum in fratribus patruis & auunculis. Intelligendum eſt tale ſtatutum ſingulariter ſingula ſingulis referẽdo, hoc eſt q. frater excludat ſororem patruus amittam, & auunculus materteram.*

286 *Perſona agnati à ſtatuto nominata ſemel excluſa propter aliquem non excluſum, remanet excluſa mortuo excludente.*

287 *Sinigaliæ ſtatutum excludens filiam ſtantibus maſculis deſcẽdentibus uel collateralibus, de quibus collateralibus intelligatur.*

288 *Si filia excludatur per aliquem collateralem, ſeu collaterales & eius filios, debet intelligi de primis filijs, qui locum patris ſubintrant.*

289 *Ex modo prædilectionis apparentis in ſtatuto uel inimicitiæ poſſumus coniecturare an maſculus remotior poſſit fœminam excludere.*

290 *A mente ſtatuentium alienũ eſt, quòd patruus qui uirtute ſtatuti concurrit cum matre & cum ſorore, excluderet uirtute eiuſdem ſtatuti in totum filiam à paterna ſucceßione, & q. filia concurrens cum auo & proauo eos excluderet.*

291 *Statuto requirente plures qualitates in maſculis fœminas excludentibus, an neceſſarius ſit concurſus omnium illarũ qualitatum.*

292 *Statuto excludente fœminam propter maſculum qui de iure communi ſuccedere poßit & cum effectu ſuccedat, filia nõ excludetur propter patruum.*

293 *Stante ſtatuto Fulginatis q. dotata à patre, matre, uel fratre non ſuccedat in bonis paternis maternis uel fraternis tã dotantis, quàm non dotantis ſi maſculi ſuperſint: an ſufficiat q. ex altero iſtorum ſuperſit ut à ſucceßiõe omnium & cuiuſuis nominatorũ excludatur. An uerò ſtatutum debeat intelligi, quòd ſuperſit deſcendens ex eo, de cuius hereditate agitur.*

294 *Statuto excludente filiam dotatam à bonis patris uel matris uel fratris extante aliquo maſculo de progenie patris, matris, uel fratris, Intelligitur de maſculo de progenie illius de cuius ſucceßione agitur.*

295 *Verbum à prædictis, intelligitur in huiuſmodi ſtatuti, ab eo de cuius ſucceßione agitur.*

296 *Fœmina non excluditur per maſculos affines cum in eis non ſit dare ſucceßio.*

297 *Stante ſtatuto q. mulier dotata non ſuccedat, an filia ex uxore præmortua excludatur à ſuceeſsione materna per filiũ ex ſecunda uxore.*

298 *Ex capite affinitatis non datur ſucceßio, & affinis affini non ſuccedit.*

299 *Statutum nullo modo interpretandum eſt q. intendat filiabus proprijs præferre natos ex ſecundo matrimonio in bonis primæ uxoris, nec filias excludere per priuignos, & qualiter ſint ſtatuta interpretanda ibi.*

300 *Statutum excludens à ſucceſsione, non excludit à ſucceßione iam quæſita.*

301 *Perſona in una parte ſtatuti nominata, an poßit in alia parte repeti, ut aliam perſonam excludat.*

302 *Dictum in una parte legis in alia cenſetur repetitũ. Et in alio capitulo non multum diſtanti.*

303 *Fœmina excluſa propter maſculos intelligitur propter eos qui ſunt in natura tempore delatæ ſucceſsionis.*

304 *Excluſa propter aliquos maſculos & eorum hæredes, an excludatur extantibus quibuſuis hæredibus, tam de agnatione quàm extraneis.*

305 *Stante ſtatuto q. exiſtente maſculo fœmina non ſuccedat, eo ſaluo q. ſi non adſint hæredes fœmina tunc ad ſucceſsionem admittatur, niſi maſculus ex ſe maſculos relinquat fœmina admittetur.*

306 *Excluſio uериſimiliter fieri debet propter perſonas ſimiles expreßis & in quibus ſit par ratio excludendi.*

307 *Si ſtatutum excludens filias dotatas uocet ſuos hæredes maſculos intelligitur de filijs non de alijs agnatis uel cognatis minuſq; de extraneis.*

308 *Multas & quamplurimas alias quæſtiones inuenies incidenter tactas diſcurrendo articulum hunc.*

Sequitur duodecimus articulus principalis.

DVODECIMO articu. principa. videndum eſt † propter quas perſonas intel
1 ligantur fœminæ excluſæ.

2 ET primò quæro † an excludantur propter arrogatos, & iſta quæſtio habet duo capita nam poteſt eſſe dubitatio an arrogatus excludat illas quæ ſunt de agnatiõe patris naturalis. Item an excludat eas quæ ſunt de agnatione patris arrogantis, propterea quia dando ſe in arrogationem mutat familiam patris naturalis, & deſinit eſſe de illius agnatione. §. fin. inſti. de legi. agna. tut. & § minima inſtitu. de capi. dimi. & l. tutellas in principio. ff. eodem titulo. & §. primo inſtitu. de acqui. per. arroga. & in eo ceſſat ratio qua mouentur ſtatuentes, vt agnatorum ſalua ſit dignitas & diuitiæ in familia, & agnatione præferuentur, iuxta ea quæ dixi in tertio articulo principali. quaſi ſtatutum velit præferre filiabus illos maſculos qui ſunt agnati. & hanc partem tenet modernus bono. in tractatu. do. in vltimo articulo principali. in vigeſimaſeptima quæſtione incipiente an illud ius motus etiam ex notatis per Baldum. in
3 dicta. l. tutellas. Sed in contrarium facit, quia † arrogatus quamuis patiatur minimam capitis diminutionem

nem nihilominus ſuccedit ſicut alij agnati patri natura
li, ſi erat emancipatus tẽpore arrogatiõis, quia aliàs in
filiumſa. non caderet arrogatio iuxta §. primum inſti-
tu. de adop. aut alijs de agnatione ſi pater erat defun-
ctus, & coniuncti per patrem naturalem pariter illi
ſuccedunt iuxta nota. per Gloſ. in § mortuo inſtitu. de
acqui. per arroga. & ibi Ange. & in § præceden. & glo.
in auctenti. in ſucceſsione. C. de ſuis & legiti. & Glo.
in verſiculo poteſtatis in auctentica. de hæredib. quæ
ab inteſtato. defe. §. primo, facit §. nullam eodem titulo
4 vbi patet † quod in ſucceſsionibus æquiparantur a-
gnati cognatis, propter quod videtur quòd iſta capi-
tis diminutio non ſit attendenda cum ſtatuta recipiãt
interpretationem paſsiuam. l. prima. §. primo. ff. ad le
gem falcidiam. cum ibi notatis per Imol. & Alexan.
& per Bartolum in. l. omnes populi in ſexta quæſtio
ne principali. ff. de iuſtitia & iure cum concordan.
5 aliàs allegatis. & quia † quando duo caſus à lege anti
qua æquiparantur, lex noua ſuperueniens in vno ex-
tenditur ad alium. l. ſi quis ſeruo cum ibi notatis. C.
de furtis iuncta. l. in tantum. ff. eodem titulo. & pro
hac opinione facit text. in dicta. l. tutellas, dum vult
ſucceſsiões ex nouis legibus. & præter legem duode-
cim tabul. delatas non tolli minima capitis diminu-
tione, cui textui concordat §. ſciendum inſtitu. ad ſe-
natuſconſul. orphi. & hanc opinionem vidẽtur ſequi.
Ioannes faber & Angel. areti. in dicto § finali inſtitu.
6 de legit. agna. ſuc. vbi volunt quòd † beneficia ſtatu
torum præferentia in ſucceſsionibus & tutellis agna-
tos cognatis: non tollantur minima capitis diminu-
tione per textum in dicta. l. tutelias, quæ opinio ma
ximè procedere videretur ſi ſtatutum vteretur nomini
bus naturalibus & non ciuilibus nec præferentibus
iura agnationis putà quòd frater excludat ſororem uel
maſculus fœminam, quia hæc nomina ſunt naturalia
nam non eo minus quis deſinit eſſe frater quòd arroge
tur uel capite minuatur, nec eo minus deſinit eſſe quis
maſculus per notata per Bartolum in. d. l. tutellas. vbi
etiam Bald. & Bart. in. l. hos accuſare § omnibus. ff.
7 de accuſatio. † puto concludendum quòd attendenda
ſit ratio ſtatuti quę ſi ſit expræſſa in fauorem agnatio-
nis, res eſt clara, vt arrogatus qui non eſt agnatus fœ
minã non excludat quòd ſi nõ ſit exprę ſſa & ſimus in
caſu in quo fauor agnationis & familię paternę mini-
mè præſumatur, iuxta ea quæ dixi in tertio articulo.
tunc ceſſante agnatione per capitis diminutionẽ, & quia
per arrogationem mutatur familia, non puto fœ-
minam excludi, quia ceſſante ratione legis & cauſa,
ceſſat e. l. & effectus cauſæ. l. adigere. §. quamuis. ff. de iu
re patronatus. niſi hæreditas eſſet iam delata, quia in
ea capitis diminutio non operatur, vt dixit Barto. in
dicta. l. tutellas in fin. commen. & ad hoc me mouet.
d. l. tutellas dum loquitur de. l. duodecim tabul. & aſ-
ſignat rationem quia. d. l. duodecim tabul. hæredita-
tem deferebat agnatis, quia per capitis diminutionem
8 deſinunt eſſe tales. & † ſubdit quòd ſucceſsiones per
nouas leges delate non tolluntur capitis diminutione
minima, eo quia nõ tãquam agnatis ſolent deferri ſeu
plerunque non deferuntur, ſed ſecundum ordinem, &
terminos naturę, prout naturaliter perſonæ deſignan-
tur non tamen negat ibi iuriſconſultus quin in ca-
ſu in quo noua lex ſub agnationis nomine aliquem
vocaret ſucceſsio capitis diminutione tolleretur, &
ita ſentiunt ibi Bartol. & Bald. & aliter dicendo text.
implicaret ſibi contrarietatem, & illa lex cum ſit inter
pretatiua reperiretur ſine ratiõe, quare magis in. l. duo
decim tabu. operaretur minima capitis diminutio, quàm
in alijs vbi ſub ciuili nomine quis uocaretur quod eſ-
ſe non debet, vt habetur in. l. non omnium. ff. de legi.
& verè ille text. non reperitur ſine difficultate iuncto.
d. §. ſciendum inſti. ad orphi. quod autem hæc ſucceſ-
ſio quæ maſculis defertur excluſis fœminis, dicat de
ferri ex iure ſtatutario patet quia præter iuris ciuilis for
mam ſuccedunt per ea quæ habentur in. l. ius autem ci
uile. ff. de iuſti. & iure facit quod dicam infra. in deci-
motertio articulo principali. in ſecunda quæſtione.
in fine.

SECVNDO verò caſu quando quærimus,
9 † an arrogatus excludat fœminas, quæ ſunt de agna-
tione patris arrogantis, diſtinguendum eſt, quia aut ſta
tutum loquitur de agnatis legitimis & naturalibus,
& certum eſt quòd non comprehenduntur arrogati
10 qui ſunt legitimi tantùm, propterea quia † quando ſta
tutum exorbitans requirit plura, debent omnia inter-
uenire tanquam de ſubſtantia & forma iuxta nota.
per Bald. in. l. prima. ff. de lib. & poſthumis. & text.
cum ibi nota. in. l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. in
ſtitu. & in capitulo ſecundo de reſcrip. & per Baldum
in auctentica iubemus. C. de iudic. nec poſſet compre-
hendi arrogatus niſi per ſubauditos intellectus, &
11 † certũ eſt quòd per ſubauditos & tacitos intellectus nõ
debet induci legum correctio ſecundum gloſam vul-
garem & communiter approbatam in capitulo cu-
pientes. § quòd ſi per. xx. in verbo petere de electio.
in. vi. & ſi ſecus diceremus ſequeretur quòd legitimus
tantùm haberet plus iuris quàm filia legitima & natu-
ralis, quod eſſet abſurdum ſecundum Gloſ. in § cum
autem. in verſicu. bonorum inſti. de adop. & eſt indu-
12 bitatum quòd † nulla diſpoſitio ita intelligi debeat, vt
inducatur abſurdum. capitul. quemadmodum de iu-
reiurando capitulo dudum cum ibi notatis de præbẽ
dis in ſexto. l. diuortio in principio. ff. ſoluto matri-
monio, & notat Bal. in. l. conuenticulam. C. de epiſco
pis & clericis. & pro prędictis faciunt aliqua iura quæ
adducuntur in quæſtione ſequen. vbi dabitur reſpon
ſum ad aliqua contraria quæ hic opponi poſſent. Et in
hoc propoſito ita conſuluit Ioannes de ana. per iura
prædicta in conſilio vigeſimoſeptimo incipiente. viſo
13 caſu mihi propoſito. † Aut verò ſtatutum non expri
mit de legitimis & naturalibus, ſed ſimpliciter loqui
tur. putà quòd filius filiam excludat, vel frater ſoro-
rem &c. & tunc adhuc non comprehenditur arroga-
tus, quia non eſt propriè nec verè filius iuxta diſtinctio
nem. l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.
iur. & nota. in capitulo per tuas. de probationi. & in
capitul. michael. de fili. presbyterorum. nec uerè fra-
ter. §. per adoptionem inſtitu. de legi. agna. ſucceſ. ſed
dicitur filius & frater fictus, vt ibi & . l. filio quem pa-
ter. ff. de liberis & poſthumis. & notant docto. ma-
ximè Imo. & Cuma. in. l. ſi ita quis. §. finali. ff. de le-
gatis ſecundo. & ita conſuluit Bald. in conſilio vigeſi
moquarto. incipiente ſtatuto ciuitatis primo volumi
ne ſecundum vltimam impreſsionem, idem eſt de men
te Roma. in. l. ſi is qui pro emptore in octaua colum-
na. ff. de vſuca. & hoc firmauit Ioannes de ana. in con
ſilio præallegato quem ſequitur ibi domi. Ludoui. in
additio. & dominus pręceptor meus. in. l. cum filiuſ-
fa. columna finali. ff. de legatis primo. & latius in. l.

quicunq; §. prætor ait.ff.de in ius vocan. In vltima
columna.aliàs eſt.l.patris adoptiui cum ſequen. &
in.l.generaliter.§.finali in antepenultima columna.C.
24 de conditio. inſtitu. † vbi adducunt etiam quod in ſi-
mili dicitur de legitimato qui non excludit filiam in
terminis ſtatuti noſtri, de quo infra dicam, quia plus
eſt eſſe filium legitimum quàm eſſe arrogatum ſeu ado
ptatum. licet vterq; dicatur filius legitimus tantùm.
vt tradit Bald.in.l.ſi te parens.C.de ſuis & legitimis
25 iccirco. Alexand. in dicta.l.adoptiuum dixit. † An
In ſtatuto faciente mentionem de filio, intelligatur vo
catus adoptiuus ſeu arrogatus eſſe deueniendo ad il-
lam materiam, an prouiſio ſtatuti in caſu vero traha-
tur ad fictum de qua traditur per Bartol.in.l.omnes
populi.in ſexta quæſtione principa.ff.de iuſti.& iure
cum concordan.adductis per Alexand.& modernos
in.l.gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liberis & poſthu
mis.& in.l.prima.§.lex falcidia.ff.ad legem falcidiã.
& dixi ſuprà in ſexto articulo principa.in prima quæ-
ſtione. quarti membri, & communiter concluditur quod
non, & ad hoc facit tex.in.l.fideicommiſſum.ff.de cõ
ditioni. & demonſtratio.& in.l.ſi ita quis §.finali.ff.
de legatis ſecundo.& in capitulo adoptiuus in titulo ſi
de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agna-
tum. & quod dixit Specula.in titulo de loca.§.nunc
aliqua verſiculo octuageſimotertio. & doctores. in
lege finali.C.de his qui veniam ætatis impetraue-
runt, vbi dicunt inter cætera, † quod in conceſsione
26 emphiteoſis facta alicui pro ſe & filijs, non veniunt fi
lij adoptiui.

Ad idem facit, quia verba debent in dubio natu-
raliter, non autem ciuiliter intelligi.l.finali.C.de
his qui veniam ætatis impetrauerunt, & ibi tradi-
tur. & attendimus magis naturam quàm accidens.l.
qui habet in principio.ff.de tutel.l.ſi quis poſthu-
mos in principio.ff.de liberis & poſthumis. & capi-
tulo requiſiſti de teſtamentis. Et iccirco Bald.in.l.
ſi arrogator.ff.de adoptioni.dixit quòd † licet filius le
27 gitimus & naturalis detrahat duas quartas, non tamẽ
hoc habet locum in filio arrogato.

Item ſecũdum quòd exponitur textus per Cynum
Angelum. & etiam modernos in dicta lege generali-
ter.§.cum autem, diſpoſitio.l. cum acutiſsimi.C.de
fideicommiſ. & lege cum auus .ff. de conditio. &
demonſtratio. non habet locum in filio adoptiuo ſeu
arrogato.

Item dixit Angel.in.l. cum in adoptiuis.C.de a-
doptionibus. quòd † licet in ſtatuto diſponente,
28 quod de hæreditate alicui obuenta ſolui debeat gabel-
la, non comprehendatur filius à ſuo patre hæres inſti-
tutus per nota in.l.ſuis.ff.de liberis & poſthumis.vbi
Imol. & in.l. prima.C. de imponenda.lucri deſcri-
ptione libro decimo bene comprehendetur filius ado
ptiuus à patre adoptiuo inſtitutus hæres per Gloſam
in dicta lege cum in adoptiuis, & ita dicit ſe in quæ-
ſtione facti conſuluiſſe.

Simile etiam apertè dixit Baldus in auctentica.niſi
rogati.C.ad trebellianum. quòd filius ſpiritualis ba-
ptiſmi non excludit ſubſtitutum, quia non eſt filius
quantum ad ſuccedendum, quod dictum eſt aliquan-
tulum extra propoſitum & dixit Gloſa.in auctentica
de trien.& ſemiſ.§.primo. quòd hodie non intelligitur
aucta quarta quę debetur filio adoptiuo ſicut illa quæ
debetur filio legitimo & naturali, de quo per Barto-
lum & doctores.in dicta.l.ſi arrogator quæ iura par-
tim refert dominus Andreas ſiculus.in repetitione.ca
pituli Raynaldus in trigeſimaſexta columna.cum ſe-
quenti.verſiculo, ſed vnum pondera de teſtamentis.
vbi etiam concludit idem eſſe generaliter in ſtatu-
tis quorum verba ſunt ſtrictè & propriè intelligenda
l.prima.§. ſi is qui nauem.ff.de exercito. lege tertia.
ff.de neg.geſt. cum ſimilibus. quamuis Modernus
bonien.in tractatu dotium in vltima parte in ſexageſi-
ma quæſtione incipiente quid in filio videatur tranſi-
re tanquam dubius.

Ex quibus rationibus omnibus, & fundamentis
29 prędictis puto, quòd † etiam ſi ſtatutum dicat quòd ex
tantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, intelligen-
dum fore de maſculis naturali etiam coniunctione
coniunctis, & facit quòd dicam infra de legitimatis.
Item eſt aduertendum quòd non licet paſsim arroga-
re.l.nec enim.§ præterea.ff.de adoptionibus. Et ex his
patet non obſtare, quòd arrogatis defertur hæreditas
patris arrogantis, vt habetur per ſcribentes inſtitutis
de adoptionibus in.§ primo. & inſtitutis. de acqui.
per arroga. &.§.in noſtra inſtitutis de hæreditatibus
quæ ab inteſtato deferuntur, & inſtitu. de legitimis
agnatorum ſuc.§ per adoptionem. & dicta.l. ſi arro-
gator cum ibi notatis. &.l.prima in fine &.l.ſecunda.
§.patrui.ff.de ſuis & legitimis in tantùm, vt ſecun-
dum Bartolum.in.l.prima in principio.ff.de legi.tu.
etiam ad eos ſpectet onus reprobata Gloſa ibi, &
30 etiam non obſtat ſi dicatur quòd † arrogatus ſit ſuus
hæres patri arroganti & eius familię aggregatur, vt
dicit textus in.l.penultima in fin.C.de adoptionibus.
& quòd etiam edictum de in ius uocando habeat in
eo locum.l.patris cum.l.adoptiuum in principio.ff.
de in ius vocando. quia propriè non ſunt filij, ſed im-
propriè, & ciuiliter tantùm, nec eſt par & ſimilis per
omnia ratio inter arrogatos & legitimos & naturales,
vt dixit Glo.in dicta.l.fideicommiſſum, quod patet,
quia fortius eſt vinculum naturale & ciuile quàm ci-
uile tantùm, vt dictum fuit, & patet in dicta.l.penulti
ma.& in.§.ſi verò inſtitu.de adoptio. facit dictum.§ af
finitatis.inſtitu.de nupt.cum gloſ.licet ad hoc poſſet
31 reſponderi quòd immò † arrogatus præfertur vlterio-
ribus in gradu: & ſuccedit cum alijs in pari gradu quã
uis habeant duplex vinculum, vt patet in iuribus.
ſuprà allegatis.

Item in tutella aliud eſſe dicendum eſt, quàm in
32 hoc ſtatuto, † quia ratio deferendæ tutellę fundatur
in eo quod qui habet commodum ſucceſsionis, de-
beat habere onus tutellę.§.finali. inſtitutis de capitis di-
minutione. nec ſumus in materia ſtricti iuris & corre-
ctoria, nec ibi inſurgeret aliquod abſurdum: ſicut hic
inſurgeret. propter quod nec etiam obſtat quod dici-
tur de edicto de in ius vocando.

Et hæc quæ ſuprà dicta ſunt intelligi debent in ar-
rogatis, ac in adoptiuis qui arrogati non dicun-
tur cùm remaneat in poteſtatis naturalis, & non
tranſeant in familiam patris adoptiui: niſi vbi daretur
nepos in adoptionem auo materno, vel nepos ex fi-
lio emancipato daretur in adoptionem auo paterno iu
xta.dictam legem penultimam.C. de adoptionibus.
&.§ primum cum ſequenti inſtitutis eodem. clarius eſt
quòd non excludant filiam fœminam patris adopti-
ui per prædicta. Sed bene excludant filiam patris
naturalis cum in eius familia remaneant, & iura ſui-
atis

tatis non admittant. dicta lege penulti. & §. ſed ea om-
nia in fine de legitima agnatorum ſucceſsione. quod
notabiliter limitat dominus Corneus. conſilio ſexa-
geſimoquinto incipiente. plura, prima columna ter-
tio volumine: niſi iſti adoptiui ſint de agnatis exclu-
dentibus filias quamuis habentes alios agnatos ante-
riores, vt ibi per eum.

23 SECVNDO quæro † an propter filiũ emãcipa-
tũ excludatur filia à ſtatuto excluſa à ſucceſsione, cũ
ꝑ emancipationẽ videatur filius ius agnationis amit-
tere §. fin. inſti. de legi. agna. tutel. & § minima inſti. de
capi. dimi. & l. tutellas in principio. ff. eodem titulo,
& § præterea inſtitu. quib. mod. ius pa. poteſta. ſol.
& § emancipati inſtitu. de hæredi. quæ ab inteſt. defe.
& l. fratres. C. de inofficio. teſtamen. habeo hanc quæ-
ſtionem pro difficili quando ſtatutum nõ intendit ſim-
pliciter ꝑferre maſculos, ſed agnatos fœminis, quod
in dubio præſumitur, vt dixi ſuprà in tertio articu-
lo principali. & quòd non excludantur fœminæ per
filios emancipatos. voluit Ange. de peruſio in repeti.
l. qui ſe patris in penultima columna. C. vnde liberi.
24 † quia emancipatio tollit filio ius agnationis per iura
prædicta, licet quo ad perſonam patris emancipantis
ſecus ſit §. fina. inſti. de legi. agna. ſuc. & l. finali. C. de
emancipatio. libero. Salice. autem ibi in dicta. l. qui
ſe patris. vltima columna, aliter dixit ſcilicet quòd fi-
lius emancipatus & nepos ex eo cõceptus poſt mor-
tem aui fœminas excludant tanquam agnati. motus
poſt Iaco. butri. quia aut conſideramus agnationem
reſpectu facti. & nedum hodie, ſed nec olim deſinebat
filius eſſe agnatus. inſti. de leg. agna. ſuc. in principio
Aut conſideramus reſpectu iuris effectus, & tunc cũ
effectus eius, nihil aliud eſſet quàm vt coniuncti per
lineam maſculinam retinentes nomen agnationis præ-
ferentur coniunctis per lineam fœmininam in ſucceſ-
ſionibus. & iſte effectus ſit ſublatus per §. nullam in
auctentica de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferun-
tur. ſequitur quòd nec illius reſpectu deſinit filius emã-
cipatus eſſe agnatus.

25 Et hoc maximè procedit, quia illud † non dici-
tur prorſus extinctum quod in priſtinum ſtatum re-
uocari poteſt. l. qui res. § arenam. ff. de ſolutioni. l. in-
ter ſtipulantem § ſacram. ff. de verborum obligationi.
ſed per ingratitudinem poteſt filius reuocari in pote-
ſtatem. vt. C. de ingra. libe. per totum. ergo &c. Sub-
dit Salyce. fortè dici poſſe quòd attendendus ſit com-
munis vſus loquendi ſtatuentium & vulgi appellatio
iuxta. l. vel vniuerſorum. ff. de pignoribus. & lege
cum delationis §. aſinam. de fundo inſtructo, quod di-
ctum non habet dubium lege liberorum. §. quod ta-
men caſsius. ff. de legatis tertio, & quod notat in lege
ſtipulatio. § hoc quoq;. ff. de verborum obligationi.
& pro opinione Salyceti facit ex mente Roma. in
dicta lege qui ſe patris in vigeſima colum. quia † quã-
26 do diſpoſitio iuris communis vult per omnia idem
eſſe in caſu ficto quod in caſu verò, tunc diſpoſitio
municipalis ſimpliciter loquens in illa materia habet
etiam locum in caſu ficto capitu. ad audientiam. & ca-
pitu. cum dilectus. de cleri. non reſi. & vtrobiq; no-
tatur per cano. & per Ioan. andre. & alios in capitu-
lo finali de conſuetudi. in ſexto & per Bartol. Imol.
& Modernos in. l. gallus §. & quid ſi tantùm. ff. de li-
beris & poſthumis. quæ æquiparatio probatur ex. l.
meminimus. C. de legitimis hæredibus & ex text. in
dicto §. nullam. vbi eſt expreſſum quòd † nulla eſt dif-
27 ferentia emancipationis & patriæ poteſtatis in ſuccedẽ-
do. Angelus, autem de areti. in §. finali inſtitu. de legi.
agnato. ſucceſ. diſtinguit quòd aut loquimur in fra-
tre & filijs fratrum in quibus ceſſat quo ad ius ſucceſ-
ſionis & tutele amisſio iuris agnationis per emanci-
pationem ſeu in quibus à iure agnatio præſeruatur,
vt in lege fratres. C. de legitimis tutorib. & ibi gloſ-
ſa & in auctentica ceſſante. C. de legiti. hæred. &
gloſſ. in dicto §. finali inſtitu. de legi. agnato. tute. cum
ſimilibus, & tunc admittantur ad excluſionem fœmi-
narum. aliàs ſecus, inferens ex hoc ad ſtatutum
quòd agnati præferantur cognatis in ſucceſsionibus
in quibus perſonis verificetur tale ſtatutum. Et
hanc opinionem puto tenendam maximè per not.
in ſimili in dicta lege qui ſe patris. In vltima co-
lumna per Baldum. Roma. Paul. de caſtro Alexen.
28 & Modernos dum volunt quòd † ſtatutum man-
dans inter agnatos cauſas debere compromitti com-
prehendat filios emancipatos & nepotes ex eis con-
ceptos poſt emancipationem per prædicta funda-
menta, & quia tale ſtatutum eſt fauorabile & la-
tè intelligendum, lege cum quidam. ff. de liberis &
poſthumis & capi. odia de regu. iuris in ſexto. Nam
& hoc ſtatutum excluſiuum fœminarum eſt fauo-
rabile, vt concluſi ſuprà in quarto articulo principa-
li. Et in hac opinione videtur reſidere dominus præ-
ceptor meus in dicta lege qui ſe patris. tam in ter-
minis quæſtionis noſtræ quàm in quæſtione ſtatu-
ti prædicti mandantis debere cauſas compromit-
ti inter agnatos, licet in contrarium adducat non-
nullas bonas conſiderationes. Sed contra iſtam
opinionem conſuluit dominus Decius conſilio de-
cimotertio incipiente & pro tenui &c. diligenter
conſideratis. tertia & quarta columna, motus per
deciſionem Baldi, in propoſito in auctentica in ſuc-
ceſsione in fine commenti. C. de ſuis & legitimis, &
quia emancipati & nati ex eis poſt emancipatio-
nem non ſunt propriè agnati, per iura hic ad hoc
allegata. & ſic etiam notatur per Baldum in dicta
lege meminimus. ac per Fulgoſium, & Paulum de
caſtro & per Modernos in lege prima. C. communia
de ſucceſsionib. & no. Paulus, de caſtro in lege ſi ab
eo. C. de legitimis hæredibus. Nihilominus tamen re-
cedendum non puto ab opinione quam hic fir-
maui, quia hoc ſtatutum ſecundum magis com-
munem opinionem eſt fauorabile vt dixi ſuprà
in quarto articulo principali. & conſequenter ex-
tendendum vt ibi, & latius in tertio articulo prin-
cipali, vbi tenui attendendam eſſe rationem ſtatu-
ti non obſtante quòd dominus Decius loco præ-
allegato dicat hoc ſtatutum odioſum & ſtrictè in-
terpretandum.

Vbi autem ſtatutum vellet ſimpliciter prouide-
re maſculis, quia tunc non ſubeſſet ratio agna-
tionis præſeruandæ vt dixi ſuprà in tertio articu-
lo principali, non obſtaret emancipatio. Nam
hæc nomina naturalia capitis diminutione non
alterantur vt patet & notatur in lege tutelas. ff. de capi-
29 tis diminutione & dixi in quæſtione præcedenti.

† An autem verum ſit quòd pater filij eman-
cipati non deſinat eſſe agnatus prout dicebat
Angelus, de peruſio in dicta lege qui ſe patris.
tradunt Ro. & ſcribentes poſt eum ibi reprehenden-

tes Ang. & an ſaltem ei præſeruentur iura agnationis
patet in dicto.§.fina.inſti. de legi.agna.ſuc. & in.l.fina
li.C.de eman.li. & no.in.l.legitimus.ff.vñ agnati. &
in.l.quæſitum.ff.de adop. Laus deo. In feſto ſancti
Pauli Anno domini. M.cccc.

30 TERTIO quæro † an fœmina excludatur pro-
pter filium naturalem vel ſpurium ſtãte ſtatuto exclu-
dente fœminam propter maſculos, & quidam ſi loq-
mur in naturali nato ex vnica concubina & indubita
to affectu iuxta.l.in concubinatu.ff.de concubi.&.§.
ſi quis autem.in auctenti.quibus modis natura. effi-
ciuntur ſui. Reperio fieri varias diſtinctiones, an ta-
les in diſpoſitione legis vel ſtatuti comprehendantur
vt per Imol. & plenè Alexan. in lege ex facto.§.ſi qua
rogatus.cum concordan.ibi traditis. ff. ad trebelia.
per Bartolum, in conſilio. ccxxij. incipien. cauetur
ſtatuto.cum additio.ibi poſitis & plures remiſſiones
tradit Alexand. in.l.quinq.&.l.parentes. quam legit
cum.l. ſecunda in ſecunda columna cum ſequen.ff.
de in ius vocan. Sed in terminis noſtris dixit Bald. in
l.cum acutiſſimi in ſecunda columna verſiculo quæ-
ro nunquid naturales.C.de fideicommiſ. & in con-
ſilio vigeſimoquarto incipiente ſtatuto ciuitatis pri-
mo volumine ſecundum vltimam impreſſionem φ
per eos fœminę non excluduntur, cum qua ſententia
tranſit dominus Andre.ſicu.in repetitio.dictę.l.cum
acutiſſimi.nonageſimaoctaua columna verſic.quę
ris hic Bald.an filij naturales. & ita etiam tenet mo-
der.bonon.in tract.dotium in vltima parte in quin-
quageſimaoctaua quęſtione incipi. ſi ſtatutum dicit.
pro qua opinione adduci poſſent plura iura relata per
Bartolum.in cõſilio ſuprà allegato, & maximè quia
31 † naturales non dicuntur ex propria ſignificatione fi
lij quando ſtatutum de filijs loqueretur iuxta.l.filium
diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & not.
in capi.per tuas.de probationi.& in cap.Michael.de
filijs preſbyte. Facit tex. in.§.ad hæc.in auctenti. vt li-
32 ceat matri & auię. † Item naturales iura legitimorum
in certis tantùm caſibus habent vt.ſ. vna cum legiti-
mis parentibus ex materna linea ſuccedant.l.penulti.
C.ad orphi. & etiam ſine eis vt in.§.item quæſitum.in
ſti.eo. & eorum parentibus ex paterna lineà in certis
tantùm caſibus & certa parte.§ diſcretis. & ſeq.in au-
ctenti.quibus modis natura.efficiuntur ſui. & auctẽ.
re clericis ſeu eeligioſis q̃ laicis,quoniam magna eſt ra
tio quæ pro eeligione facit,quæ nunquã in ambiguis
rerum diſpoſitionibus ſolet omitti.l.ſunt perſonæ.ff.
de reli.& ſump.fu.& non minus ſunt meriti reipu.ac
fauorabiles deo ſeruientes q̃ ſeculo.l.ius publicum.
170 ff.de iuſti.& iure.& † in fauoeabilibus diſpoſitioni-
bus non minus cenſendum eſt comprehendi magis me
ritos q̃ minus meritos.l.lucius.ff.de leg.iij.&.l.cum
pater.§.rogo.ff.de manumiſ.& prędicto cõſilio domi
ni Lappi plures docto.ſe ſubſceipſerunt,vt patet in al
legatione prędicta in fi.Idem conſuluit in.d.caſu.do-
mi.Lappi.abbatis.d.Io.de ligna.peout refert do.Cae.
floren.in ioco pręallegato qui tranſit cũ prædicta opi.
motus inter cætera quia quilibet poteſt dare priuilegia
171 eccleſiæ ſuper pertinentibus ad ſe,& quia † ſtatuta &
leges extenduntue ad non ſubditos in concernentibus
eorum fauorem.l.i.cum gl.& ibi notatue.C.de emã.
de cuius fundamentl veritate patet ex his quæ dixi.§.
in.vi.arti.prin.in primo membeo.in.i.q.eandẽ opin.
poſt bu.& Io.de ligna.ibi tenuit Pa.in.d.c.quod cle
ricis.in lectu.in.ix.col.ver.hæc ſunt vera de foro.cõ
pe.& in repe.in.xviij.col.verſi.ſecundus caſus.& in
c.cõſtitutus.in.ij.col.de in inte.reſti.per tex.ibi in.d.
c.dilecti.Idem voluit Bal.in.l.cunctos populos.in le
ctu.in.vij.col.vee.ſed hic vlterius quærit.C.de ſum.
tri.allegat tex.in.c.ſi adiutoeium.x.diſt.Et idẽ Bal.in
conſi.ccviij.incipit Martinus Ioannis de florentia.in
ij.col.inſerto inter conſilia Ange.& in conſil.xxx.in-
ci.pręſuppoſito.in.i.co.ver.quęrit.vtrũ.vbi pulchrè
loquitur in.iij.vo.ſecundum pen.impreſſionem. Fa
cit quod dixit in propoſito Pau.de ca.in.l.omnes po-
puli.ff.de iuſti.& iur.& quod dixit Ro.in ſing.cccc-
xxxix.inci.capitulum.vbi refert Lapũ in locis.§.alle-
gatis & quod dixit ibidem pauloante in ſing.ccccxxx-
vij.& Alex.in conſi.ccx.inci.ponderatis his maximè.
in.iij.col.ver.ad id quod notat.ij.vol.& in terminis
in conſi.ſeq.in.l.col.vbi dicit communem opi.eſſe q
172 † ſtatuta laicorum priuilegiatiua ſi materia eſt cõis &
indifferens ſunt apta etiam comprehendere clericos,&
hoc eſt de mente Io.an.in.c.fi.in princ.de offi.delega.
in.vi.per illum tex.& ibi clarius Gemi.& cũ hac.ſen-
tẽtia tranſit.d.And.ſicu.in repe.rubricę.C.qui admit-
ti.in.vi.col.vbi refert ſe aliãs ita conſuluiſſe.& alle-
gat Pan.in repe.c.eccleſia ſanctę Marię.de conſtit.&
Saly.in auc.caſſa.de ſacroſan.ec.Sequitur do.Lau.in
repe.§.ceterũm.in.xviij.col.inſti.de legiti.agna.ſuc.&
do.Fely.in.c.eccleſia ſanctę Marię.in.xxxij.colũ.in
vij.q.& hęc opi.eſt communis prout etiã dicit Soci.
conſi.ccxli.inci.circa.i.col.i.volu.vbi multa hic rela
ta allegat & quædam alia,quæ opi.procedit niſi ſpecia
liter loqueretur de clericis,quia non valeret,per tex.in
d.c.eccleſia ſanctę Marię.Nam debet ad hoc vt va-
leat ſimpliciter loqui & per verba apta comprehende-
re clericos.Nec eſt mirum ſecundum Bal.in.d.conſil.
xxx.ſi conferantur pręmia his quibus grauamina infer
ri nequeunt per nota.in.l.quotiens.C.vbi ſena.vel cla
173 riſ.& in.l.nemo qui condemnare.ff.de eeg.iue.& † li
cet clerici non ſupportent onera tamen gaudent bene-
ficijs ſtatutorum,quia ſufficit q ſubeãt onera ſpiritua
lia vt dixit Pau.de ca.conſi.ccxcvi.inci.ad primũ di-
cendum.in volu.antiquorum conſiliorũ ſecundũ pri
mam ſtampam quẽ refert do.Fely.in.d.c.eccleſia ſan
ctę Marię.in.xxxiij.col.in fi.in.viij.q.facit quod dixit
Bart.de epiſcopo.in.l.ij.in fi.ff.de his qui ſunt ſui vel
alie.iue.& ab hac opi.non eſt recedendum,q̃uis ali-
qui doc.contrarium voluerint,ſcilicet.Pet.de ancha.
in repe.c.canonum ſtatuta.in.xxxvij.col.ver.hic etiã
quæro de conſtitu.& Matheſi.in notabi.cxiij.inci.no
ta vnam lucroſam,per tex.in.d.c.eccleſia ſanctę Ma-
rię.& in.c.bene quidem.xcvi.di.& per regulam poſi-
tam in.c.fi.de ſol.quam etiam firmat Imo.in.d.c.quæ
174 in eccleſiarũ.ſcilicet q † clerci non poſſint vti ſtatutis
editis per laicos etiam ſi eis ſint multũ fauorabilia niſi
ſint appeobata per papam quod dicit Mathe.procede
re nedum in foeo eccleſiaſtico ſed ſeculari & etiã in ter
ris eccleſię vt eſt Bononię.In qua opinione ſub dubio
tamen fuit etiam quidam doctoe in conſi.cclxxii.inci.
inaduertentia ſtatuentium.in fi.inſerto inter cõſilia An
ge.motus quia ratio ſtatuti quæ fuit perpetuatis,&
conſeruationis generis maſculini & agnatorũ ceſſat in
clerico presbytero ſeu ad ſacros ordines pmoto.Quã
opi.etiam tenet & nititur.defendere.d.And.ſic.in.d.c.
quod clericis.in.xxvij.colũ.pro quo poſſent adduci
plura fundamenta relata per Lappum in alleg.præalle.
quibus patet reſponſum ex prædictis reaſſumptis ſi-
mul hic reſponſibus Lappi,præter illam in qua dicit
aliã rõnem non poſſe dari in talibus ſtatutis niſi per-
ſuaſiuam,quia ad hoc ſolutio patet ex his quæ dixi.§.
in.iij.artic.q.i. Et prædicta peocedunt in clericis capa
cibus ſucceſſionis.Nã pèe non capaces vt ſunt fratres
minores cle.exiui de paradiſo.de verb.ſigni.fœminæ
non excluduntur vt dixi.§.e.arti.q.v. Et an clerici in
minoribus conſtituti ligentur ſtatutis laicorum.Alex.
conſi.ccx.inci.ponderatis.ii.volu.& dominus Nata
in propoſito in trac.quem fecit in hac materia.iii.par
te.xvi.q.& Felyn.in.c.eccleſia ſanctę Marię.penulti.
charta.ver.quarto ſcias.de conſtitu.Et in hac materia
poſuit vnam notabilem limitationem Corneus conſil.
lxi.inci.licet.ii.col.iiij.volu.q ſi adſit in volumi.ſta-
tutorum q qui non ſuſtinent onera communis non
175 gaudeant beneficijs ſtatutorum † agnatus qui ex forma
ſtatuti excludit,fœminam,illam nõ excludet ſi ſit cle
ricus qui onera non ſuſtinet vt ibi latius per eum,quod
dictum alibi deo dante tangam.

176 DVODECIMO † videndum eſſet an propter
agnatum forenſem fœmina excludatur,de quo dixi.
§.in.vi.arti.prin.in.i.membro in.q.i. Et ibi circa
fin.apparet an excludatue per originarium,vel eum
q aliquando habuit domicilium in loco ſtatuti & po
ſtea illud mutauit vel per eum qui habet plura domici
lia. Item videndum eſſet an per agnatum iudeũ vel
infidelem & hereticum & an per agnatum vſurarium
de quibus dixi.§.in prædicto.vi.arti.prin.in.i.mẽbro
ii.&.iii.q.& in.viii.artic.princi.

Decimotertio

177 DECIMOTERTIO quæro † an ſtante ſta-
tuto ꝙ exiſtentibus maſculis fœminę non ſuccedant,
ſit locus ſtatuto ſi vnus tantùm adeſt maſculus, atten
to ꝙ verba ſtatuti loquũtur pluraliter. & de pluribus
maſculis. Bal. in. l. i. in. ij. colum. C. de cõdi. inſer. per
illum tex. dixit ꝙ ſic motus quia naturalis ratio atten-
ditur potiuſq̃ pluralis locutio. Et quia pluralis nume
rus reſoluitur in ſingularitates, id eſt in clauſulas ſepa-
ratas abſq; modo coniunctionis. l. falſa §. fi. cum con
cor. ibi traditis. ff. de condi. & demonſtra. Facit in pro
poſito. l. iubemus. §. ſinautem. ff. ad trebel. & l. cũ vxo
ri. C. quando di. lega. ced. & l. non eſt ſine liberis. ff. de
ver. ſigni. & quod no. in cle. pleriſq; de ele. Facit quia
178 † quod de pluribus dicitur de vno tantũ eſt dicendum
l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. l. prætor ait. §.
homines. ff. vi bo. rap. l. iij. § negocia. ff. de neg. geſt. &
econtra. l. i. §. quamuis. ff. de aſsig. liber. l. i. § item hoc
edictum. ff. quod fal. tut. aut. cum ſimi. Et hanc opin.
ſequitur do. And. ſicu. in repe. c. Raynaldus. in. xxxi.
col. verſi. & pondera. de teſta. habens hanc deciſionem
pro mirabili, attento ꝙ tale ſtatutum eſt exorbitans &
concipit verba in plurali numero, quia videretur non
debere vltra illum caſum extendi. l. ſi ſeruum. § non di-
xit prætor. de acquiren. hære. cui fundamento reſpon-
detur ꝙ naturalis ratio quæ preponderat hoc operatur
Et propterea dicebat Bald. in. d. l. i. C. de conditio. in-
ſer. ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ vir lucretur dotem vxore præde-
cedẽte ſine filijs, ſi vxor p̃decedat cũ vno tãtũ filio ma
179 ritus dotẽ nõ lucrabitur, mouetur etiam quia † dictio
ſine & dictio abſq; requirunt omnimodam carentiam
180 ſecundum Butri. in. d. l. i. hinc dicimus ꝙ † ſi ſtatutũ
apponat penam producenti falſos teſtes, ſi vnus pro-
ducat vnum tãtũ falſum teſtẽ nihilominus hẽbit locũ
ſtatutum. d. l. iij. §. i. ff. de nego. geſt. vbi Iac. bu. Bar. &
alij. & Bar. in. l. prętor ait. ff. vi bo. rap. & in. l. ſtichus
qui. ff. de lega. i. facit tex. in. c. ij. requiris. de app. vbi
tex. loquitur de arbitris eligendis. & glo. illum tex. ex-
ponit in arbitro in ſingulari, cum qua glo. trãſeunt ibi
doc. Facit ad idem tex. cum glo. in. l. accepta. eo. titul.
tex. in. c. prudentia. §. adijcimus. de offi. deleg. & quod
voluit Bal. in. c. mandatum. de reſcrip. & quod habet
in. c. quotiens. maximè per Pa. de teſti. per Archid. in
ſuis reportatis in. c. accepimus. de ætа. & quali. quẽ re
fert Gemi. in. c. quamuis. de prẽb. in. vi. & quod vo-
luit Pet. de anch. in. c. relatum. vbi de materia per. d.
an. ſicu. de teſta. Et iuxta prædicta dixit Cor. conſi.
181 cxvi. inci. difficultas. iij. col. ſecundo volu. † ſtatutũ
excludens filiam dotatam ſtantibus ſororibus & nepti
bus non dotatis, non exigit ꝙ adſint ſorores & neptes
ſimul non dotatę ſed ſufficit ꝙ altera ex eis adſit per iu
ra per eum Allegata. Hinc ſecundum Bal. in. l. i. in. ij.
col. C. de priuile. dot. emphiteoſis conceſſa pro mari-
to vxore & eorum liberis, intelligitur etiam pro libe-
ris non communibus ſeu alterius eorum. Ad prædi
cta facit quod not. Anto. de but. in. c. fi. in quarto mẽ-
bro ver. fallit nono. de conſue. & prædictam conclu-
ſionem ſequitur dominus Felyn. poſt multa ſimilia in
c. omnes leges. in. ij. colum. prima diſtin. referens. Ma
ria. in. c. ſuper eo. in. xxij. colum. de condi. appoſi. qui
dicit ſe vidiſſe conſultum in contrarium, ſcilicet quòd
vnus maſculus fœminam non excludat, propterea
quia cum ſtatutum loquatur in plurali & ſit correcto-
rium odioſum ieratiõabile & accuſatorium naturę iu
xta. l. maximum viuũ. C. de libe. prętę. debet ſtrictius
intelligi. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. ma. Et quia iſte ca-
ſus de vno maſculo eſt à ſtatuto omiſſus, relinq debet
diſpoſitiõi iuris cõmunis. c. ſuſceptũ. de reſcri. l. ſi ex-
traneus. ff. de cõdi. ob cau. l. ſi cũ dotem in prin. ff. ſo-
mat. Nec obſtat ſecundum illum conſultorem. l. i. C.
de condi. inſer. & d. l. non eſt ſine liberis. ff. de verbo.
ſignifi. quia loquuntur de verbo liberorum quod non
habet ſingulare. Et hanc rationem ſecundum eum aſsi-
gnat. d. l. non eſt ſine liberis. ſed verbum filius decli-
natur tam in ſingulari q̃ in plurali ſecundum eandem
ſignificationem. ſed. do. Maria. ſecũdum ꝙ refert do.
Fel. dicit ꝙ vidit ſeruari cõtrarium & ꝙ noluit ſe ſub-
ſcribere illi conſilio. Et iſta reſponſio ſecundum veri-
tatem non ſatisfacit ad communem rõnem traditã in
182 d. l. i. C. de condi. inſer. & confunditur quia † par eſt
ratio excluſionis fœminæ, ſiue vnus tantùm ſit maſcu
lus ſiue plures, quo caſu ſit extenſio etiam in correcto-
rijs. l. his ſolis. C. de reuo. dona. & latè dixi. in. iij. arti.
prin. Item poſſet contra prædictam concluſio. oppo
ni de eo quod dixit Bal. in. c. i. circa fi. de duobus fra. à
183 capi. inue. vbi dicit ꝙ † ſtatutum ꝙ frater ſuccedat fra-
tri carenti filio & filia non habet locum ſi frater defun
ctus careat altero tantùm, ſed ibi hoc ideo eſt propter
copulam quæ requirit carentiam vtriuſq; extremi, vt
ibi per eum. Poſſet etiam contra prædictam conclu-
ſionem adduci quod dixit Io. an. in addi. Spec. in titu.
de teſta. in. § i. in additio. viti. in. iiij. q. vbi dixit quòd
184 † ſi teſtator habens vxorem prægnantem, ſic dicat ſi
naſcantur poſthumi mares tamàm vnus vel plures il
los vniuerſales mihi hæredes inſtituo, & ſi cum vno
vel pluribus naſcatur fœmina iuſsit illã in certa quã
titate dotari, ſubſtituendo poſthumos ſuperuiuentes
vnũ vel plures morĩtibus in pupillari ætate vel aliàs
ſine liberis, & ſi omnes morerentur ſubſtituit. a. & b.
ſorores ſuas æqulb portionibus, & contingat mortuo
teſtatore naſci poſthumum qui moriatur in pupillari
ætate matre ſuperſtite, nõ excludi matrem propter ſub
ſtitutionem amitarũ, quæ fuit concepta in caſum plu-
rium poſthumorum, quoniam vbi vnus tantùm na-
tus fuit poſthumus, eſt caſus omiſſus qui debet habe
ri pro omiſſo. l. commodiſsimè. ff. de liber. & poſth.
Facit. d. c. ſuſceptum cum concord. ibi aſsignatis ſu-
per glo. quinta de reſ. quæ omnia probant omiſſum de
bere haberi pro omiſſo, licet eadem verſetur æquitas
in omiſſo quæ in expreſſo. quod fortius procedere di-
cit Ioan. and. vbi in extendendo verſatur odium, ſi-
cut quando mater excluditur a luctuoſa filij hæredita
te contra. l. fi. C. de condi. inſti. & l. i. §. ſed & ſi incer-
tum. ff. de ven. in poſ. mit. Et ita dicit fuiſſe iudicatum
ſed ad hoc patet reſponſio ex dictis ibi per Ioan. and.
dum vult ꝙ illa pluralitas non reſoluatur in ſingula
ritates nec verificẽtur in ſingulari, propterea, quia in
pręmiſſo caſu erat dictio vniuerſalis & collectiua om
nes quæ ex propria ſignificatione in vno intelligi, &
ſeruari non poſſet, & non admittit reſolutionem in ſin
gularitates, vt probat. l. cum ita, aliàs incipit legato-
rum. §. eum qui cum ibi notatis. ff. de leg. ij. Item põt
reſponderi ꝙ æquitas ne mater excluderetur à luctuo-
ſa filij hæreditate hoc ſuadet iuxta dictã. l. fin. cum ibi
traditis. Dixit tamen Corneus conſi. t. iij. col. ij. vo
185 lu. † ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ aſcendentes per lineam maſculi-
nam vna cum fratribus vtrinq; coniunctis ſuccedant
defuncto, ſi adſit ſolus pater cum ſorore defuncti, ſo-
ror per patrem non excludetur, quia eſt caſus à ſtatu-
to omiſſus, quod dictum habeo pro dubio. Sed qd
ecõtra ſi ſtatutum excludat filiam extãte maſculo, an
hẽbit locũ ſi plures adſint maſculi dicendũ eſt ꝙ ſic per
prędicta & per ea q̃ no. Bar. in. d. c. fi. in. iij. membro
in. d. ver. fallit nono de cõſue. Facit ꝙ dixit Bal. in. c.
quęſtioni de app. ꝙ ſi ſtatutum puniat detinentẽ vxo-

rem alterius per vnum menſem habeat locum in deti-
186 nente per duos menſes.†Et ex prædictis patet ꝙ ſi ſta-
tutum excludat fœminam propter maſculos ſibi lo-
cum vendicabit etiam contra plures fœminas, & ecõ
tra, vt dixi in.vi.artic. principa.in tertio membro.in
vi.q. Ad prædicta facit quod dixit domi. Baptiſt.
de ſancto Blaſio in repe.rubricę decreti.xi.car.ꝙ ſtan
te ſtatu.vt de omni pace vel concordia ſoluãtur gnq
habeat locum ſtatutum ſi quis fecerit plures concor-
dias. Non ſic eſt in ſubſtitutione facta vni, quia non
refertur ad plures, vt per Fran.de are.conſi.clvi.i.&
ij.col. Cæterum in pręſenti materia Maria.in conſi.
187 xlij.incip.viſa prouiſione ante fin. † Ponit tres ca-
ſus in quibus pluralitas ſolet in ſingularitates reſolui,
quos quiſq; videre poteſt qui ſunt notabiles.

188 DECIMOQVARTO quæro †an ſtatutum
excluſiuum fœminarũ propter agnatos ſeu maſculos
intelligatur tantûm eas excludere propter eos qui ſunt
in pari gradu, non autem propter exiſtentes in vlterio
ri gradu. Pau. de caſt.in conſilio.cccxlvi.inci. caſus
præſens in vltima col. verſic. cogitaui &c.in volumi
ne antiquorum cõſiliorum ſecundum primam impreſ
ſionem & in conſi.xxviij.incip.in puncto ſupraſcri-
pto eod.volumi.ſecundum vltimam impreſſionem,
tenuit ꝙ non excludatur propter exiſtentes in vlterio-
re gradu. Sequitur Alex.in.l.ſi dotali.in fin.commẽ.
189 ff.ſolu.mat.Mouetur quia †nõ eſt veriſimile ſtatuen-
tes voluiſſe vlteriorem agnatũ pręferre fœminę exiſtẽ-
ti in priore gradu. Et Modernus bononien.in tractatu
dotium vltima parte. in.xlvij.q. incip.ſtante ſtatuto
ꝙ ſtantibus maſculis &c. Refert Fulgo. Roma. &
Pet.de ancha.conſuluiſſe pro hac parte, quorum con
ſilia non inueni. Et ita etiam tranſit Corneus conſi.
cxxv.incip.aliàs ſecunda colum. quarto volumine.
190 Dicens ꝙ † ſi ſtatutum excludit fœminam propter eũ
qui de iure communi ſuccedere poteſt, intelligitur de
eo qui eſt in pari gradu non remotiore, ita ꝙ filia per
filium ſoror per fratrem, nõ autem per patruum exclu
datur ad quod facit quod conſuluit ipſe Corneus con
ſi.cxix.i.col.primo volu.incipien.placet. ꝙ † filia do
191 tata excluſa ne ſuccedat in bonis dotantis cum fratri-
bus & alijs hæredibus, debet intelligi de alijs cum qui
bus poſſet ipſa dotata concurrere propter verbũ alijs
& non de his quibus pręfertur. Sed contrarium te-
nuerunt plurimi Doc.volentes prætextu talium ſtatu-
torum excludi filiam propter nepotem ex filio. Et ita
voluit Fulgo.in conſi.lxxviij.incipi.ſuppoſito ſtatu
to, & Paul.de ca.in conſi.clxxi.incipien.præſens ca-
ſus in volumine antiquorum conſiliorum ſecundum
primam impreſſionem, & Roma.in conſi.xlij. incip.
quatuor ſunt cum concordan.allegatis per Alexan.
in cõſi.xcvij.inci.viſo themate, maximè in vlt.col.ſe
cũdo vol.& per me.ĩ.xvi.q.Et hanc contrariam opi-
nionem dicit veriorem Moder.bononiẽ.in loco pręe-
allegato.Dicens ita fuiſſe iudicatum Mantuę de anno.
192 M.cccclxi.pro qua opinione facit, quia† ratio ſtatuti
& fauor maſculorum ita militat in vlterioribus in gra
du ſicut in exiſtentibus in pari gradu.Et ita etiam ſen-
tit Fulgo.in conſi.incipien.tenor conſuetudinis ciuita
tis Alexandrię inſerto inter conſilia domini Franciſci
193 curtij numero.xxxiij. Vbi voluit † ſtante conſuetu-
dine ſcripta ciuitatis Alexandrię, ꝙ ſi pater dotauerit
filiam vel frater ſororem ſit contenta dote pro paterna
& fraterna ſubſtantia, niſi pater vel frater aliquid reli-
querit, nec amplius requirat à patre vel à fratre vel filijs
fratrum, ꝙ ſoror dotata à fratre excludetur à fraterna
ſucceſſione, non tantùm ſi adſint fratres ſuperſtites vel
filij fraterni, ſed etiam per patruum & vlteriorẽ agna
tum.pondera ratione ſtatuti, quod maximè ſm eum
procedit ſtante ibi alia cõſuetudine ſcripta ꝙ deceden
ti ab inteſtato agnati præferantur cognatis. Concludẽ
do breuibus veritas huius quæſtionis dependet, ex his
quę dicam.ĩ.in.xvi.q.huius arti.& in decimaſeptima
& omnino videantur quæ dicam.ĩ.eo.in.xx.q. Et
pręſuppoſita pro vera vltima opinione eſt limitanda
ſecundum Pau.de ca.in conſilio.xcvij.incipien.pro-
ponitur in caſtro.in volumine antiquorum conſiliorũ
194 ſecundum primam impreſſionem, vt †non procedat
ſi ſtatutũ diceret ꝙ filia nupta ſeu dotata non ſuccedat
patri exiſtente maſculo hærede, quia tunc intelligere-
tur de maſculo eiuſdem gradus verè, vt quia ſit frater
eius vel per iuris interpretationem, vt quia ſit filius fra
tris qui de iure cõmuni patris ſui locum ſubintrat iu-
xta.§ poſthumorum inſti. de exhære.libe. & .l.gallus in
princip. & per diſcurſum.ff.de liber.& poſthu.&.l.
poſthumorum.ff.de iniuſt.rup.&.l.cum filius.inſti.
de hære.quæ ab inte.defe.& auc.ceſſante, & auct.poſt
fratres.C.de legi.hę.Mouetur quia aliàs ſequeretur ꝙ
agnatus decimi gradus cui parum debita eſt hæredi-
tas excluderet filiam, cui eſt multum debita.l.ſcripto.
ff.vnde libe.&.l.cum ratio.ff.de bo.damna.quod eſ-
ſet inconueniens argu.l.ex facto.§.fin.cum ibi notatis.
ff.ad trebel.Et hanc limitationem ſequitur Modernus
ſenen.in.d.l.gallus.§. etiam in.iiij.colum.verſi.tertio
limita.ff.de liber.& poſthu. Sed cum ſupportatione
militat ratio ſtatuti in caſu huius limitatiõis ſiue in vl
timo agnato ſicut aliàs, vnde credo hanc limitationẽ
ſaluari vt agnatus collateralis vlterior non excludat,
195 †propterea quia illa verba maſculis hæredibus conue-
niunt deſcendentibus tantùm, non autem collatera-
libus ſecundum magis communem opinionem, vt per
Bal.in.c.i.quali.olim feu.pote.alie.& in.d.l.gallus.§.
etiam vbi latè Alex.& Franc.de are.ac ſcribentes cum
concor.ibi allegatis.Et ita rectè intuenti ſentit Pau.de
de caſt.in.d.conſi.xcviij.

196 DECIMOQVINTO quæro † an ſi ſtatutũ
excludat fœminas propter maſculos de aliqua linea,
intelligatur etiam excludere propter maſculos de alia
linea, putà ſi ſtatutum excludat matrem propter ſuper
exiſtentiam maſculorum collateraliũ, an auus pater-
nus etiam excludat illam.Et quidem dicẽdum videtur
ꝙ ſi agnatus collateralis remotioris gradus põt exclu
dere talem fœminã, multo magis poterit excludere ma-
ſculus aſcendens de linea aſcendentium proximior, ne
deterioris ſit conditionis proximior ꝙ̃ remotior. Ita
dixit Roma.in conſil.incip.viſa municipali in vltima
colum.verſic.octauo &c.argu.l.ſi viua matre.C.de
bo.mater. Facit quod notat Bald.in.l.venia.C.de in
ius vocan.& in.l.ſi vero §.de viro.ff.ſol.ma.& in.l.
quod vero.ff.de legi.& Ioan.an.in addi.ſpecu.ſuper
rubrica de ſucceſ.ab inteſta.cum concor.allegatis.ſ.in
vi.articu.princ.tertio membro.in.i.ſeu.ij. Dum ibi
197 dicunt ꝙ † ſtatutum excludens filiam fœminam pro-
pter maſculos, videtur etiam excludere neptem ex filia
tanquam remotiorem.Facit quod dixit Barto.in.l.ij.
198 §.videndum.ff.ad tertul.Dum voluit † ſtatutum ex-
cludens matrem fauore agnatorum videri etiam exclu
dere auiam maternã tanquam remotiorem.Ergo idem
debet eſſe in propoſito, maximè quia ſaltem ex parte
maſculorum hoc ſtatutum reputatur fauorabile, & eſt
ampliandum, vt traditur in.l.venia.C.de in ius vo-
can.De quo dixi latè in quarto articulo principa. Et
hanc opinionem ſequitur Pau.de ca.in conſi.cccxlvi.
inci.pręſens caſus in volumine antiquorum conſilio-

rum

rum ſecundum primam impreſsionem vbi loquitur
in propoſito illiuſmet ſtatuti in quo cõſuluit Roma.
& mouetur eamet ratione dicens hoc verum eſſe quã-
do ille collateralis qui eſt expreſſus in ſtatuto non pt
venire ad ſucceſsionem niſi pp ſuperexiſtentiam & cõ
iunctionem talis aſcendentis, vt eſt patruus magnus
qui non niſi per coniunctionem aui paterni ac eius per
ſonam poteſt venire ad ſucceſsionẽ nepotis, quia niſi
auus generaſſet filium ex quo natus eſſet talis nepos,
patruus magnus ad eius ſucceſsionẽ nõ admitteretur,
& quia omne ius debet eſſe potẽtius in cauſa ꝙ in cau
ſato. l. digna vox. C. de legib. & auus vt dixi eſt cauſa
per quam patruus contingit & excludit fœminam. Fa
cit etiam regula ſi vinco vincentem te, ergo multo ma
gis vinco te. l. de acceſsiõibus. ff. de diuer. & tẽp. prę
ſcrip. & c. auctoritate de cõceſ. pręb. Et late dixi. ſ. in
199 vi. arti. prin. † vnde cum ſtatutum per collaterales ex-
cludat fœminam, & tunc comprehendatur patruus
magnus, multo magis comprehendetur auus paternus
vt matrẽ excludat, & ſi vellemus arguere de fratre de-
functi ad auuũ quaſi maior ſit ratio in auo, dicit Pau.
de caſtr. in conſilio pręallegato. hoc verum non eſſe
quia frater vtrinq; coniunctus bene excludit auum
ſed non matrem, vnde ſecundum eum melius eſt argue
re de remotiore. ad illud de maioritate rationis. Reſpõ
det Pau. de caſt. ꝙ quia ſumus in correctorijs non fit
extenſio ex identitate vel maioritate ratiõis. l. illud, &
auc. quas actiones cum ibi traditis. C. de ſac. ſanc. eccl.
Et prædictam concluſionẽ dicit Pau. de ca. procedere
etiam ſi adeſſet aliud ſtatutum mandans verba ſtatuto-
rum intelligi ad literam, de quo late dixi. ſ. in. v. artic.
princ. in. xxvij. q. Et cum hac ſententia tranſit domi.
Lau. in repe. §. cæterũm. in. xxviij. col. cum ſeq. inſti. de
legi. agna. ſucce. Vbi refert & ſequitur prædictum cõ-
ſilium Pau. de caſt. Et pro prædicta opi. in terminis prę-
dicti ſtatuti Senarum conſuluerunt Roma. & Pau. de
ca. vt concipere poſſum, & conſuluit Panor. in cõſi.
200 lxxv. incip. primo eſt videndum. i. volu. Dicens † nõ
eſſe veriſimile ſtatuentes voluiſſe fœminas excludi per
collaterales & non per aſcendentes, qui poſſent ſi-
mul ſuccedere vel qui eas excluderent de iure commu-
ni. Mouetur etiam ex ratione ſtatuti quæ eſt in conſer-
uanda agnatione quæ militat in aſcendentibus de linea
paterna, ſed ſecundum veritatem in ſtatuto excludente
matrem non cadit talis ratio vt dixi. ſ. in. iij. arti. prin.
Et in hac. q. puto tranſeundũ cum ſentẽtia Pau. de ca.
in conſi. præallegato ad vnguem & cum ſua declara-
tione, per ea, quæ dicta ſunt. ſ. in. vi. articul. princip.
in. iij. membro, maxime in. i. q. & in. ij. membro, & la
tius prædictorum veritas innoteſcet ex dicendis in ſe-
quen. q. Et prædicta procedunt etiam ſi illi de linea
non expreſsi æquiparentur à iure expreſsis, putà ſi ius
ſororis qui non eſt agnatus. l. ij. §. i. ff. de ſuis & leg. &
§. i. Inſti. de legi. agna. ſuc. Nam vt dicitur in. l. memi-
nimus. & in. l. lege. xij. tabu. C. de legi. hære. ꝙ cenſe-
201 tur agnatus, & habet iura agnatorum. † vnde ſi extet
ſtatutum ꝙ agnati à ſucceſsione matrem excludant nõ
per hoc filius ſororis matrem excludet, vt per Bald. in
d. l. meminimus. & Pau. de caſt. in. d. l. lege. xij. tabu.
& in. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. & in. l.
in ambigua. ff. de legi. & do. Iaſ. in repe. l. omnes po-
puli in fi. commen. ff. de iuſti. & iur. Sed poteſt etiam
dici ꝙ in his ceſſat ratio ſtatuti per ea quę dicta ſunt ſu-
prà in. ix. quæſtione.
202 DECIMOSEXTO generaliter quęro, † an ſta
tutum excludens fœminas per vnam perſonam traha-
tur ad aliam. In hac. q. facio tres caſus, nam quãdoq;
perſona non expreſſa in ſtatuto venit mediante expreſ-
ſa, & quæ fœminę pręfertur expreſsę, vt quia ſtatutũ
dicat ꝙ filia fœmina propter filios vel fratres maſcu-
los excludatur, & præmortuo filio maſculo cõtingat
ſupereſſe filium maſculum natum ex eo, de quo dubite
tur an excludat amitã. & eo caſu. Et in hoc exẽplo ſe-
cundum Bal. in. l. venia in fi. commen. C. de in ius vo
can. quem ibi ſequuntur Saly. Pau. de ca. Alexan. &
ſcribentes poſt eum talis filius vel nepos excludet ami
tam. Mouentur ex lata verborum ſignificatione iuxta.
l. liberorum. ff. de verb. ſigni. & l. lutius. ff. de hære.
inſti. Quam opi. ante eos tenuit Barto. in. d. l. liberorũ
in. v. col. cum ſeq. poſt Iac. de are. in quadam diſputa-
tione, vbi Bart. impugnat rationem prædictã. Et mo-
203 uetur per alias rationes. ſ. † quia beneficium datum
filio porrigitͬ ad nepotes ex eo ex diſpoſitione iuris cõ
munis iuxta. l. milites, & l. a diuo Marcho. C. de quę
ſtioni. & l. decurionum. ff. de pœnis, & l. emancipa-
tum. ff. de ſena. & l. i. C. de priuile. dot. Item quia ne-
pos ex filio ſublato filio de medio incipit locum filij te
nere. §. cum filius. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. & §.
204 poſthumorum. inſti. de exhære. li. cum ſimi. † Vnde ſi
cut filius excluderet ſororem ſuam, ita debet illam ex-
cludere filius ex eo. Facit quia ſubrogatum ſapit natu
rã eius in cuius ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
ff. ſi quis cau. l. i. §. hoc. ff. ſi quis teſta. li. eſ. ius fue. Fa-
cit quia ſtatuta bene recipiunt interpretationẽ extenſiuã
paſsiuè. l. i. ff. ad muni. l. i. §. i. ff. ad leg. fal. Et notanter
per Bar. in. l. omnes populi. in. vi. q. prin. ff. de iuſt. &
iure. Item pro hoc adducebat Iaco. de are. in diſputa-
tione. ſ. alleg. Rõnem ſtatuti quę ita bene militat in ne
pote ex filio, ſicut in filio licet hoc fundamentum non
placeat Bar. & male, vt dixi. in. iij. art. prin. eandẽ opi.
tenuit Io. an. in addi. ſpe. in rubri. de ſucceſ. ab inteſt.
& Bal. in. l. ſcimus. C. de inoff. teſta. & in. l. maximum
vitium. C. de lib. pręte. Vbi late examinat hũc paſſum
& Pau. de caſt. in. l. ſi vero §. de viro. ff. ſolu. mat. Mo
tus ex ratione ſtatuti, & in. d. l. maximum vitium, &
in conſi. clxxi. incip. pręſens caſus. & in conſi. cccxxx-
viij. aliàs. cccxlvi. incip. etiam pręſens caſus in volu-
mine antiquorum conſiliorum ſecundum primam im
preſsionem. & Fulgo. in. l. de quibus, quem ibi ſequi-
tur do. pręceptor meus in. xxvi. col. ff. de legi. & idem
Fulgo. in conſi. lxxviij. inci. ſuppoſito ſtatuto, & An
ge. in conſi. xxvij. & Pet. de ancha. in repe. c. canonum
ſtatuta in. xxix. col. verſi. tertio principaliter. & in pe-
nul. & vltima col. de conſtitu. & in clemẽ. i. de baptiſ.
Panor. in conſi. lxxv. incip. primo eſt videndum. i. vo
lu. Ale. in. d. l. maximũ vitium in. ij. col. in fi. cum ſeq.
& in. d. l. venia, & aliquid in. l. illam. C. de colla. Et
do. Iaſ. in. l. i. §. hoc autem. ij. lec. ij. col. ff. ad trebel. &
Ange. are. in. § i. co. fi. inſti. de iu. na. gẽ. & Cy. & Lau.
de fano. & in repe. §. cæterũ. in. iiij. col. inſti. de legi. agn.
ſucceſ. & do. prępoſitus in arbore cõſanguinitatis po
ſito poſt. c. fi. de conſangui. & affini. in. xiiij. col. cum
ſequen. cum concor. per eum allegatis. Et hæc opinio
in tali nepote ex filio eſt communis & tenenda quam
uis aliter ſenſerit Bal. in. l. ſed & milites in princ. ff. de
excuſa. tuto. & in. l. gallus. §. inſtituens in fi. commen.
ff. de lib. & poſthu. Et expreſsius in. d. §. de viro. & Ale
xan. in conſil. ciij. incip. conſideratis verbis vltima
col. ij. volumi. & Barba. in conſi. xxxix. incipien. hac
295 dubitatione in. iij. col. ij. volumi. Ex eo. quia † filij ap-
pellatione propriè nepos non continetur, & quia non
eſt facienda extenſio de perſona ad perſonam. Sed ex
prędictis & notatis per Bar. in. d. l. liberorum apparet
ſolutio ad hæc fundamenta. Quamuis Imo. in. d. §. de

viro.in vlti.col.quærat ſaluare Bal.cũ quadam diſtin
ctione.ſ.ꝙ aut ratio eſt expreſſa in ſtatuto,& tunc ſi cõ
cernit perſonas ſolummodo filiorum,vt quia dicatur
volentes fauere filijs maſculis primi gradus,nepos ex
filio fœminam non excludet,arg.l.iubemus.C.ad tre
bel.ſi verò dicatur in ſtatuto volentes fauere agnationi
maſculorum,tunc vi rationis bene comprehendetur
nepos ad excluſionem fœminę,cum per rationem mẽa
diſponentis colligatur.l.i.C.quæ ſit lon.conſue.l.cũ
mulier.ff.ſolu.mat. Si autem nulla ſit expreſſa ratio,
tunc ſecundum Imol.quia ſumus in dubio, an ſtatu-
tum voluerit fauere agnato,an verò ſolis liberis pri-
mi gradus,& ſumus in materia correctoria iuris com
munis, Interpretandum eſt ſtatutũ,vt minus lędat ius
commune ꝗ̃ fieri poſsit.Et iccirco non comprehendit
nepotes.l.ij.C.de noxa.&.c.cum dilectus de conſuet.
Nam iſta conſideratio etiã confunditur p prædicta.
Et maximè quia ratio agnationis ſola reddi põt,& ha-
betur pro expreſſa vt in locis prædictis,& per domi-
num Preceptorem meum in.l.de quibus in.vi.colũ.
Et latè dixi.ſ.in.iij.arti.princip. Et prædictam con-
cluſionẽ quam dixi tenẽdã, limitat Bal.in.l.maximũ
vitium.procedere niſi tale ſtatutum ſit intelligendum
ſecundum vulgarem & expoſitiuam interpretationẽ,
vt quia ſtatutum expreſsè talem interpretationem pro-
hibeat,vel adſit tale ſtatutum generale diſponens ſta-
tuta debere ita intelligi,ſiue ad literam,qa nepos pro-
priè & ſecundum talem expoſitionem non dicitur fi-
lius,& tunc non attenditur ratio ſtatuti,quæ aliàs non
intelligeretur prohibita, niſi expreſsè prohiberetur in-
terpretatio ex identitate rationis inſurgens,cum non di
catur extenſiua ſed declaratiua & intellectiua , de qua
prohibitione & eius effectu latius dixi ſuprà in.v. ar-
206 ticu.in.xiij.q. †An autem quod concluſum eſt de
nepote ex filio,vt excludat amitam etiam procedat in
nepote ex fratre ſeu ex filio fratris,vt excludat amitam
207 vel ſororem patruelẽ.† Stante ſtatu.ꝙ extantibus fra
tribus ſorores non ſuccedant,per prædicta apparet ꝙ
ſic,& ꝙ per tale ſtatutum frater patruelis excludat ſo-
rorem patruelem,voluit Ioan.and.in addi.ſpecu.in
rubri.de ſuc.ab inteſt.i.col.verſi.eſt ſciendum poſt Ia-
co.de are.cũ quo tranſit Bal.in.l.ſcimus in fi.prin.C.
de inoff.teſta.& Ange.in conſi.cccxliij.incip. totum
dictum ſtatutum.Mouetur quia hi fratres appellantur
l.iuriſconſultus.§.cum autem.ff.de gradi.&.§.iiij.inſti.
eo.ti.&.l.ſi frater.C.qui teſta.face.poſ. Saltem largè,
vt probatur in.l.lutius.§.quæſitum.ff.de leg.iij.& ſic
verba ſtatuti conueniunt huic caſui.Item & mens quę
eſt vt agnatorum ſalua ſit dignitas,vt latè dixi.ſ.in.iij.
208 arti.princ.† Et ſtatutum exorbitans loquens in vno ca
ſu extenditur ad alium qui largè ſub lata ſignificatione
comprehenditur in expreſſo.l.filium habeo.ff.ad ma-
ce.l.ſenatuſconſulto.ff.de ritu nup.Notat glo.in.l.i.
§.miles in prin.ff.de re iudi.Cy.in.l.i.C.quæ ſit lõg.
conſue.Et But.in.c.fi.ff.de conſue.cum concor. tra-
ditis per Modernos in auc.quas actiones.C.de ſacro
ſanc.Et cum hac ſententia videtur tranſire Alexan.in
conſi.cciiij.incip.conſideratis verbis.in.ij.&.iij. col.
ſecundo volumine. Contrarium vero tenuit Bal.in
209 l.iubemus.§.fina.C.ad treb.ſcilicet ꝙ † ſtatutum prę
dictum intelligatur de fratribus primi gradus,vbi di-
cit ſe ita conſuluiſſe,& in.c.quæ in eccleſiarum in pe-
nul.colum.de conſti.Vbi reprehendit quendam ma-
gnum doctorem qui aliter conſuluit,& in.c.ij.in fi.de
feu.marchi.vbi etiam dicit ſe ita conſuluiſſe.Motus,
quia iſte eſt caſus omiſſus à ſtatuto,& per tex.in.d.c.
i.& per not.per Iaco.butri.in.l.i.C.de ſucceſ.edict.

210 Vbi vult † ſtatutum excludens matrẽ propter patruũ
defuncti non intelligi de patruo magno,de quo.ĩ.dicã
Idem volunt Roma.Alexan.& Moderni.in.l.i.C.de
ſuc.edi.Pet.de anch.in repe.c.canonũ ſtatuta in.lxxxij.
col.ver.dicto de filijs de cõſti.maximè qa verba ſunt
capienda in potiori ſignificatu,iuxta nota.per Dy.in
l.i.ff.de ver.ſigni.& quia communis vſus loquendi
211 ita ſe habet,& quia † ſtatutum eſt interpretandum ,vt
minus lędat ius commune ꝗ̃ fieri poſsit, idem conſu-
luit Roma.in conſi.xlij.incip.quatuor ſunt.ii.col. &
Alexan.in conſi.xcvij.inci.viſo themate.ij.vol.Vbi
loquitur in terminis ſtatuti Imole,& in.l.ſi dotali.ff.
ſol.mat.& dominus pręceptor meus in.d.l.i.C.de ſuc
ceſ.edic.& in.l.tres fratres in.iiij.co.ff.de pactis.Et mo
dernus bononien.in tractatu dotium vltima parte.q.
212 xxxviii.incip.ſtatuto cauetur ꝙ fratres, † & ꝙ maxi-
mè in ſtatutis appellatione fratris intelligamus de car-
nali & nõ conſobrino,voluit Ang.in.l.i.per gl.ibi.ff.
de inoff.teſta.& in auc.matri & auię.C.quando mul.
tu.offi.fun.poſ.& in conſi.cccxxi.inci.domi. Iorda-
nus & eſt generale in dubio in quauis materia,vt per
Bar.in.d.lutius.§.quæſitum,& Imol.& Pau.de ca.ac
Alex.in indiuiduo in.d.l.ſi dotali,& Ange.in.d.l.i.
& in locis.ſ.allegatis , & Bald.in.l.vxor.C.qui ac-
cu.non poſ.Et ideo conſuluit Bal.in conſi.xxx.incip.
pręſuppoſito ſtatuto in primo volu.ſecundum vltimã
213 impreſsionem,† ꝙ ſtatuto excludente filiam dotatam
propter fratrem defuncti,non ſuccedet filius fratris ſi-
mul cum patruo excludente,quod dictum non habeo
pro verò p ea q̃ dixi latè.ſ.in.vi.arti.prin.in tertio mẽ-
bro.in.iij.q.Quando concurrit pſona non excluſa à ſta
tuto.Pro concordia harum opi.dicebat dominus prę
ceptor meus in.d.l.i.in vlti.colum.C.de ſucceſ. edic.
214 ꝙ † qñ ſtatutum excludit fratres intelligitur et exclude
re patrueles ac remotiores.Et ita intelligit Io.an.in di-
cta rubrica de ſucceſ.ab inteſta.& Ange.in dicto conſi
lio.cccxliiii.cum concor.ſ.allegatis,Sed quando ad-
mittit fratrem,tunc intelligitur de fratre primi gradus
& ita intelligit notata per Bar.in.d.§.quæſitũ. Sed Ale
xan.in dicto conſi.xxiiii.Cum quo tranſit do.Cur.iu
nior conſil.v.xxi.colũ. Aliter ſaluat dictum Io.an.in
rubrica pręallegata volens ꝙ procedat quando frater
patruelis non tractat de excludendo illam perſonam
quã verus & proprius frater excludebat videlicet ami
tam patris ſui ſororem,ſed quærit excludere ſororem
patruelem. Et ita etiam ſentit in.d.l.ſi dotali , & hoc
ante voluit Roma.in.l.prima vlti.colum.C.de ſuc-
ceſ.edi. Mouentur quia non eſt par nec tãta ratio in ad
mittẽdo remotiorem ad excluſionem proximioris.Fa
cit quod etiam dicit Bal.in.l.quod vero circa fi.com-
men.ff.de legi.& Alexan.in conſi.xcvii.ſecundo vo
lumi.Alia concordia poſſet colligi ex notatis per Imo.
in.l.ſi vero.§.de viro in penult.& vlti.colum.ff.ſolu.
matri.ſed illam cõcordiam.ſ.reprobaui. Breuibus
communis opi.eſt ꝙ tale ſtatutum intelligatur de fratri
bus primi gradus ſecundum ꝙ intelligit ius commune
l.ii.C.de noxa.&.c.cum dilectus de conſue. Quã
opi.ſequitur Corneus conſilio.lvii.incipien.videtur
in fi.primo volu.& in conſi.clx.incipien.in conſiliis.
iii.colum.verſicul.& ſtatuta.ii.volumi.& conſilio.
clxix.incipien.multe in fi.iiii.volu.Et ita etiam late cõ
ſuluit Maria.conſi.xxx.incipien.quamuis.v.col.cum
215 ſequen.Dicens ꝙ † ſi filia dotata excludatur propter
fratrem filię vel patruum non excludetur propter filiũ
patrui videlicet fratrem patruelem.Et eſt regulare ꝙ qñ
ſtatutum excludit propter agnatos vel agnatas vſq; ad
quartum gradum , dum includit has perſonas , cæte-
ras

ras videtur excludere, vt per Corneum conſi.cxv.in-
cip.in hac.iij.col.ij.volu. Hinc dixit Soci.in conſil.
216 ix.incip.viſo.ij.volu.ꝙ † excluſa propter fratrem &
patruum, nõ excluditur propter filium patrui. Et ſi
dicatur ꝙ ſaltem ex vi rationis quæ verſatur in pręſer
uanda agnatione, debet intelligi etiam de fratribus &
ſororibus patruelibus cum habeatur talis ratio pro
expreſſa, vt dixi.§.in.iij.arti.princip. Reſpondetur ꝙ
aut pręſupponimus ꝙ intelligatur de filio fratris ad ex
cluſionem amitę, & tunc non trahitur ad eum ſtatutũ
nec ex verbis, quia reſpectu amitę, nullo modo eſt fra
ter, nec ex rõne, quia non eſt par vel tanta rõ in filio fra-
tris qui eſt remotior quæ eſt in fratre, vt dixi per ea quę
dicam in ſeq.caſu verſ.vbi autem, ſed quando agitur
de fratre patruele, vt excludat ſororem patruelẽ nõ po
teſt bona ſolutio accommodari iuxta ea quæ in ſimili.
dixi.§.in.vi.arti.prin.in tertio membro.in.iij.q.

SECVNDVS caſus eſt quando perſona expreſ
ſa in ſtatuto eſt iuncta per non expreſſam quæ vult fœ
217 minam excludere, vt quia † excludatur ſoror vel filia
extante patruo, & tunc multomagis excludetur extan-
te patre per quem patruus defuncto cõiungitur ſecun-
dum Pau.de ca.in conſi.cccxlvi.incip. caſus pręſens
in.iij.col.in fi.in volumine antiquorum conſiliorum
ſecundum primam impreſsionem, vel quia excluda-
tur propter filium fratris, nã multomagis excludetur
propter fratrem, vt dixit Pau.de caſt.in conſi.cccxli.
incip.hæreditas prædicta.eo.volu.poſt notata per Ia
co.de are.quẽ refert Io.an.in addi.ſpecu.§.allegata ru
brica de ſucceſ.ab inteſt. Dum volunt ꝙ ſtatutum lo-
quens de vna perſona extenditur ad aliam quæ venit
illa mediante. Et dixit Corneus cõſi.xcvij.inci.ꝙ ꝙ
218 colum.fi.v.vol. † ꝙ ſi filia excludit patrem auum &
proauum pariter excludat patruum vel fratrem qui nõ
attinent perſonę defunctę niſi mediante perſona patris
aui vel proaui. Et cum hac ſententia tranſit Soci.cõſi.
ix.incip.viſo.ij.volu. Facit quod notat Bald.in.l.
illam.C.de colla. Et dixi latè in.vi.art.prin.iij.mẽbro
i.ij.&.iij.q.quod maximè procedit quando ex larga
ſignificatione contineri poteſt perſona non expreſſa,
quia tunc licet arguere à maioritate vel paritate ratio-
nis, de quo dictũ fuit in pręcedenti mẽbro. Facit quod
dicam in ſeq. ſcilicet ꝙ ex identitate vel maioritate ra-
tionis in terminis ſtatuti noſtri licita ſit extenſio cum li
219 mitatiõibus quas ibi dicam. † Ex prædictis infertur
ꝙ ſi mater vel auia excludatur pp frẽm patruelẽ ſeu fi
liũ fratris, multomagis excludat propter ipſum patruũ
qui eſt cauſa coniunctionis ipſius fratris patruelis, vt
plenè conſuluit Corneus conſi.clxxxviij.incip.in pręſenti.ij.volu. Vbi idem dicit ſi ſtatutum excludat ma
trẽ propter fratrẽ patruelem, quia nihilominus patrue
lis excludet auiam que venit mediante matre.

TERTIVS caſus eſt quando perſona maſculi
non expreſſa in ſtatuto, de qua dubitatur an excludat
fœminam, non eſt cauſa coniunctionis expreſſę nec cõ
220 iuncta per illam, putà quia † ſtatutum excludat matrẽ
vel filiam vel ſororem propter patruum, & adſit fra-
ter germanus vel alia pſona proximior vel in pari gra
du ſuccedendi expreſsè, & in qua ſit tanta vel maior
ratio. In quo caſu Pau.de caſtr.in.l.illam.C.de coll.
quem ſequitur Alex.in conſi.xcvij.incip.viſo thema
te in vltima.col.in prin.ij.volumi.tenuerunt ꝙ mater
per fratrem germanum nõ excludatur, propterea quia
in correctorijs ex maioritate vel identitate rationis nõ
eſt licita extenſio.l.illud.&.d.auc.quas actiones cum
ibi traditis.C.de ſac.ſanc.eccle. Et ideo ſecundum eos
ſi talis frater ſit coniunctus ex latere patris tantùm de-
functo. mater ei pręfertur ex diſpoſitiõe iuris commu-
nis cum ceſſet ſtatutum auc. de functo. & in corpore
vnde ſumitur.C. ad tertullianum. Sed contrariam
partem puto veriorem, quia vt totiens dixi & latè con
cluſi.in.iij.arti.princip.ſecundum veriorem, & ma-
221 gis communem ſententiam † ratio pręſeruandę agna-
tionis habetur pro expreſſa in ſtatuto quo caſu bene eſt
licita extenſio, vt ibi dixi, & traditur in.l.quamuis.C.
de fideicom.Cy.& Ange.in.l.i.C.de adulte.Paul.de
ca.in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.matrimo. & per Bald.
in.l.maximum vitium.in.iiij.colum.C.de lib.pręte.
vbi dixit ꝙ tunc non dicitur fieri extẽſio ſed ſubeſſe in
terpretatio intellectiua ſeu declaratiua, notat Alexan.
in.l.ſi conſtante in princ.ij.col.ff.ſolu. matri.& do-
mi.præceptor meus.in.d.auc.quas actiones ꝙ maxi-
mè procedit, quia tale ſtatutum eſt fauorabile maximè
ex parte maſculorum, vt tradiť in.l.venia.C.de in ius
vocan. Et late dixi.§.in.iiij.arti.prin. Et conſequenter
eſt ampliandum vt in regula odioſa de reg.iu.& in.l.
cum quidam.ff.de libe.& poſthu. Faciunt etiam quæ
notat Pet.de ancha.in repe.c.canonum ſtatuta.in.xc.
colum.cum ſeq.de conſti. Et quæ dixi ſuprà in præce.
queſt. Et ita etiam tenet Corneus cõſil.cclxix. incip.
conſtat.ij.vel.iij.columna.iiij.volumi. Dicens quòd
222 † ſtatutum excludẽs matrem propter patruos & filios
patruorum, multomagis excludit propter fratres con
ſanguineos tantùm, & ꝙ excludens matrem & aſcen-
dentes per lineam maternam propter auiam maternam
multo magis excludit propter ſororem conſanguineã
223 tantùm. † Et prædicta ſunt intelligenda niſi perſonę
maſculorum eſſent limitatę, vt quia ſtatutum excludat
fœminas propter agnatos vſq; ad talem gradum, vel
propter fratres primi gradus, vel volendo fauere fratri
bus primi gradus, vel alio modo æquipollenter ſecun
dum Bal.in conſil.lxxxv.incip.ſtatuto ciuitatis Flo-
rentię.i.volu. ſecundum vltimam impreſsionem, &
in conſi.lxix.incip.Martinus ioannis inſerto inter con
ſilia Ange.& Imol.in.d.§.viro in penulti.colum. qui
in hoc bene dicit, quia tunc ex identitate rationis etiam
expreſsè non fieret extenſio ſecundum Bal.in.d.auct.
quas actiones in.ij.colum.poſt Guil.de cu.& Cy. Ita
intelligentes tex.in aucten.hæc conſtitu. Inno.quos ibi
ſequitur dominus præceptor meus in.vij.col. verſicu.
ſecundo limita. Facit.l.in agris.ff.de acqui.rer.domi.
ſcilicet ꝙ limitata cauſa limitatum debeat parere effe-
ctum. Idem eſſet ſi adeſſet dictio taxatiua tantùm ſecun
dum doc.in locis prædictis.& Salyc.in.l.illud.C.de
ſacroſan.ec. Vbi reſpondet ad gl.in.l.ob æs.C.de prę
224 di.min.quæ allegatur ꝙ † dictio taxatiua non ex-
cludit caſus ſimiles vel ſimilem rationem habentes. Itẽ
prædicta non procederent vbi ceſſaret talis ratio, vt quia
ageretur de ſucceſsione fœminæ, vt latè dixi ſuprà.in
iij.articu.princ.circa fin.quia tunc procederet regula
ꝙ in correctorijs ex identitate vel maioritate rationis
225 non fiat extenſio. † Vbi autem perſona agnati maſculi
non expreſſa quæ vult excludere fœminam eſſe remo-
tior expreſſa, adhuc ſecundum aliquos dicendum eſ-
ſet fœminam excludi. Propterea quia in ea militat ra-
tio ſtatuti per iura prædicta, & ita voluit Fulgo.in cõ
ſi.xxxiij.incip.tenor conſuetudinis inſerto inter conſi
lia domini Fran.cur.cui conſilio ſe ſubſcripſerunt alij
226 non modice auctoritatis Docto. vbi tenuit ꝙ † ſtante
conſuetudine Alexandrię in ſcriptis redacta ꝙ ſi pater
dotauerit filiam vel frater ſororem contenta dote pro
paterna & fraterna ſubſtantia, niſi pater vel frater ali-
quid reliquerit, nec amplius requirat à fratre vel à pa-
tre vel filijs fratrum, ꝙ ſoror dotata à fratre exclu-

datur à fraterna ſucceſsione, non tantùm ſi adſint fra-
ter ſuperſtes vel filij fratrum ſed etiam propter patruũ
vlteriorem agnatum ponderata ratione ſtatuti, quod
maximè procedit ſecũdum eum ſtante ibidem alia cõ
ſuetudine ſcripta ꝙ decedenti ab inteſta. agnati præfe-
rantur cognatis. Contrarium credo verius, quia non
eſt par vel tanta ratio in remotiore vt excludat fœmi-
nam quæ eſt in proximiore à ſtatuto nominatim vo-
cato per ea quæ in ſimili. Dixi ſuprà in. vi. artic. prin.
in. ij. mẽbro. iij. q. in fi. & dicã in ſeq. col. plus ſenſit do
mi. Sign. de homo. in conſi. ccxxviij. inci. in themate
227 quæſtionis. quod † non tantum in perſonis ſed etiam
in caſu ſucceſsionis debent verificari verba ſtatuti ad
hoc, vt habeat locum eius diſpoſitio & vt agnatis fœ
minæ præferantur. De quo aiibi dixi maximè in. viij.
arti. prin. in vlti. q. cũ præced. Cæterùm in hac ma-
228 teria eſt facienda regula negatiua, ꝙ ſi † perſona proxi
mior vel qua mediante remotior eſt coniuncta non ex
cludit fœminã, minus excludat ꝑſona cõiuncta per illã
proximiorem, ita ꝙ auunculus qui eſt cõiunctus me-
diante perſona matris non excludat filiam, quãdo ma
ter eam non excluderet vt per Corneum conſi. cxv. in-
cip. in hac. ij. & . iij. col. ij. volu. Idem vult ipſe Corne.
conſi. xc. incip. ſcrupuloſa. v. col. ver. & pro iſta. iij.
vol. Dicens ꝙ vbi patrui nominati ſunt in ſtatuto ex
cludente filiam, debemus talem ſumere interpretatio-
nem ꝙ ſi parentes primi eam non excluderent, multo
minus excludat patruus, & faciunt quæ dixi in. vi. ar
ticu. princ. in tertio membro. Incidenter iuxta præ-
229 dicta contingit dubitari, † an ſtatutum excludens ma
trem propter patruum. intelligatur etiã excludere pro-
pter patruum magnum. Iaco. butr. in. l. i. C. de ſucceſ.
edic. Cum quo ſimpliciter tranſit Bal. in. l. omnes po-
puli. in. ix. col. ff. de iuſti. & iur. & Angel. & Roma. in
d. l. i. & Roma. in conſi. xlij. incip. quatuor ſunt. ij. co
lum. tenuit ꝙ non, motus quia patruus magnus eſt im
propriè & largo modo patruus, vt dicit glo. in. d. l. l.
cum qua tranſeunt ibi Pe. Cy. ray. & communiter an
tiqui. & in ſtatutis verba debent propriè & ſtrictè in-
telligi. l. iii. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. i. §. ſi is qui na-
uem cum ſimili. ff. de exerci. Et ita conſuluerunt multi
Doc. bononien. ſecundum Bald. in. d. l. i. ſed hoc fun
damentum impugnant Bald. Saly. Pau. de ca. Franc.
de are. Alex. & communiter Moder. in. d. l. i. volentes
ꝙ patruus magnus ſit propriè patruus, quia illa di-
ctio magnus non denotat improprietatẽ, ſed apponi-
tur gratia differentiæ & demonſtrationis, vnde ipſi idẽ
230 tenent per alia fundamenta. ſ. † quia verba indifferen-
ter prolata, debẽt intelligi per prius, & ſic de patruo ꝓ
ximiore & non per poſterius, nec de patruo remotiore
ſicut eſt patruus magnus. l. qui liberis. §. hæc verba. ff.
de vulg. & pupil. Item quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris &
ſunt ſtrictè intelligenda & reſtringenda, vt minus ha-
beant abſurditatis, nec ſecundum Bald. per abuſiuum
modum loquendi illiteratarum perſonarum ſiue vul-
garium verbum prolatum à ſtatuto inciuiliter exten-
di debet. Item præſupponit Bal. non debere hoc ſtatu-
tum latè intelligi tanquam ſit odioſum. c. odia. de reg.
iur. in. vi. l. cum quidam. ff. de libe. & poſthu. Et cum
prædicta opinione tranſeunt idem Bal. in. l. iubemus.
§. fi. per illum tex. C. ad treb. & in conſi. incip. in Chri
ſti nomine ſi mater non extat. & Pet. de ancha. in repe.
c. canonum ſtatuta in. ixxxvij. col. verſi. quid dices de
patruo magno de conſti. Roma. in conſi. xviij. incipiẽ.
viſo themat. & Alex. in conſi. xcvij. incip. viſo the-
mate circa medium. ij. volumi. Et hæc opinio eſt com
munis pro qua facit quod dixit Bal. in. l. quod vero.
ff. de legi. & . l. hac edictali ſuper ver. quã obſeruatio-
231 nem. C. de ſecun. nupt. Quod † ſtatutũ faciẽs mentio-
nem de nouerca ſeu excludens materteram non cõpre-
hendet materteram magnam ſeu nouercam magnam.
Ad idem facit ſecũdum Bal. in. d. l. ꝙ vero, & Roma.
& Alex. in. d. l. i. C. de ſucce. edi. quia non eſt par, vel
tanta ratio in admittendo remotiorẽ agnatũ ſicut pro-
ximiorẽ ad excluſionem fœminæ, prout etiam dixi ſu-
prà hac. ea. q. in præce. col. Et cũ iſta opin. trãſit dña
Maria. conſil. xxx. inci. quamuis in. vii. col. Et pulchrè
ac copioſè ſub verborum breuitate dominus Bartho-
ſoci. in conſii. cxliiii. incip. diligenter conſidarata ante
232 medium. i. volumi. Dicens ꝙ † ſi ſtatutũ excludat fœ-
minas extantibus fratribus vel filiis fratrum aut pa-
truis vel filiis patruorum, ſoror non excludetur à ſuc-
ceſsione fratris nec mulier propter filiam patrui magni
quæ nec per ipſum patruum magnum fuiſſet excluſa,
quia ſtatutum de patruo non trahitur ad patruum ma
gnum. Sequitur Corneus cõſi. xcii. incip. videtur. iii.
colum. ii. volu. Sed in contrarium arguit do. præ-
ceptor meus in. d. l. i. Primò quia hoc ſtatutum ſaltem
ex parte maſculorum eſt fauorabile, & ideo extenden-
dum per ea quæ late dixi. ſ. in. iiii. arti. princ. Secundo
ex ratione præſeruandæ agnationis quæ ita militat in pa
truo magno ſicut in alio per ea quæ dixi. ſ. in. iii. arti.
princip. Item in contrarium facit ſecundum Alexã.
d. l. i. quod dixit Bar. & poſt eum Bal. in. l. cui eorum.
§. aff initatis. ff. de poſtu. & Bart. in. l. ſi ſub conditio-
ne verſi. quæro quid in proauia. ff. de teſt. tutel. & Bar.
in. l. gallus. §. inſtituens. Cum quo tranſeunt ibi Imol.
& Cu. ff. de libe. & poſthu. volentes per tex. in. d. §. aff i
nitatis, ꝙ diſpoſitio auc. matri & auiæ. C. quãdo mu.
tu. off. fun. poſ. licet ſit correctoria loquens in auia tra
hitur ad proauiam, verum ex prædictis patet reſpon-
ſio maximè, quia non eſt par, vel tanta ratio admitten
di remotiorem agnatum ſicut proximiorem. Item
quia verba debent intelligi per prius & non per po-
ſterius, vt atteſtatur philoſophus, & facit in. l. hoc le
gatum, & ibi Bar. ff. de leg. iii. & . l. legatis. ff. de leg. ij.
De aliis enim fundamentis non eſt curandum. Item ad
notata. in. d. §. affinitatis, reſpondet Ale. in. d. l. i. dupli-
citer vt ibi per eum & per Moder. peru. Vbi autem
ſtatutum excluderet patruum. tunc bene excluderetur
patruus magnus in quo maior eſſet ratio vt excludere
tur, & quia vbi excluditur proximior in gradu, ſequẽ
tes etiam excluduntur. l. i. in prin. Et ibi glo. notabilis
in verbo fiſco. ff. ſi quis ali. teſta. prohi. Statuta. n. reci
piunt interpretationem per punctum rationis, vt dixit
Bal. in. c. i. in. v. col. de conſi. Facit regula. l. de acceſ-
ſionibus. ff. de di. & tẽpo. præſcrip. Et quod dixi ſuprà
poſt Bal. in. d. l. quod vero. Et quod dixi ſuprà late in
ſexto articulo principali in tertio membro in prima ſe-
cunda & tertia quæſtione. Et ꝙ dixit Ange. in conſilio
cccxliiij. incipien, totum prædictum ſtatutum de ſtatu-
to excludente fratres, vt intelligatur multo magis ex-
cludere fratres patrueles. Et ita tranſeũdum puto poſt
domi. præcep. meum in. d. l. i. qui latè examinat hanc
233 quæſtionem. Inſuper. † Prædicta deciſio ꝙ fœmina
non excludatur per patruum magnum, limitatur niſi
in ſtatuto excludente fœminam propter patruum fieret
in aliqua parte mentio de patruo magna, taliter ꝙ poſ
ſet coniecturari dicta in vna parte aliam partem decla
rare, vel niſi nominarentur in ſtatuto ad excluſionem
fœminarum aliæ perſonæ quæ non eſſent patruo ma-
gno proximiores, vt per dominum Bartholo. ſoci. cõ-
ſilio ſuo. cclxxx. incip. conſiderata. i. vol. Iuxta præ
tua excludatur à ſucceſſiõe materna per filium ex ſecũ
da vxore, hæc quæſtio qñq; fuit in facto in ciuitate
Aſtẽſi. ſtãte ſtatuto quòd maritata à patre auo &c. nõ
ſuccedat in bonis paternis nec maternis cum fratre
vel fratribus ex parte patris, nec contra eorum hęre-
dibus, nec in bonis paternis vel maternis contra prę-
dictos vel aliquem prædictorum agere poſſit ad legi
timam vel legitimæ ſupplementum. Quod ſtatutum
eſt ſub rubri. ne mulier veniat ad hæreditatem patris
vel matris. Dominus corneus in conſilio tricenteſi-
modecimoquarto incipi. videtur prima columna ar
guit quòd ſic. primò ex generalitate rubrice, cuius ver
ba ſunt diſpoſitiua per ea q̃ dicta ſunt ſuprà in octauo
articulo principali in.xx.q.ſecũdo ꝗa ſtatutũ in nigro

excludit expreſsè ab hæreditate materna propter fra-
tres, & fortius in caſu ſtatuti aſtenſis in quo expreſsè
dicitur quòd excludatur ab hereditate matris propter
fratres ex parte patris, & ſic conſanguineos tantùm.
Poſtea ipſe Corneus determinat contrarium, eo quia
ipſi filij nati ex ſecundo matrimonio nihil attinēt pri-
mæ vxori, quę ſi viueret eſſet eis nouerca, niſi iure af
298 finitatis cum † ex capite affinitatis non det ſucceſſio,
& affinis affini non ſuccedat.l. affinitatis. &.l.vitri
co.C.com.de ſucceſ. & etiam qa cōcepti & nati poſt
mortem alicuius non dicuntur ei attinentes iure agna
tionis vel cognatiōis.l.i.§. ſi quis proximior.ff. vnde
cog.&.l.titius.ff.de ſuis & legi.&.l.paulus §.paul.
ff.de bon. liber. iunctis his quę dixi.ſ. Et quia iura
multum fauent filijs primi matrimonij vxore vel ma-
rito ſecundo nubente.l.fœminæ.cum multis alijs.C.
de ſecun.nup.cum nephas eſſet natos ex coitu primę
299 mulieri odioſo ei ſuccedere, ita q † nullo modo ſit
interpretandum ſtatutum quòd intendat filiabus pro
prijs præferre natos ex ſecundo matrimonio in bonis
primę vxoris, nec filias excludere per priuignos, imò
magis quàm per priuignos.cum ſtatuta ſint taliter in-
terpretanda ne poſſint à ſapiente reprehendi, & ne ſo-
nent in abſurdū, vt latè dixi.ſ.in quinto articu. prin-
cipa. nona quæſtione. Præterea ſecundum Corneum
& dixi.ſ.eod.v.qōne principa.filia excluditur per eos
qui poſſunt ſuccedere, ſed iſti filij ex ſecunda vxore
nō poſſunt primæ vxori ſuccedere.d.l.vitrico. & .d.
l.affinitas. quibus nō ſuccedentibus eſſet aperta via
alijs agnatis vel cognatis primæ vxoris qui non repe
riuntur excluſi per ſtatutum, & qui excluderent iſtos
filios ex ſecunda vxore, per ea quæ dixi in ſexto arti-
culo principa.iij. membro.iij.qōne. cum præceden.
Et prędicta fortius militant ſecundum Corneum, qa
mortua matre & prima vxore relicta filia, anteq̄ naſ
cantur filij ex ſecūdo matrimonio ē delata hæreditas
300 ipſi filiæ, & ſtatutum excludens à ſucceſſione non ex
cludit à ſucceſſione iam acquiſita, idem in ſtatuto ex-
cludente maritatam, quia non excludit ab hæreditate
iam acquiſita, vt latè dixi.ſ.in.vi.articu.princip.iij.
membro. in.xv.q. Et cum prędicta opinione quòd
per filios ſecundi matrimonij. non excludatur filia
prioris matrimonij. tranſeunt Maria. conſil.lxxxiij.
incipien. viſa prædicta.ſecunda &.iij. columna. vbi
plenè examinat hunc paſſum. & Soci. in.l. cum vir.
ff.de conditio. & demon.cum multis concordan.al
legatis.ſ.eod.in quinta quæſtione.in fine. & hoc ma-
ximè procedit in terminis ſtatuti aſtenſis, vbi dicit q
non ſuccedat mulier cum fratribus, & ſic loquitur ſta
tutum noſtrum in ſucceſſione fratribus delata cum
iſta non deferatur vt ibi. & dicit Maria.vbi.ſ.in tertia
colum.quod ipſe exiſtens arbiter ſemel iudicauit, & re
fert multos docto. qui idem conſuluerunt, de qua qō
ne etiam dixi.ſ.eod.xviij.qōne. Ad illud verbum q
non ſuccedat in bonis maternis cum fratribus ex par-
te patris poteſt dici q non eſt ibi dictio tantùm, & q
hoc dicitur ad differentiam vterinorum tantū, quaſi
ſtatutum noluit de vterinis diſponere ſi fortè talis vx-
or fuiſſet aliàs nupta cum de eis ſit diſpoſitum p aliud
ſtatutum, quod incipit deteſtanda. vel q illud verbū
intelligatur in hereditate paterna.

TRIGESIMOPRIMO tangit Corneus
301 conſi.cccxiij.incip.videtur.iiij.volumi.† an perſo-
na in vna parte ſtatuti nominata poſſit in alia parte re
peti, vt aliam perſonam, putà agnatam vel fœminā
excludat. Putà ſi ſtatutum excludat dotatam & deſcē-
dentes ex ea ab hereditate patris & aſcendentium ex pa-
terna linea, ſi ſuperſint fratres ipſius mulieris vtrinq;
coniuncti vel conſanguinei tantùm. Et in alia par-
te ſtatuti filia dotata ſimiliter excludatur ab heredita
te matris & aſcendentium per lineam maternam exiſtē
tibus fratribus vtrinq; coniunctis dictę filiæ, an intel
ligatur quo ad ſucceſſionem matris repetitum exiſten
tibus etiam fratribus conſanguineis tantùm, & argu-
it quòd ſic, maximè extāte rubrica generali quòd do
tata non ſuccedat per ea quæ dixi in.viij.articu.prin-
302 cipa. tum quia † dictum in vna parte legis, in alia
parte cenſetur repetitum, & in alio capitulo multum
non diſtanti.l.quemadmodum.§.fina.ff. ad leg. aqui-
liam. vbi Bald. & Flo. &.l.i.in prin.ff.de incen.rui.
naufr. &.l.prętor.la.ij.§.erit. vbi latè Bart.ff.vi bo-
no.rapt.poſtea concludit Corne.non fieri repetitionē
tum, quia in pręcedenti capitulo legis reſpicientia nar
rationem facti, pro eſt exiſtentia fratrum conſangui-
neorum tantum non intelliguntur repetita, vt per bar
to.in dicto.§.erit. Tum quia vbi eſt ratio differentiæ
non fit repetitio.argu.l.i.in fin.C.de libe. præteri. &
c.inquiſitioni.de appella. & eſt ratio differentię quòd
fœmina excludatur per vtrinq; cōiunctos & conſan-
guineos tantùm, vt dixi.ſ.eod.in.xviij.quæſtione.et
in caſu in quo conſuluit dominus Philip.corne.erat
multo maior ratio, vt dixi in pręceden.ſeu.xxx.quæ
ſtione. Et placeat aduertere quòd non fuit mihi otiū
examinandi additiones quas feci primę impreſſioni
huius operis, ideo plerunq; ſicco pede pertranſeo.

TRIGESIMOSECVNDO ex dictis in
trigeſima quæſtione. inſurgit deciſio alterius quæſtio
303 nis † quòd fœmina excluſa ꝓpter maſculos, intelligi
tur excluſa propter eos qui ſunt in natura tempore de
latę ſucceſſionis. ſequitur Corneus conſilio. cccxiij.
incipien. videtur penultima.colum.verſicu.poſtremò
iiij.volumi. Nam qualitas excluſiua poſt hereditatem
acquiſitam nō officit nec excludit vt dixi latè.ſ.in ſex
to articu.principa.iiij.membro.q.ix.cum concordā.
de quibus ibi per Corne. Et quia conceptus & natus
mortuo eo de cuius ſucceſſione agitur ei non agnaſ-
citur nec dicitur attinere.l.prima.§ ſi quis proximior.
ff.vnde cogn.titius.ff.de ſuis & legi.&.l.paulus.ff.
vi bo.rap. & dixi.ſ.

304 TRIGESIMOTERTIO quæro, † an ex
cluſa propter aliquos maſculos, vel agnatos & eo-
rum hæredes excludatur extantibus quibuſuis here-
dibus tam de agnatione quàm extraneis, vt quia fi-
lia excludatur propter fratres & filios patruorum
ac eorum hæredes deinceps, prout in decretis patriæ
Montisferrati. Iſta eſt pulchra & quotidiana quæſtio
in qua ſępe conſului. Et ſecundum Bald. conſil.cxiij.
incipien. ſuper hijs.in fi.iiij.volumi. vltima impreſ-
ſione.ſub verbo heredum. hoc caſu ſolum comprehē
duntur maſculi deſcendentes ex iſtis nominatis in ſta
305 tuto ad fœminæ excluſionē, & loqē Bal. † ſtāte ſtatu
to q exiſtente maſculo fœmina nō ſuccedat, eo ſaluo
q ſi non adſint hæredes, tunc fœmina ad ſucceſſio-
nē admittatur. Et dicit q niſi maſculus relinquat ex ſe
filios maſculos fœmina admittet, & iſta ē veritas ne
aliàs inſurgeret abſurditas & cōtrarius effectus menti
ſtatuentiū, per nota.per Bar. & doct.in.l.gallus.§.etiā
ſi parente.ff.de libe. & poſthu. & doc.in.c.in pręſen-
tia. vbi moderni latè de proba. cum non ſit ſumenda
cōiectura quòd ſtatutum voluerit pręferre extraneos
filiabus proprijs teſtatoris.l.cum acutiſſimi. in fi.C.
de fideicom.cum ſimili. & dixi multotiens, maximè
in.vi.articu.principa.ix. &.xvi.q. & in.viij. articu.
vi. &. vij.q. contra.l. ſi totas. &.l.ſi liqueat.C.de
inoffi.

inoff.dona.facit tex.in.l.ex facto.§.fina.ff.ad trebel.
cum ibi notatis. & per Alexand. in.l.i.§.hoc autem.
eodem titu. iũctis his quæ dixit Feder.de ſenis conſil.
clix.quòd ſtatuto diſponente quòd bona homicidæ
applicentur hæredibus occiſi, quòd non applicentur
106 tunc facto monacho ſed filijs ipſius. facit quia † veri
ſimiliter debet fieri excluſio propter perſonas ſimiles
expreſsis & in quibus ſit par ratio excludendi per ea
quę dicta ſunt.s.in.xvi.quæſtiõe maximè in.ij.&.iij.
columna.& in.xvij.ac nona,& per diſcurſum huius
artic.& in quinto articulo principa. decimaſexta quę
ſtione. Et fortius procederet vbi eſſet dictio deinceps,
deinde vel ſimilis ordinis deſignatiua, prout eſt
in decreto Montisferrati, per pulchrum text. inſtitu.
de fiduci.tutel.in princi.& quod nota. Barto. in.l.ſi
quando.vbi dominus meus Iaſo.in quinto notabili.
C.vnde vi.& ita ſępe conſului & obtinui, de qua ma
teria etiam in propoſito tãgit ſatis latè do.Georg. nat
ta in tractatu quem fecit ſuper hac materia quarta par
107 te vigeſimaprima quæſtione quod † ſi ſtatutum exclu
dens filias dotatas vocet ſuos hæredes maſculos, in
telligitur de filijs non de alijs agnatis vel cognatis mi
nuſq; de extraneis, vt per Soci. in dicta.l. gallus.§.et
quarta columna tertia limitatione. ne contingat filiã
excludi ab agnato remotiore contra notata. in dicta
l.ex facto §.fina.& nota.per Pau.de caſt. conſilio no
nageſimoſeptimo incipien. proponitur in caſtro in
antiquis.
108 TRIGESIMOQVARTO † multæ alię
quęſtiones ad hunc.xij.articulum pertinentes quis in
ueniet incidenter tactas quas diſcurrendo hũc articu
lum aut ſaltem illius repertorium facilè inueniet. Et
multas quis inueniet in remisſiõibus quas feci in.xix.
q.pręſentis articuli.

SVMMARIVM

1 *Qualiter & inquantum admittantur & uocatæ intelligantur perſonæ, propter quas fœminæ excluduntur.*

2 *An prætextu ſtatuti fœminas excludentis maſculis extantibus, intelligantur maſculi ad ſucceſſionem uocati.*

3 *Diſpoſitio alterius contemplatione facta licet uerba ad illũ expreſsè non dirigantur tamen ei competit actio.*

4 *Verba illa extantibus agnatis uel filijs reſoluuntur in duo præcepta, quorum unum eſt affirmatiuum, & incluſiuum maſculorum: aliud autem eſt negatiuum & excluſiuum fœminarum.*

5 *An & quando extant agnati qui non ſuccedunt, ſed ſunt præteriti & excluſi inſtitutis extraneis, fœminæ excludãtur.*

6 *Caput excluſiuum non operatur, ubi eſt ſpecialiter prouiſum uel expreſſum quæ perſonæ excludantur, ultra, quàm ſit prouiſum. quod qualiter procedat uide.nu.7.*

7 *Statuto probibente matri alienatiõem dotis ultra quartam, filij uidentur uocati in tribus quartis: uel hi quorum contemplatione fit probibitio.*

8 *Quòd maſculi etiam conditionaliter poſiti & nominati in ſtatuto, ſecundum communem ſententiam intelligantur uocati, procedit quando eorum contemplatione fœminæ intelliguntur excluſæ.*

9 *Maſculi an intelligantur admitti ſeu uocari de iure ciuili, an uerò de iure prætorio, ſiue per ſtatutum, ſiue per decretũ.*

10 *Statutũ à populo, uel à prioribus populi nomine & uice totius populi factum, erit ius ciuile illius populi. De quibus autem intelligatur illud, à prioribus & uice totius populi declatur infrà.nu.13.*

11 *Statutum & decretum principum an cenſeantur ius ciuile, uel prætorium & de quibus, & qualiter intelligendum ſit*
Et quid de habentibus dignitates eccleſiaſticas uide infrà, nu.13.ubi plenè tractatur & nu.17.

12 *Neceſſe eſt ſucceſſionem delatam per decretum marchionis Ducis uel præſidis & aliorum magiſtratuum ſuperiorem habentium, agnoſci coram iudice & hoc infrà annum, uel centum dies.*

13 *Conſuetudo inducens ſucceſſionem deferri ad maſculos, ius ciuile eſt.*

14 *Præfecti ad tempus cenſentur prætores, habentes uerò iuriſdictionem perpetuam & iure proprio, multò plura poſſunt & in eorum terris æquiparantur imperatori & regibus.*

15 *Rex in ſuo regno æquiparatur imperatori, nec à ſua ſententia licet appellare quia habetur pro lege ibi.*
Et quid de rege ſuperiorẽ recognoſcente & tenente regnum in feudum ibidem.

16 *Rex in ſuo regno tantam uel.maiorem poteſtatem habet, quàm habeat imperator in ſuo imperio. quia hic imperium non tranſmittit, ille uerò tranſmittit regnum ad hæredes.*

17 *Rex in ſuo regno plus poteſt quàm.l.communis uel conſuetudo & lex animata dicitur.*

18 *Maſculus fœminæ prælatus per decretum quod ſit ius prætorium, an tã dicatur de iure prætorio in portione in qua fœminæ præfertur ſuccedere, quàm etiam in portione quæ ſibi ex toto & inſolidum prætextu talis decreti defertur. & qua actione petatur pars debita non excluſis ibi.*

19 *An excluſæ faciant partẽ in legitima. & quanta tunc erit legitima non excluſorum.*
Si ſtatutum dicat quòd ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedãt & adſint quatuor filiæ & unus maſculus quanta erit legitima maſculi: an triens tanquã fœminæ habeãtur pro non exiſtentibus, an uerò ſemis tanquam excluſæ faciant partẽ maſculo ibidem.

20 *Statuto excludẽte dotatas & ſint tres dotatæ & una indotata cũ maſculo an tũc legitima nõ excluſorũ erit triẽs uel ſemis ſatis lõga diſputatio, nec minus pulchra quã difficilis.*

21 *Exhæredatio legis & hominis æquaparantur: ita ut per quamlibet amittantur iura ſuitatis.*

22 *Exhæredatio legis differt ab exhæredatione hominis, quia illa ſtatim ſortitur effectum: iſta uerò poſt aditam hæreditatem.*

23 *Dotatæ fœminæ per ſtatutum excluſæ an faciant partem in legitima portiõe ipſis per ſtatutum uel legem reſeruata.*

24 *Iura ſtatuerunt legitimam eſſe trientem, uel ſemiſſem omnium bonorum.*

25 *Pater nõ tenetur filijs plus triente relinquere computatis dotibus & alijs, quæ dat filijs in dicto triente.*

26 *In legitima omnium filiorum computari debent dotes excluſarum, nec æquum uidetur ex perſona excluſarum plus peti poſſe, quàm petere potuiſſent ipſæ filiæ, ſi non eſſent excluſæ ibi.*

27 *An directò & iure proprio maſculi ſuccedant in triente uel ſemiſſe computatis dotibus excluſarum: an uerò fœminæ excluſæ faciant partem, ita quòd reliquum ultra dotem*

deueniat ad maſculos iure accreſcendi.

28 Filiæ excluſæ quibus præſeruatur aliquid à lege uel ſtatuto faciunt partem in legitima perinde acſi non eſſent excluſæ ita quòd legitima non excluſorum non ſit propterea maior quàm ſi excluſæ ſuccederent.

29 Ius accreſcendi non poteſt diuidi, cum non habeat locum niſi in portione omnino defecta.

30 Excluſi an & quando partem non excluſis faciant uide etiã quando procedat nu. 44.

31 An pars tertia uel dimidia dotis iuxta numerum filiorum ſit loco legitimæ uel tertia uel dimidia rei à ſtatuto præſeruatæ remiſsiuè.

32 Legitima eſt quota eius, quod quis habiturus eſſet ab inteſtato.

Et à cauſa inteſtati ſumit initium: & ſecundum illam regulatur ibidem.

33 Dos filiæ eſt onus & æs alienum, & non ſubrogatur loco legitimæ: ſed cum additamento, & augmento facto in perſonam non excluſorum & . 34.

34 Filiæ excluſæ non numerantur in numero filiorum in minuenda legitima.

35 Quod præſeruatum filiabus non imputetur in legitimã qualiter intelligatur, quomodo & quando procedit.

36 Stante ſtatuto quòd filiæ non ſuccedant extantibus maſculis teſtator habẽs quatuor filias & maſculum unũ filiabus. Si legauerit: illa legata imputabuntur in legitimam quæ erit ſemis: nec cenſebuntur facta ſuper alio ſemiſſe.

37 Exhæredatus licet habeatur pro mortuo & nõ computetur in numerum ut augeat legitimam, illam ne faciat tranſire de triente in ſemiſſem: hoc uerum eſt quando nihil eſt ſibi relictum aliàs ſecus.

38 Filiæ in aliquo agnitæ non dicuntur iura ſuitatis prætextu talium ſtatutorum amittere ſaltem pro ea parte, pro qua ſunt agnitæ.

39 Statuto expreſsè præſeruante dotem uel rem legatam, tunc legatum cenſetur factum in compenſationem rei præſeruatæ.

Sicut non computatur in legitimam tale præſeruatum: ita nec legatum ibidem.

40 Si teſtator legat filiæ excluſæ aliud quàm præſeruatũ ſit illi per ſtatutum, uel qui a illi ſtatutum nihil præſeruat, an tale legatum in legitimam imputetur.

Fœmina excluſa nullam habet legitimam ibidem.

41 Dos non eſt legitima nec ad eius inſtar.

42 Legitima maſculorum, detracta de toto patrimonio dote ſiue ſit ſoluta, ſiue non ſoluta tanquam aere alieno, capiatur integrè ſuper reſiduo.

43 Vtilitates ex inueſtigatione quanta ſit legitima non excluſorum à ſucceſsione multæ ſunt, & quæ.

Et an excluſæ faciant partem in legitima ibidem.

44 In legitima aucta per ſtatutum filius grauari non poteſt.

45 Si excludatur dotata ſtantibus maſculis & adſit maſculus & una filia nõ dotata & alia dotata, an legitima filij maſculi ſit maior quàm legitima filiæ non dotatæ, & an portio dotatæ acquiratur maſculo longa quæſtio, & opiniones uariæ.

46 Portio filiæ propter dotẽ excluſæ applicatur maſculis quorum contemplatione excluditur & filia non dotata & ſic nõ excluſa illam tantũ habebit portionem quã habuiſſet filia excluſa ſuccedente.

47 Si maſculus nolit uti beneficio ſtatuti fœmina excluſa admittitur cum perſonis excluſis.

48 Aſtenſe ſtatutum nolens dotes filiarum maritatarũ excluſarum in calculanda legitima cenſeri æs alienum, & non computari in hæreditate, quomodo procedat.

49 Si filiæ excluſæ à ſucceſsione per ſtatutum legetur dos non detrahitur ut æs alienum ſed ut legatum.

50 Statuto excludente dotatam, pariter excludetur & in totũ per non dotatam ſicut per maſculum.

Et an portio repudiata per alterum ex maſculis accreſcat fœminæ. ſicut & alteri maſculo ibidem.

51 Portio quæ applicatur maſculo propter excluſionem fœminæ quo iure ei debeatur.

52 Quando maſculus ſuccedit in parte dotatæ excluſæ, an onus dotium ſoluendarum ſeu non ſolutarum imputetur in tota hæreditate, & ſic etiam in portione filiarum non excluſarum: an uerò in portione maſculi.

53 Onus ſoluendæ dotis accedit portioni, quam excluſa de iure communi per ſtatutum habitura fuiſſet: & ſic cõcernit maſculum, & non totam hæreditatem.

54 Si dos promiſſa excedit portionem legitimæ debitæ ipſi filiæ de iure communi uel loci conſuetudine uel qualitate perſonarum non erit illud ſupplementum dotis ultra legitimam portionem ſupplendum de portione filij.

55 Stãte ſtatuto prout eſt in ciuitate Burgi q. mater & ſoror nõ ſuccedant ab inteſtato extantibus fratribus: ſi frater inſtituat matrẽ in legitima uel minus, non inſtituta turpi perſona uniuerſali hærede: Vtrum in legitima matris calculanda habeatur conſideratio fratrum.

54 Varijs in locis ex cauſis uarijs à ſucceſsione excludẽtibus ſtatutis, Portio illius quæ ſtatutorum beneficio non gaudet ut quia monialis, uel alia ex cauſa computabitur ſecundum formam ſtatuti pinguius prouidentis filijs & filiabus utrinq; coniunctis, propter quos excluditur, non autem ſecundum formam iuris communis in fauorem uterini.

57 Inſpici an debeat perſona qua mediante acquiritur aliquid, an illa cui acquiritur, & ad quã finale cõmodum deuenit.

58 Illi, qui non fuit habilis ad ſuccedendum eo excluſo nihil dicitur adimi.

59 Maſculi an intelligantur uocati ad poritionem excluſarum iuxta ordinem & gradum ſuccedendi iuris communis.

60 Si ſtatutum excludat filias ſeu ſorores propter fratres & patruos & eorum filios. Iſti omnes eo ordine admittãtur ad ſucceſsionem quo per ius ciuile uocari ſolent: ut proximus quiſq; priori loco inuitatus uideatur non ſimul & ſemel nõ obſtante copula.

61 Statuto uocante fratres & nepotes conſobrinos defuncti, præferuntur fratres nepotibus ſecundum iuris cõis ordinẽ.

62 Statuto diſponẽte quòd decedenti ab inteſtato ſuccedant proximiores conſanguinei ex linea paterna: an frater utrinq; coniunctus præferatur coniuncto ex linea paterna tantũ.

63 Si ſtatutum diſponat q. ad hæreditatem defuncti inteſtati uocentur primò deſcendentes, ſecundò aſcendentes, tertiò fratres utrinq; coniuncti: filius fratris nihilominus admittitur cum patruo licet ſecus ſit in fratre patruele.

64 Stante ſtatuto q. agnati excludant cognatos, frater utrinq; coniunctus non excludet conſanguineum tantum, ſed ſimul ſuccedent.

65 Poſteriores

65 Poſteriores in gradu ſi quando concurrant de iure communi ſimul cũ proximioribus: tunc ſi ſimul in ſtatuto nominati ſint, ſimul admittentur.

66 Stante ſtatuto quòd dotata non ſuccedat exiſtentibus maſculis, ſed ipſi filij hæreditatem poßideant: ſi contingat aliquẽ decedere relicta filia dotata, & filio maſculo, ac nepote ex alio filio prædefuncto nepos concurret cum filio etiam in portione quæ debetur filiæ de iure communi.

67 Stante ſtatuto ꝗ ſuccedant agnati maſculi ſeu cognati prout ſunt in gradu proximiores uſq; ad quartum gradum: filius fratris admittetur ad ſucceßionem cum patruis. Idem in teſtatore uocante proximiores ad ſucceßionem uel fideicommiſſum.

68 Statuto uocante ad ſucceßionem agnatos maſculos, prout ſunt in gradu proximiores & concurrentes, qui uocati cenſebuntur.

69 Statuto peruſino excludente filiam dotatam à ſucceßione & fratris. & uocante matrem & cõſanguineos fratres an mater ſuccedet in dimidia totius ſucceßionis: an uerò pro uirili tantùm cum fratribus conſanguineis.

70 Stante ſtatuto Bononiæ quòd mulier decedens ſine aſcendentibus & ſine liberis relinquat fratribus utrinq; coniunctis uel ex patre tantùm tertiam bonorum ſuorum: quibus non extantibus eãdem tertiam relinquat patruis uni uel pluribus pro dimidia, & pro alia dimidia filijs fratrum uni uel pluribus: Sed filijs fratrum non extantibus totam tertiam relinquat patruis. Deceßit fœmina inſtitutis fratribus hæredibus uniuerſalibus, & filijs fratrum in modicißima ſumma. filius fratris ſuccedet in tertia parte pro dimidia cum patruo ſuo fratre defuncti ad cuius tertiæ lucrũ maritus nõ admittitur ex forma ſtatuti prædicti.

71 Maſculi per ſtatutum uocati an intelligantur uocati in ſtirpes, uel capita.

72 Ex modo prædilectionis coniecturatur an quis uocetur in capita uel ſtirpes, & quantitas ſucceßionis.

Ex modo prædilectionis patruus excludet ſororem ibidem.

73 Maſculi quorum contemplatione fœminæ excluduntur an teneãtur præſeruare portiones à quibus fœminas excludunt agnatis ſeu maſculis ſubſequẽtibus, an uerò poßint de eis ad libitum diſponere.

74 Hæreditas defuncti adita per agnatum deſiit eſſe hæreditas defuncti, & facta eſt hæreditas ipſius agnati.

75 Portio hæreditatis maternæ in qua pater per mortẽ filij ſucceßit excluſa per ſtatutum filia tranſeunte ipſo patre ad ſecunda uota debet ipſi filiæ præſeruari.

76 Statutum ꝗ filia fœmina non ſuccedat, non impedit quin pater poßit relinquere ſecundæ uxori plus, quàm tali filiæ.

77 Portio ad quam filius maſculus admittitur excludendo fœminam, an tranſmittatur non agnita ad quoſcunq;.

78 Priuilegium conceſſum ita demum effectum habet, ſi appareat acceptatum.

79 Vbicunq; ſtatutum excludit fœminas propter maſculos non fit tranſmißio hæreditatis non agnitæ ad perſonas, quæ nõ ſint ſimiles ipſis maſculis.

80 Vbi adeſt ſtatutum quòd à paterna ſucceſsione frater excludat ſororem, & quòd mater filijs non ſuccedat, hæreditas filio infanti delata ex teſtamento, & non adita ad matrẽ non tranſmittitur ſed ſoror non inſtituta ab inteſtato ſuccedit.

81 Beneficium tranſmittendi ad quoſcunq; ſolùm conceditur illis qui ſunt ſui hæredes.

82 Quotieſcunq; aliqua portio de iure ſpeciali defertur tunc non habet locum tranſmiſsio.

83 Statutum deferens portionem filijs in poteſtate, cum recipiat interpretationem paßiuam, ita debet interpretari ut illa de iure communi ad quoſcunq; tranſmittatur.

84 Statutum excludens fœminas ab hæreditate facit illas haberi pro mortuis. Et ſic tota hæreditas defertur maſculis iure ſuitatis, ac ſi fœmina non eſſet in rerum natura.

85 Portio relicta filio per teſtatorem etiam non agnita quamuis excedat legitimam, tranſmittitur.

86 Ius ſubſtitutionis pupillaris annexum cum iure accreſcendi tranſmittitur ad ſuos hæredes: quamuis aliàs ſecus.

87 Statutum diſponens ꝗ extantibus maſculis fœmina non ſuccedat operatur ꝗ quamprimum extitit maſculus filia fœmina intelligatur perpetuò excluſa.

88 Quid ſi maſculus momento ſuperuixerit, an ſufficiat.

89 Portio quam dat ſtatutum filio cenſetur ſibi conferri tanquã ſuo: ſicut & portio quæ ſibi de iure communi confertur.

90 Filium poſt mortem matris an ſufficiat paulo momento uixiſſe, ut matris hæreditatem tranſmittat.

91 Lex fingendo & per uerba fictionis loquendo in actu pendẽte à poteſtate legis, uerè facit & non fictè.

92 Idem iuris eſſe debet de augmento, quòd de principali.

93 Portio à qua excluditur filia fœmina per maſculum non adita uel agnita per eum tamen ad eius hæredes tranſmittitur etiam ſi unicam reliquerit filiam, quæ ex ſui perſona amitam excludere non potuiſſet.

Hòc idem procedit in hæreditate materna ibidem.

94 Filius qui moritur apud hoſtes tranſmittit hæreditatem paternam licet talis filius non ſit propriè ſuus ſed fictè.

95 Lucrum dotis quod marito defertur uxore præmoriente, ad hæredes non agnitum tranſmittitur.

96 Poſito ꝗ agnitio bonorum poſſeßionis neceſſaria eſſet, in hæreditate tamen deſcendentium tranſmittenda ad deſcendẽtes erit tranſmißioni locus.

97 In tranſmittendo de filio ad nepotem non conſiderantur merita nepotis: ſed filij tranſmittentis.

98 Ad excluſionem filiæ per, ſtatutum excluſæ maſculis extantibus, ſufficie ꝗ filius ſuper fuerit tempore mortis defuncti.

Item ſufficit filiam ſemel excluſam fuiſſe ut ſit perpetuò excluſa ibidem.

99 Quod dicitur beneficia legum non competere uenientibus de iure ſpeciali, quando procedat, & in quibus locum habeat.

100 Filia in poteſtate ex capite ſuitatis portionem ſibi à ſtatuto delatam tranſmittit ad quoſcunq;.

Limita niſi eſſent lapſi. xxx. anni, quibus hæreditas agnita non eſſet ibidem.

101 Hæreditas materna & alterius aſcendentis etiam non adita pro portione tranſmittitur per eum, qui non eſt ſuus in deſcendentes.

102 Collaterales qui & extranei appellãtur licet hæreditatem non tranſmittant an ſaltem ius deliberandi tranſmittant.

103 Reſtitutio in integrum pro infante qui non adiuit paternã hæreditatem an, ad quos, & in quorum præiudicium tranſmittatur.

104 Si ſtatutum excluderet fœminas extantibus maſculis adeuntibus uel ſe immiſcentibus, & uellet ſeruari ius commune: an erit locus tranſmiſsioni.

105 Trãſmiſsio an fiat ſub conſimili qualitate & priuilegio prout erat apud tranſmittentem, remiſsiuè.

Et an onus dotandi tranſmittatur per infantem ibidem.

106 Si fœmina excludatur uirtute ſtatuti quod ſit ius prætoriũ putà à recognoſcente ſuperiorẽ lati, an trãſmiſsio habebit

locum in parte quæ maſculo debetur uirtute ſtatuti fœminam excludentis.

107 *Bonorum poſſeßio non agnita non transfertur, fallit inter deſcendentes.*

108 *Statutum excludens dotatam uel auptam, an uideatur iaſolidum uocare non nuptam uel non dotatam, ſi nullus adſit maſculus.*

109 *An de parte præſeruata filijs maſculis poßit per eum, de cuius ſucceßioae agitur uel inter uiuos uel in ultima uoluntate diſponi.*

Et quid ſi ita præſeruetur q. alieaari aon poßit ibidem.

110 *Pater poteſt in uita ſua dißipare bona: & filium priuare legitima. aon ſic poteſt in re præſeruata per ſtatutum.*

111 *Tale præſeruatum eſt ſimile lucro q. alter coniugum lucratus eſt ab altero: quod ſi tranſeat ad ſecunda uota tenetur reſeruare filijs communibus anterioris matrimonij.*

112 *Filij tenentur pro partibus præſeruatis ad onera hæreditaria, ac ſi eſſeat ueri hæredes.*

113 *Mulier ſecundò nubendo noa poteſt in ſecundum maritum transferre bona lucraada per maritum uirtute ſtatuti.*

114 *Matre mortua ab inteſtato filij poſſunt bona reſeruata petere tanquã filij: & tãquã eis debita ex ſtatuti diſpoſitiõe, et ſi dicant ſe nolle eſſe hæredes matris.*

115 *Probibitus res præſeruatas alienare etiam ex diſpoſitione inter uiuos non poteſt de eis quicquam diſponere quod poſt eius mortem ualeat.*

116 *Probibitio alienationis præſeruatorum an intelligatur de uoluntaria tantùm, an uerò etiã de neceſſaria & propter exolutionem æris alieni perſonæ probibitæ.*

117 *Mulier ſi habuerit bona à teſtatore qui ei dedit facultatem diſponendi poterit diſponere non obſtante præſeruatione ſtatuti.*

118 *Mulier ia re præſeruata filijs per ſtatutum, an poßit filio uulgariter ſeu per fideicommiſſum ſubſtituere piã cauſam. Et ſi poteſt quando id licebit ibidem.*

119 *Statuto Bononienſi diſponente mulierem debere relinquere tertiam partem dotis ſuæ fratribus & filijs fratrum, an facta per mulierem alienatio in alias perſonas teneat.*

120 *Filio impuberi agnato, cuius quarta pars cẽſetur æs alienũ: ſi illa alieaata fuerit competit reuocatio per legem caluiſiaaam & fauiam utilem.*

121 *Alienatio in fraudem patroni quo ad ius reuocandi. & alienatio facta in fraudem creditorum licet æquiparentur, in aliquibus, tamen differunt.*

122 *Res præſeruata alienata an poßit mediante precij reſtitutione reuocari.*

123 *Præſeruatum an donari poßit ob bene merita: & an aſſertioni donantis credatur illa præceßiſſe an uerò aliter conſtare debeat.*

124 *In probibitis regulariter & certo caſu permißis non debet ſtari dicto aſſerentis caſum permiſſum ſubeſſe.*

125 *Pars præſeruata intelligitur de his quæ ſupererunt ſeu extabunt tempore mortis eius de cuius ſucceßione agitur.*

Idem eſt in legitima debita patrono de bonis defuncti ibi.

Idem ia legitima debita filio legitimo & naturali ibidem.

Aa idem ſit dicendũ de dote ſi de ea ſtatutũ loquatur ibidem.

126 *Statuto expreſsè mandante relinqui certam partem de bonis quæ ſupererunt, an ualebit alienatio & quomodo intelligatur.*

127 *Statutum mandans q. mulier non poßit diſponere in præiudicium filiorum ultra quartam, cenſetur augere legitimã filiorum ad tres quartas.*

128 *Statuto mandante certam quotam ſeu partem relinqui filijs maſculis, an poßit diſponi in aliquos ex eis alijs excluſis.*

129 *Vbi ſtatutum ſimpliciter excludit fœminas propter maſculos aliter non diſponendo, uidetur illa bona à quibus fœminæ excluduatur maſculis præſeruare.*

130 *Statutum intelligitur uocare maſculos eo modo quo à iure uocari ſolent.*

131 *Statutum in dubio intelligitur uocare maſculos ab inteſtato etiam ſi aliter per defunctum diſpoſitum non fuit.*

132 *Si uigore unius ſtatuti mater admittatur cum fratribus uterinis, & uigore alterius admittatur cum fratribus patruelibus defuncti: Si concurrant mater, frater patruelis & frater uterinus aa omnes ſimul admittentur.*

133 *Mater ſi tenetur filio relinquere duas partes ex tribus, an lucrum quod capit ex lege hac edictali. C. de ſecun. nup. computetur in eis.*

Decimuſtertius articulus principalis.

DECIMOTERTIO articulo prin-
1 cipali, †eſt vidẽdum qualiter & inquã
tum admittantur & vocatæ intelligantur
perſonæ, propter quas fœminæ excludunt.
2 Et primò vidẽdum †eſt, an prætextu
talis ſtatuti excludentis fœminas extantibus maſculis
intelligantur maſculi ad ſucceſsionem vocati, quam
quæſtionem plené examinat dominus meus Iaſ. in. l. ſeruo
legato. §. ſi teſtator. ff. de leg. in qua quæſtione Bar. in. l. ij.
§. videndum. ff. ad tertu. tenuit quod ſic, et ſi maſculi ſub
ablatiuo abſoluto nominentur, putà extantibus maſculis
quaſi tunc inducat talis ablatiuus diſpoſitionem
3 l. fideicommiſſa. §. cum eſſet. ff. de legatis tertio & l. in
ratione. §. iam & ſi. ff. ad legem fal. item quia † quando
vna diſpoſitio fit alterius contemplatione, licet
verba ad illum expreſsé non dirigantur tamen ei competit
actio. d. l. fideicommiſſa §. interdum. & l. ſeruo
legato §. ſi teſtator. & ibi Bar. Ange. Pau. de caſt. Cu.
& ſcribentes. ff. de leg. i. Item mouetur, quia quã quis
remouetur à lucro contemplatione alterius, lucrum
debet illi applicari cuius contemplatione alius remouetur,
prout videmus in tutore qui priuatur legato
ſi non gerat tutelam. & legatum pupillo applicatur
vt. l. ſi poſt legatum. §. amittere. ff. de his qui. ut indi. &
l. pe. C. de leg. optime facit tex. in. l. cũ duo emãcipati.
§. ſi duo. & ibi illum ad hoc põderat Bart. ff. de colli.
bo. vbi hæreditas applicatur illi cuius cõtemplatione
alteri auferſ. notat Bal. in. l. ſi defunctus. C. de legi.
hæe. vbi dicit eſſe caſum formalem. & l. maximũ vitium.
C. de libe. prete. & In. l. ſi vero. § de viro. ff. ſolu.
matrimo. & in. l. i. C. de ſecũ. nup. & in cõſi. lxvij.
incip. Marti. Ioannis de florentia. inſerto inter conſilia
Angel. notat Ioan. andr. in additio. in rubrica de
ſucceſ. ab inteſtato. & Roma. in conſ. xxxij. incipien.
4 viſa municipali. & dixit Bal. in. l. quod vero. verſic.
ſed quid ſi verba. ff. de legi. quod † illa verba extãtibus
agnatis vel filijs reſoluuntur in duo præcepta, quorũ
vnum eſt affirmatiuum & incluſiuum maſculorũ ſeu
agnatorum, aliud autẽ eſt negatiuum & excluſiuum
fœminarum, ita vt equipolleant ac ſi diceretur quod maſculi
fœminas excludant. Idem tenuit Alex. in conſi.
cxiiij. incipi. pro deciſione. in prin. iiij. vol. cum concor.
per eum allegatis, & per do. Andr. ſicu. in conſi.
lx. incip. ſcribitur ſapientiæ. i. vol. vij. col. & hanc deciſionem.
ſ. pluries firmaui, maximé in arti. præce. v.
5 q. cum duabus ſequen. dum tetigi, † an quando extãt
agnati qui non ſuccedunt ſed ſunt patri, & per teſtato

rem

rem excluſi inſtitutis extraneis fœminę excludãtur. &
hanc deciſionem Bal.in conſi.clxiij.uici.ſtatuto ciui-
tatis Palmę.I.vol.ſm pe.impreſ.dicit non procedere
vbi ageretur de excludendo aliam perſonam ꝙ in ſta-
tuto nominatam, & ſequeretur abſurditas vel legum
correctio, & eo modo ipſe a al.reſtringit dicta Bar.in
dicto.§.videndum.de cuius dicti & reſtrictionis veri
tate dixi ſuprà loco ſuo.videlicet in.vi. arti.prin.ij.
membro.t.q.&.ij.qõne.& in.i.membro.&.ij.col.
pe.vel fi.iunctis his quæ ibi dixi in.vij.q. vbi.patet
6 ꝙ † caput incluſiuum non operatur vbi eſt ſpecialiter
prouiſum vel expreſſum quæ perſonæ excludan-
tur vltra quàm ſit expreſſum. vult Soci.conſilio.cc-
7 vij.inci.in cauſa.in.fi.i.vol. † Et ſtatuto prohibente
matri alienationem dotis vltra quartam filij vidẽtur
vocati in tribus quartis, vel hi quorum cõtemplatio
ne ſit prohibitio, vt per Maria.conſi.lxxxv.incip.vi
ſo.pe.& fina.col.&.lxxxiiij.incip.viſa.circa finẽ. &
Soci.conſi.cxvi.incip.non poteſt.i.col.i.volu.iun-
ctis his quæ dicam.ĩ.eo.in.viiij.q. Quod autem di-
xi caput incluſiuum agnatorum non operari vltra ꝑ
ſonas nominatim excluſas, prout etiam dicit Bal.in
l.ſi defunctus.C.de legi.hær.procedit niſi perſonæ nõ
nominatę veniant mediante perſona nominata, quia
excluduntur ſicut nominatim excluſa, vt dixi in.d.
vi.artic.ij.membro.in.i.ij.&.iij.q. declarando, vt
8 ibi. † Item prædicta deciſio ꝙ maſculi etiam condi-
tiõaliter poſiti & nominari in ſtatuto ſm cõem ſniam
intelligãtur vocati, procedit quando eorum contem-
platione fœminæ excluduntur. quia bene poſſunt nõ
ſucceſſibiles vel non tenentes primum gradũ poni in
cõditione taliter ꝙ per ſolam eorum exiſtentiam abſq;
eo ꝙ ſuccedãt fœminæ excludentur, vt dixi in prece.
arti.i.quæſtiõe.in prin.& in.vi.q.ante fi.&.ĩ.in.vi.
articu.prin.ij.membro.iij.q.ij.caſu pe.co. Illud bñ
verum & indubitatum eſt ꝙ vbi nulla fœmina exclu
dit̃ fruſtra tractatur de incluſiõe maſculi. xxi.q. Laus
deo. Mccccc. Aprilis.
9 SECVNDO quæro † an maſculi intelligãtur ad
mitti ſeu vocari de iure ciuili, an verò de iure præto-
rio.diſtinguendum eſt ex mente Bal.in rubrica.C.qui
admit.in.vi.q.in.pe.co.inter ſtatutũ populi vel prio-
rum populi vicem gerentium, & decretum Marchio
nis vel Ducis, vel pręſidis, aut alterius magiſtratus.
10 † Primò caſu dicit ꝙ ſi fiat ſtatutum à populo vel à
prioribus populi nomine & vice totius populi licet
cum preſidis auctoritate erit tale ſtatutum ius ciuile il
lius populi ita ꝙ ſucceſſio intelligetur deferri de iure
ciuili & hęreditas poterit perpetuò adiri, ſcilicet
11 iuxta.l.licet.C.de iure deliberan. † Secundò caſu di-
cit tale ſtatutum vel decretum dici ius prætorium
& ex eo hæreditatem deferri per bono.poſſeſſio.& ꝑ
remedia prætoria, nõ autem de iure ciuili, vt per Bar.
in.l.i.in.fi.ff.de bo.poſ.titulo generali, ſubdit Bal.
in.d.rubrica in.ix.q.ꝙ etiam vbi ſtatutum ẽ populi,
& quod ius ciuile appellatur poteſt hæreditas per re-
media pętoria acquiri & peti, quia pętor offert ſe &
ſua remedia cõmunicat etiam hæreditatibus à iure ci
uili delatis.l.i.ff.vt ex legi.ſena.ue.conſul. bo.poſ.
de.tanq̃ volẽs fauorem ſuũ ampliare cum omnis ſuc
ceſſio dicatur fauor, vt eſt ſm eum tex.notabilis in.§.
quos autem.inſtitu.de bo.poſ.& talis bo.poſ. nõ eo
minus dicitur conceſſa de iure pętorio immitatione
licet vbi à iure tñ pętorio defertur dicatur inuentio
ne concedi. Idem quod.ĩ.tenet etiam ipſe Bal.in.l.cer
tum.in.ij.co.verſi.ſequitur videre. de bon.poſ. col.
vij.C.unde cogna.quod autem dixit Bal. de ſtatuto
uel decreto condito à Duce uel Marchione.etiam uo
luit Bar.in.d.l.i.in fi.idem eſſe uolens in omnibus in-
12 ferioribus.inferens ꝙ † eſt neceſſe talem ſucceſſionem
agnoſci coram iudice, iuxta.l.fi.C.qui admit. & in-
tra annum vel centum dies iuxta.§.fi.inſtit.de bo.poſ.
&.l.i.ff.de ſucceſ.edi.ſequitur Ange.are, in.§.ſed iſte
in.iiij.col.inſti.de actio. & alios effectus colligere qs
poteſt ex his quę tradunt Bal.in.d.rubri.C.q admit.
in.vi.& nona.q.& doct.i.d.l.certũ vbi latè loquunt̃
& do.Bap.de ſancto ſeue.in repe.d.l.omnes populi.
in.v.q.principa. in antepe.q.cum ſeq.uer.huic qõni
annect.Bar.&c.ſequitur ipſe Ange.are.in.§.quos aũt.
13 inſtitu.de bo.poſ. † In conſuetudine autem inducen
te talem ſucceſſionem dixit Bald.in.d.l.certum.in lo-
co præallegato quod eſt ius ciuile.l.ex ea in fine.ff.de
poſtu. & conſequenter ſucceſſio defertur ſecundum
remedia & prouiſiones iuris ciuilis. facit § ex non ſcri
pto.inſti.de iure natu.gen.& ciui. Sed eſt aduertẽdum
ad id quod dictũ eſt de ſtatuto cõdito à prioribus noie
& uice totius populi, quia prout declarat Alex.in.l.
ſtipulationum.in prin.aliàs eſt.l.v.ff.de verbo. obl.
debet intelligi de talibus prioribus & antianis qui ex
ſtatuto vel conſuetudine habeant poteſtatem quã ha-
beat populus, cum de mero iure talem poteſtatem nõ
habeant, vt ibi per eum. Item quod dictum eſt de du-
cibus, marchionibus, & comitibus & alijs inferiori-
bus à principe, videlicet Papa uel Imperatore, ut eo-
rum ſtatuta uel decreta dicantur ius prætorium. intel
ligunt Ro.in.d.rub.C.qui admit.in.iiij.col.uerſi.no
no &c.& Alex.in.d.l.ſtipulationum. in prin. ut pro
cedat quando tales duces uel marchiones recognoſce
rent ſuperiorem, ſecus ſi non recognoſcerent ſuperio-
rem, quia ſua decreta habent uim legis ciuilis, ut ibi ꝑ
eos, quorum dicta nõ curo tranſcribere, & hanc puto
veriorem & magis communem opinio. & ſi quis co-
pioſius in materia videre uellet, poſſet recurrere ad ea
quæ dixit do.Andre.ſicu.in.d.rubr.C.qui admit.in
lxvij.col.cum pluribus ſequentibus uer. Itẽ dicit hic
etiam Bal.&c.poſt.Pa.& ſcribentes in.c.fi.de of.le.
& per Alex.& mode.in.d.l.ſtipulatio. & do.Bap. in
d.l.omnes populi.in loco pręallegato. & ibidem tra
ditur, maximè per do.Andre.ſicu.de ſtatutis conditis
ab habentibus dignitates eccleſiaſticas, de quorũ po-
teſtate in propoſito aliquid tradunt moderni in.c.i.
verſi.legatus de latere.de reſcript. Sed eſt aduertendũ
q a in ducibus & tales dignitates perpetuas tamen ha
bentibus adhuc eſt dicendum ꝙ eorum decreta & cõ
ſtitutiões dicantur ius ciuile & nõ pętorium, & illud
quod.ĩ. dictum eſt habeat locum in non habẽtibus di
gnitates & officia perpetua, ac non tranſmiſſibilia ad
poſteros & eorũ filios & deſcendentes, quaſi haben-
tes perpetua habeant iure proprio, & non tanq̃ com-
miſſa ſimpliciter & ſine vllo iure reali per no.ꝑ Ang.
in.d.l.ſtipulationũ.in princi.quod ibi ſequuntur Cu
ma.& Imo. facit quod dixit Bald. in.l.recepticia.in
i.columna.C.de conſti.pecu.dum voluit ꝙ comes in
ſuo comitatu magis aſſimiletur principi quàm pręſi-
di.& per hoc dicit eius decreta eſſe ius ciuile & non
pętorium. ad idem facit quod notat ipſe Bald.in.l.
programma.C.commi.vel epi.& Ange.in.l.vendi-
tor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædio.& Imo.in.c.ij.de
tranſlati.prælato.& iccirco. dixit Bal.in.l.more.ff.
14 de iuriſdi.om.iudi.quòd † præfecti ad tempus cẽſen
tur prætores, præfecti verò & habentes iuriſdictio-
nem iure proprio & in perpetuum poſſunt commitere
cauſas ſummariè & alterare formam iudicij q a cũ ha
beant iuriſdictionem iure proprio plus poſſunt, de

quo puncto tangunt copioſè moderni in.d.c.i.ver.
legatus de latere.de reſcri.& Laſ.in cle.ſæpe.i.col.de
verb.ſignifi.&.d.Iaſ.in.l.reſcripta.i.col.C.de pre-
ci.impe.offe.& tales habentes adminiſtrationem per-
petuam & iure proprio in eorum terris æquiparantur
imperatori & regibus,& ſicut Imperator poteſt vni-
uerſalem legem cōdere,ita iſti poſſunt particularē cō
dere etiam derogantem legi Imperatoris ac ſuperioris
faciunt nota.per glo.in.l.neq; pignus.ff.de regu.iuris
& in.l.i.§.qui.magiſtratum.ff.quod quiſ.iu.& quod
notat Bal.in.l.penul.C.de dona.inter virum & vxo.
dum dixit duces & marchiones non ligari eorum le-
gibus & eorum cōtractus habere vim legis ſicut prin
cipis,ſubdens quòd Bar.ita conſuluit inter duos ba-
rones.Idem quod.ſ.cōcluſi voluit ipſe Bal.in.§.ius
autem ciuile.ver.quinto quæro.ff.de iuſti.& iure.&
Ange.in conſil.cxc.aliàs.cxciij.incipien.in cauſa ac
cuſatiōis,& in rege,hęc ſunt minus dubia,quia vt di
xit Gui.de cu.in.d.§.qui magiſtratum.& Bal.in pro-
25 hemio ffeudorum in.ij.col.† Rex in ſuo regno æquipara
tur Imperatori.facit quod dixit Spec.in tit.de feudis
.§.quoniam de homagijs.verſi.xxxiij.& ſm Inn.in.c.
cum.p.tabellio.de fide inſtru.& Bal.in.l.ij.ff.de ori.
iur.à ſententia regis non licet appellare,quia in ſuo re
gno habetur pro lege,& cum habeat ſupremam pote
ſtatem & iuriſdictiōem nemo poſſet in melius reforma
re,quod procedit etiam ſi rex ſuperiorē recognoſcat,
& regnum teneat in feudum,nam licet reſpectu totius
regni & in vniuerſo ſit tantùm vtilis dominus & dire
ctum dominium exiſtat pœnes eū qui recognoſcitur
c.i.per quos fiat inue.c.i.§.rei.autē.de inue.de re.ali.
fa.&.c.i.§ præterea.de capi.cōtra.tamen reſpectu ſin
gulorum hominum regni ac iurium regni ſingulari-
ter conſideratorum ſeu quo ad ſingula generum ha-
bet plenitudinem poteſtatis & directam iuriſdictiōem
quam ſuo nomine exercet,& commoda iuriſdictio-
nis acquirit pleno iure ſecundum Bald.in dicto pro-
hemio ffeudorum.in.ij.col.notat Andre.de iſer.in.c.im
perialem.in.vij.colum.de prohi.ali.feu.per Feder.&
dixit Ande.de Iſer.in.c.i.in.iij.co.de vaſ.decre.æta.
26 quòd † rex in ſuo regno habet tantam vel maiorem
poteſtatem quàm Imparator in imperio,qui non trāſ
mittit imperium ad hæredes ſicut rex.c.licet de voto
& aliqua de rege tractat idē And.de iſer.in.c.i.de no.
for.fideli.& ſecundum Bal.in.l.exemplo.C.de pro-
ba.& in.d.prohemio ffeudō.& in.l.ea lege.C.de con-
di.ob cau.rex in ſuo regno dicitur imperator regni &
poteſt iudicare & ſcripturam ſuo ſigillo roborare.cū
in ſuo regno habeat ſuppremam poteſtatem,& ſecun
dum Bal.in auc.hoc amplius.verſi.quæro an filius re-
27 gis.C.de fideicom.† Rex in ſuo regno dicitur lex ani
mata,quia plus poteſt q̄ lex communis vel conſuetu
do,& quòd iſti duces & comites perpetui in eorū ter
ritorio cenſeantur ſicut Imperator in vniuerſo & to
to orbe propter dignitates perpetuò eis conceſſas,te-
net Pau.de ca.in conſi.ccxxv.incip.ſuper primo du-
bio.in.iij.col.& fi.in volumine antiquorum conſilio-
rum.ſecundum primam impreſsionem,quem refert
& ſequitur Alexan.in cōſi.ij.in.iij.columna.primo
volu.& in conſi.lxxxvij.incip.viſis codicillis.verſi.
qu inimmo plus reperio conſuluiſſe.ij.volumi.&.d.
And.ſicu.in conſi.xxiiij.In pe.co.li.volu.loquentes
de duce Mediolani,quē ducatū nunc tenet regia maie
ſtas franchorum &c.ſeu xp̄ianiſsimus Rex Ludoui-
cus.& fuit ſecundo adeptus per captiuitatem Illuſtriſ-
ſimi domini Ludouici Sfortiæ,qui Maurus nūcupa
tur,de quo etiam per Ange.in.d.conſi.cxciij.vbi di
xit q̄ comes virtutum dominus Mediolani cenſeba-
tur ſuppremus priceps,& poterat delegare de plenitu
dine p̄ratis omnem cām ſicut Imperator,& oia pote-
rat quæ ſibi placebant,ſequitur ipſe Ang.in.l.i.C.vt
lice.ſine iuſ.princi.Ex quibus puto magis cōlter ita eſ
ſe tenendum vt talium decreta & conſtitutiones dicā
tur ius ciuile & non prætorium q̄uis ſuperiorem re-
cognoſcat,licet Ro.in.d.rubr.C.q admit.in quarta
col.verſi.nono &c.& Alexā.in.d.l.ſtipulationum.
in prin.aliter ſenſerint,& in hac ſententia vidi quoſdā
modernos extitiſſe,& ita tranſit do.Bartho.ſoci.conſi.
cliij.Incip.pulchra & ſubtilis.vi.col.verſi.tangit ēt
i.volu.dicens q̄ ſtatuta illuſtriſſimi dn̄i marchionis
mantuani ſunt ius ciuile & nō prętorium,cum illa fa
ciat iure proprio & non tanq̄ vicarius alicuius prin-
cipis quem recognoſcat,quo caſu dicūtur ius ciuile,
ve per Ange.Imo.& Mode.in.d.l.ſtipulationum.in
princi.& Bald.in.d.l.receptitia.C.de conſtitu.pe.&
Ioan.and.in titu.de inſtru.edi.§ porro.in additio.inci
pien.hæc ſuſpitio.& fuit de mente Bar.in.d.repe.l.
oēs populi.in quarta.q.primę princip.nec iura allega
ta per Ro.& Alex.in locis prædictis probāt eorū opi
nionem,ſcilicet glo.in.c.i.in verbo obſeruetur.in tit.
ſi de inue.feu.inter.do.& vaſ.lis ori.ſ.q̄ talia ſtatuta
facta per habentes iuriſdictiōem iure proprio & tranſi
turam ad hęredes ſint ius prætorium & non ciuile,li
cet videatur æquiparare comites præſidibus cum nō
declaret de eorum perpetua iuriſdictiōe vel tempora-
li,& de ciuitatibus Venetiarum & Florentię & gn̄a-
liter de quibuſuis principibus inferioribus à papa vel
imperatore nō recognoſcentibus ſuperiorem vt in ip-
ſis ciuitatibus & eorum principatibus oia poſſint quę
poteſt Imperator in toto orbe videant̄.Bar.& Imo.in
l.infantē.ff.de publ.iudi.& bar.l.l.hoſtes.ff.de cap.
& poſtli.reuer.& in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab ordi.
fa.& in.l.quominus.in.ij.col.ff.de flumi.& l.liij.in
prin.ff.de mino.Bal.in.l.i.in fi.C.de her.vel.acti.ven.
& in.l.ij.C.de ſen.quæ ſine cer.quan.Saly.poſt Bal.
in.d.l.ea lege.Ant.de bu.& ſcribentes poſt eum.in.c.
p venerabilē.q fil.ſint legi.Io.an.in add.Spec.in tit.
de inſtru.edi.§ porro.& in.c.cū te.vbi ēt But.de re iu
di.Imo.in cle.ne romani.de elec.Pa.in.c.cum contin
gat.iiij.col.de foro.cōpe.& Alex.in.d.conſi.xv.ver
ſicu.& ſatis eſt.quinto volu.additis omnibus his quæ di-
xit.d.Fely.in.c.cum nō liceat.in.iiij.col.cum ſeq.ver
ſi cæterùm &c.de re iudi.Mccccc.In feſto ſancti Mar
ci die vigeſimoquinto Aprilis.

28 Non tamen obliuioni puto tradendum quòd † eo
caſu quo maſculi excludant fœminas per decretum
quod forſitā ſit ius prætorium,non t̄m dicentur de iu
re prætorio ſuccedere in portione à qua fœminas ex-
cludunt,verū ēt in portione quæ ſibi ex toto & inſo
lidum prętextu talis decreti defertur,propterea quia
ius prętorium adijciens iuri ciuili facit illud cenſeri
& effici prætoriū.l.ius autem ciuile.§ i.cū concor.ibi
traditis.ff.de iuſti.& iure.& tunc attendemus reme-
dia iuris prætorij.Sed cōtra hoc vltimum tenet domi
nus Bartholo.ſoci.in dicto cōſilio.cliij.vi.columna
primo volumine dicens q̄ portio quæ defertur virtu
te ſtatuti quod ſit ius prętorium propter vnionem
quam habet cum portione quæ defertur de iure ciuili
aſſumit ſibi naturam partis que de iure ciuili defertur,
vt ibi latius per Soci.in.d.vi.columna,cum præce-
denti verſi.præterea poſito &c.quod licet poſſet pro-
cedere in caſu ſuo vez tranſmiſsionis per alias rōnea
& propter ius accreſcendi.iuxta ea quæ dicētur.ī.eo.
artic.vij.q.non tamen puto q̄ per hoc ſit recedendū à
fundamento

fundamēto hic ꝑ me relato. Qua aūt actiōe petaẜ pars
debita perſonis nō excluſis patet ex ꝓdictis iūctis his
quę dixi.ſ.in.xi.articu.principali.i.q.& his quę di-
cam.ſ.i.viij.q.

19 TERTIO quæro † an fœminę excluſę faciāt par-
tem in legitima, & quāta tunc erit legitima non exclu-
ſorū, putà q̄a ſtatutū dicat q̄ ſtātibus maſcu. filię fœ-
minę ñ ſuccedāt & adſint quatuor filię fœminę & vnꝰ
maſculus. Nā dubitaẜ an ltima maſculi ſit triens tāq̄
fœminæ habeantur pro non exiſtētibus, an verò ſit ſe-
mis, tanquam excluſę faciāt partem maſculo & com-
putentur in numero filiorum ad calculandum legiti-
20 mam, vel quia † ſtatutum excludat dotatas ſiue mari-
tatas & adſint tres maritatę ſeu dotatę excluſę & vnus
maſculus vel duo & vna non maritata vel non dota-
ta non excluſa, an tunc legitima non excluſorum erit
triens vel ſemis iuxta illud quatuor aut infra dāt &c.
auc. nouiſsima. C. de inoff. teſta. Iſta quæſtio eſt pul-
chra & difficilis in qua pluries conſului, & eam ſubti-
liter & diffuſe examinat Ro. quem non vidi in cōtin-
gentia facti ab aliquo allegatū in.l.i.in vlti.char.ver.
vltimò ex prædictis. C. qū nō pe.par. & Fulgo.in.d.
auc. nouiſſima dixit dum haberet caſum pręmanibus
ſe neſcire quid conſulere, & ſuam dubitationē demon-
ſtrauit in conſi.xxvi.incip. ſtante ſtatuto. Et in ea poſ-
ſet fieri duplex conſideratio. Primò an augeant nume-
rum filiorum quādo ſtatutū filiā ſimpliciter excludit
& in nihilo agnoſcit. Secundo an pro parte ſibi per le-
gem vel ſtatutū pręſeruata fortè dotibus, partē faciāt
in computatione legitimę vel aliter. & q̄ augeant nu-
merum ita vt legitima ſit pinguior q̄ ſi non eſſent &
ſit ſemis vbi ſi non computarentur foret triens vt quā-
do computatis maribus & fœminis ſunt quinq; filij,
voluerunt Ange.in.l. papinianus.§ vnde ſi quis.ff.de
inoff.teſt.& in.l.prima.§ in primo in fin.commen.&
quod ibi notat Bal.C.de cadu.tollen.& idem Ange.
in.l.plane.§.ſi duobus.ff.de leg.primo, & Pau.de ca.
in.l.huiuſmodi.§ ſi titio.eo.ti.u.& in conſi.cclij.in-
cip. quoniam fundamentum.in pe.col.in fi.in volu.
antiquorum conſiliorum ſecundum primam impreſ-
ſionem cū modificatione tñ ſi aliquid pręſeruet putà
dos, aliàs ſecus, vt in col.pręce. & ita conſuluit colle-
gium paduanum in cōſilio infra allegando, quod vo-
luit quo ad reliqua ipſas filias excluſas haberi ꝓ mor-
tuis & extraneis, pro quo facit.l.i.§.ex tribus.ff.de cō-
tratabu. vbi duo ex filijs exiſtentes apud hoſtes, & ſic
ad ſucceſsionem inhabiles faciunt partem in legitima
vel hæreditate filio exiſtēti in ciuitate & ſic habili, ſed
poteſt reſponderi q̄ ibi ſperabantur illi filij ad partem
admitti. Ad idē facit quod no. Bald.in.d.auctenti.
nouiſsima.vij.q.& quod copioſè dicit Ro.i.d.l.i.in
antepe.col.cum ſeq. Contrariū tenuit Ang.in.d.auc.
nouiſsima.in fi.commen.& Imo.& Pau.de caſtr.ac
Franc.de are. qui dicit hanc eſſe communem opin.in
d.§.ſi duobus. pro quibus facit quia qui non admittiẜ
ad partem nec admitti poteſt per ſe vel alium, partem
non facit.d.§.ſi duobus.&.d.§.ticio.& idem tenet ip-
ſe Pau.de ca.in cōſi.cccclviij.inci.circa primū.in vo-
lu. nouorū conſiliorum ſecundum vlti. impreſsionē
in.ij.colū. nec enim iſtis filiabus excluſis debetur legi-
tima cum ab inteſtato non ſuccedant.l.quæritur.C.de
inoff.teſt. & in illis ſolis legitima debeatur qui exhæ-
redati querelam habent.l.quoniam in prioribus ibi
illud verũ quouſq; ſupuixerit maſculus, ſecus ſi poſt
eius mortem. Quartò non obſtat quartum argumẽ
tum, quia ſtatutum bene poteſt facere ꝙ quis decedat
pro parte temporis teſtatus &c. per ſupradicta, & eo.
modo reſpondeo ad quintum & ſextum argumentũ.
100 Non ob.ſeptimũ, quia fateor ꝙ † argumentum à
contrario in ſtatutis non debet ſumi ad correctionem
iuris cõis, vel alterius ſtatuti, quia iſte eſt ſenſus im-
proprius qui non cadit in ſtatutis &c. ſed in caſu no-
ſtro ex tali ſumpto argumento à contrario non corri-
gitur ius cõe, imò ad illud obſeruandũ iura interpre-
tari debent impropriè & abuſiuè vt eſt tex.not. ſecun
dum dñm Cardi. ibi, & immò. per tranſportationem
in.c.cauſamq;.de reſcrip.c.ad noſtram. de iureiure.
c.dilecto.de verb.ſig.facit.l.ij.C.de noxali. & eſt gl.
ſingu.ſecundum Lud.ibi in auc. ex teſtamento.C.de
101 colla.ergo † vt iſtud ſtatutũ exorbitans à iure reduca
tur ad conſonantiam iur.quod pariter vocat maſcu-
los & fœminas, vt.l.maximum vitium.C. de lib. prę
te.non erit incongruum ſumere argumentum à cõtra-
rio, quod diligenter no. Non ob.etiam vltimũ ar-
gu.quia reſpondeo illud procedere vbi ſtatutum ſim
pliciter loqueretur, non autem quando limitatè ad
tempus per ſupradicta. Decimoſeptimò quæro re-
102 tentis terminis prædictæ q̃ſtonis, † an viuente fratre
maſculo interim teſtamentum efficaciter valeat ita vt
ex illo poſſit adiri hæreditas.Bar.in.l.fina.ff.ad ter-
tul.& in.d.conſi.xi.tenet quòd non, mouetur primò
vt dixi in proxima.q.quia certum eſt quòd poſt mor
tem fratris filia poteſt impugnare teſtamentum, ergo
neceſſarium eſt dicere quòd teſtamentum fuerit nullũ
103 à principio & retrò quod probaẽ ſic, quia † ille præ
teritus poteſt dicere teſtamentum nullum, qui à tem-
pore mortis debebat iſtitui.d.l.ſi quis filio exhęreda-
to.&.ſ.dixi in proxima qõne. Sed ſi diceremus vi-
uo filio maſculo teſtamentum eſſe aliquod & nõ fuiſ-
ſe neceſſe inſtitui filiam, ergo ſequeretur ꝙ per filiã te-
ſtamentum non poſſet rumpi, cuius tamen contrariũ
apparet per ſupradicta, ergo oportet fateri quòd ho-
die appareat illam tempore mortis debuiſſe inſtitui,
& ſic teſtamentum retrò fuiſſe nullum.

Secundò adducit ſimile quod no. gl.in.d.§ & quid ſi
104 tm̃.vbi † ſi filius deportatus poſt mortem patris re-
ſtituitur, non tñ dicit teſtm̃ nullum niſi reſtituatur, vt
ex retrò, vt ibi dicit glo.in fi.ſic in propoſito aut iſta fi
lia dotata poſt mortẽ fratris incipit eſſe habilis ad ſuc-
cedendum ex cã, quia retrò non tenuit teſtamentum,
& tunc conſtat teſtamentum retrò fuiſſe nullum, aut
quia retrò tenuit teſtamentum, & tunc idem, quia ex
teſtamento quod ſperaẽ rumpi ex cã pręteritionis non
poteſt adiri.l.ſuus quoq;.verſi.& ideo.ff.de hære.in-
ſtitu.l.i.§.expectandi.ff.de bo.poſ.ſm tab.ſed iſtud te
ſtamentum eſt hmõi, ergo concluditur ꝙ fuit nullum
retrò, ſaltem ex eo ꝙ ex dicto teſtamento non fuit adi
ta hęreditas, nec ſuus hæres extitit.

Tertiò ſimile videmus in filio pręterito qui quouſq;
eſt apud hoſtes nõ poteſt dicere nullum.tamen poſtea
reuerſus rumpit vt ex retrò, vt no.in.d.§.& qd ſi tm̃.

Quartò in terminis hoc eſt quaſi expreſſum in.d.l.
æquiſſimum.ff.de bo.poſ.ſecundum tabu.vbi dr̃ ꝙ
105 † ꝙdiu ſupereſt aliquis qui poſſit venire per contrat.
ſi iſte eſt excluſus morte vel alio modo, certè tunc in-
ſtituti in teſtamento venient per ſecundum tabula. ſic
erit in caſu noſtro, quia ſtatutum diſponit ꝙ ꝙdiu ſu
peruiuit maſculus non veniat fœmina, modo pone
ꝙ illi qui poſſunt venire per contratabu. ſunt excluſi
morte vel alio modo, certè tunc inſtituti veniunt per
ſecundum tabulas, non quòd ex tunc confirmetur te-
ſtamentum, ſed tanq; retrò valuerit teſtamentum, li-
cet eo tempore.i.retrò venire non potuerint, ita ergo
erit ꝙ iſte debeat expreſſè venire quaſi ex retrò teſtamẽ
tum fuerit nullum, non quaſi hodie annulletur quòd
etiam ſignificatio illorum verborũ ꝙdiu &c. impor-
tat vt ibi habetur.

Contrariã tamen ſententiã tenuit Bal. in.l.ſi auus.
C.de.libe. pręte. dicens Franciſcum tigri. de piſis &
Collegium florentinum ſic conſuluiſſe. primò quia
ſtatutum poteſt facere filium eſſe hæredem vſq; ad tẽ
pus & poſtea deſinere eſſe hæredem ipſo iure auct.hoc
amplius.C.de fideicommiſ.not.in.l.in. ſubſtitutione
ff.de vulga.& pup.facit inſtitu.de eo cui liberta. cau
ſa bona adijciuntur.§ fi.
106 Secundò † ſtatutum poteſt facere quòd filius dum
viueret ſit patri hæres ex teſtamento & poſtea deſinat
eſſe hęres & extinguatur cauſa teſtati, & filia ſuccedat
patri in portione ſibi debita ab inteſtato, ſic dicitur in
milite qui permiſſione legis poteſt teſtatus decedere
vſq; ad tempus & poſtea inteſtatus lege miles ita in
principio.ff.de teſtamen.milit.cum ergo prædictum
ſtatutum prohibeat filiam ſuccedere vſq; ad tempus
vitæ fratris, videtur permittere quòd poſt tempus
ſuccedat dicta.l. imperator. de poſtulando, & per
conſequens rumpat.l. illud.§.primo.ff.de bonorum
poſſeſſione contratabul. & ſic filius dum viuet erit
hæres ex teſtamento, poſtea verò filia ſuccedet ab inte
ſtato, quoniam ſtatutum ſolùm infringit regulam iu-
ris communis, ſcilicet lege maximum vitium.C.de li-
beris præteritis excludendo filiam ad tempus vitę fra
tris poſtea reintegrando illam ad ſucceſſionem.argu-
men.l.ſtatuliberum §.ſtichum.de legatis ſecundo, &
ideo frater maſculus interim verè erit hęres in ſolidum
ex teſtamento & nõ filia, ſed mortuo ipſo fratre redit
107 res ad cãm iteſtati ex defectu ꝑteritiõis filiæ, † & ſic
cauſa finalis q̃ medio tp̃e filię ꝑſtabat obſtaculum de
ficit ꝑ mortẽ maſculi, ita ꝙ fœmina põt ſuccedere ſine
obſtaculo vt ex nũc.i.p⁹ reuocationẽ finalis obſtacu
li.& ad rões bar. rñ.bal.vbi.ſ. ꝙ ꝓcedũt, vbi eſſem⁹
in terminis iuris cõis, ſed nos loqmur in caſu ꝓuiſo à
ſtatuto cui⁹ mẽs eſt quã.ſ.dixi, & cũ iſta opini. bald.
contra bar.trãſit Saly.et Pa.de ca.in.d.l.ſi auus. ꝙ
ẽt ſniam ſecutus eſt ipſe bal.l.i.d.ſi qs filiũ.C.de inoſ.
teſta.& in.c.i.§.i.epiſcopum vel abbatẽ in vſi.feu.an
ge.in§.ſi qs aũt.in auc.de hære.& fal.Pa.de ca. in.l.
ſi quis

ſi quis poſthu.§.ſi filiam.ff.de lib.& poſthu. Aduer
te tñ q̃ licet cõis opi.videatur contra Bar. modernus
tñ Imolenſis in.d.l.ſi auus.ſuſtinendo opinionẽ bart.
dicit non eſſe reſponſum ſuę rationi quã adducit ipſe
Bar.in.l.ſi.ff.ad tertul.in fi.col. Nã licet opi.bar.non
pcederet vbi ſtatutum diſponeret cõtrarium per rõnes
ſ.deductas p bart.tamen in q̃ſtione noſtra negat bar.
108 ſtatutum diſponere contrarium, † quia diceret diſ-
poſitum contrarium qñ ſtatutum diſponeret circa te-
ſtamentũ, vt putà ſi diceret q̃ filia dotata non poſſit
rumpere teſtm̃ quouſq; vixerit maſculus, & hoc caſu
pcederet opi.bal.& ſequatium per.d.miles ita, ſecus
eſt qñ ſtatutum non diſponit circa teſtm̃, ſed ſolũ cir-
ca perſonam filiæ.ſ.q̃ nõ ſuccedat quouſq; extat maſ
culus. Tunc.n.qa poſſibile eſt q̃ filia prę̃terita in teſtõ
aliquo caſu & tempore.ſ.poſt mortem maſculi pote-
rit ſuccedere, & ſic rumpere teſtm̃, iõ interim teſtm̃ de-
bet eſſe in pendenti, & ſic ex eo non debet poſſe adiri
hæreditas, & per conſequens rumpetur vt ex retro ſi
cut in ſimili dictum eſt quando poſthumus vel fili⁹
exiſtens apud hoſtes eſt p̃teritus.l.penulti.ff.de lib.&
poſth. &.d.l.ventre. Et pondera diligenter hanc rõnẽ
bar.quia null⁹ ex tenẽtibus cũ Bal. ad illã aduertit, &
ſic ſuſtentabilis eſt opi.bart.cogita tñ p̃ auctoritates
109 alioꝝ. Circa p̃d.cta ſucceſſiuè quęritur † an ſi filia
fœmina p̃terita viuo fratre inſtituto moriatur trãſmit
tat ius ſuccedendi ad hæredes ſi poſtea decedat maſcu
lus ſtante ſtatuto, de quo.ſ.Bart.notabiliter in.l.fin.
ff.ad tertul.concludit q̃ ſi iſti hęredes filię vellent ve
nire ex perſona eorum matris, & ſic iure tranſmiſ-
ſionis, non poſſunt, quia cum hęreditas non eſſet dela
ta matri viuo fratre non potuit mater tranſmittere etiã
ius deliberandi.l.cum antiquioribus.C.de iure deli.
Sed ſi vellent venire ex perſona ſua ſi eſſent nati tẽpo
re aui poſſunt.l.i.§.ſi quis proximior.ff. vnde cognati
cum Bart.quo ad primum membrum.ſ. q̃ iſti hęre-
des non poſſint venire iure tranſmiſſionis ex perſo-
na matris tranſit notabiliter Imola in.d.l.ei qui ſol-
uendo pro quibus facit, quia tale ius dicendi nullum
viuente fratre interim eſt conditionale vel in diem in-
certum, ergo non tranſmittitur.l.hæres meus.&.l.q-
bus diebus.§.quidam titio.ff.de condi.& demõ.

Prę̃terea vt.ſ.dixit Bal.& ſequẽtes iſte filius interim
efficaciter eſt hęres, ergo filia non habet ius deliberan-
110 di & adeundi & ſic nihil trãſmittit, † qm̃ oportet il-
lum qui tranſmittit hẽre vel ius deliberandi vel ius ad
eundi.l.ſuus.C.de repu.hę̃.nã q nihil habet nihil trãſ
mittit.d.l.cum antiquioribus cum vulgaribus. facit.
c.quod autem.de iure patro.Contrariam tñ ſententiã
tenet Bald. in.d.l.ſi auus.quia ſi teneremus opi.bar.
de qua.ſ. q̃ teſtm̃ fieret retro nullum, tunc ſine dubio
tranſmittit quia caſus legis eſt q̃ ius tranſmittit licet
deceſſerit añq̃ de nullitate potuerit agere.l.ſi poſthu-
mus.ff.de libe.& poſthu.ſed ſi tenemus q̃ interim te
ſtamentum valeat cum effectu, tunc non fiet trãſmiſ-
ſio iuris dicendi nullum, ſicut non fit quando poſthu
mus prę̃teritus deceſſit viuo teſtatore, qa tale ius ad-
hoc non eſt in potentia effectuali ad aliquid, tu aduer
te ſm̃ modernum Imolenſem in.d.l.ſi auus.quia.d.l.
ſi poſthumus.non obſtat contra Bar.quia ibi non di-
111 citur quòd † filius decedens añq̃ inſtitutus in primò
gradu repudiet tranſmiſerit ad ſuos hæredes ius dicẽ-
di nullum gradum ſubſtitutionis à quo ipſe erat p̃teri
tus, imò in illo caſu non ſuccedunt hę̃des filij iure trãſ
miſſionis, ſed ſuccedunt ab inteſtato iure proprio, qa
erant proximiores teſtatori tempore quo teſtamentum
deſtituitur.l.tempore quo inſtitutus hæres in primò
gradu repudiauit, vt eſt tex.in.l.ſi quis poſthumos.§.
ſi filium.ff.de libe.& poſthu. Item quo ad ſecundum
membrum Bar.dũ dicit q̃ hę̃des filiæ p̃teritæ ex eoꝝ
pſona poſſunt venire.aduertendum eſt q̃ bal.in.d.l.
ſi auus.& Imo.in.d.l.ei qui ſoluendo. reprę̃hendũt
112 Bar.quia † cũ tp̃e mortis aui iſtos filios filię p̃teritę,
p̃cederent filius maſculus & filia ipſa prætermiſſa teſta-
toris non poſſunt filij filię p̃teritę rumpe teſtm̃.l.ſi qs
filio exhæredato.ſ. allegata.&.d.§.ſi filium. vñ cum
tp̃e mortis filię p̃teritę adhuc extaret fr̃ maſculus non
eſt pſona quę poſſit rũpere, & in hoc cũ bal. & Imo.
ſtat.mod.Imolenſis in.d.l.ſi auus.Quæro iuxta præ
113 dicta, pone † pater habens filiam dotatã illã p̃terijt et
maſculũ inſtituit adiecta clauſula codicillari in teſtõ
ſi non valet via teſtamenti valeat oi via mõ &c.Con
tingit q̃ filius inſtitutus deceſſit ſupſtite filia p̃terita q̃
dicit teſtm̃ nullũ, an virtutę clauſule codicillaris p q̃
veniens ab inteſtato debet reſtituere hæreditatem hære
di ſcripto.l.ſi qs cũ nullũ.ff. de iure codicilloꝝ.l.ex
ea.ff.de teſta.no.in auc.ex cã.C.de lib.prę̃te. p bar. in
l.i.ff.de iure codicilloꝝ. dicat filia grauata reſtituere
hę̃ditatẽ hęredibus filij maſculi p̃mortui.bar.q hanc.
q.habuit de facto in.d.l.ſi.ff. ad tertul.tenet q̃ ſi tene
mus dcm̃ teſtm̃ viuo filio valuiſſe, ſed poſt eius mor-
tem annullari conſtat q̃ illa clauſula ſi non valet &c.
habuerit effectum poſt mortem filij maſculi, & ſic eo
viuo non ceſſit dies fideicõ.ergo eius hæredibus non
debetur, ſed remanet pœnes filiam grauatam.l.vnica
§.ne aũt.C.de cadu.tol.l.ſi in pſonã.C.de fidicõ.ſed ſi
tenem⁹ teſtm̃ retrò fuiſſe nullũ vt tenet bar.et.ſ.dixi tũc
qa retrò cedit ẽt dies fideicõmiſſi, filia hæredibus filij
maſculi tenebitur reſtituere, & idẽ tenuit bar.in.d.cõ-
114 ſi.xliij.inci.ſu p̃p̃dictis.dicẽs q̃ † iſta filia ſic grauata
reſtituere detrahet ſuam legitimam in qua computabit
dos ei data & legata ſibi facta.l.qm̃ nouella.C.de in-
offi.teſt.trebellianicã verò non detrahet, quia cum eo
tp̃e teſtm̃ ſit nullum & ſtatim cogatur reſtituere & nõ
ſub conditione vel in diẽ incertũ non poſſunt detrahi
duæ quartæ, qa cõis eſt opi.q̃ tunc demũ filius graua
tus detrahit duas quartas qñ grauat ſub conditione,
vt no.gl.in.l.q̃q̃.C.ad leg.fal.& notat in.l.papinia-
nus.§.ſed nec impuberes.&.§.meminiſſe.ff.de inof. te-
ſta.& in auc.de hære.& fal.§.ſi quis autem non implẽs
& ſic loquitur.c.raynutius.&.c.raynaldus.ſ.de teſt.
vt inquit Barto.in.d.conſi.

Tu adde quòd eandem communem diſtinctionẽ te-
nent Barto. Bald.& Ange.in.d.§.meminiſſe dicentes
quòd communis conſuetudo mundi ſic ſeruat, idem
tenet glo.& Ang.in.l.prima.§.interdum.ff.ſi cui pluſ
quam.per.l.falci.& not.per Barto.in.l.filium quem
habentem.C.fami.her.& in.l.iubemus.C.ad trebel-
lian.& in dicta.l.quoniam nouella.& in.l.ſancimus
in princi.in.v.notabili.C.de inof.teſtõ.& in.l.ſi arro
gator.in ſeptima opi.ff.de adop.Ang.& Imol.in.l.
cohęredi.§.cum filię.ff.de vulga.& pupilla. Ange. in
l.prima in princi.& in.l.in ratione.§.quod vulga.ff.
ad leg.falci.Hoſten.in ſumma de teſta.§.qualiter infir-
matur.in fi.& ſequitur Ludo.in conſi.cxxxv.inci.p
deciſiõe quæſitorũ Bal.tamen & Saly.in.d.l.ſi auus.
& Bald.in.d.l.ſi quis filium.& Imo.in.d.l.ei q ſol-
uendo.tenent contra Brto.quia teſtamentum toto tp̃e
vitæ fili maſculi fuit efficaciter validum ſecundum
115 opinio Bal.& communem.ſ.relatam, † & ideo viuo
ipſo filio non fuit verificata conditio clauſulę codicil
laris, ſed fuit verificata poſt eius mortem, qa tunc rũ-
pit teſtm̃ ob prę̃terionẽ filiæ ſuperuenientis, ergo cũ fili⁹
deceſſerit anteq̃ fuerit verificata cõditio dictę clauſulę

non potuit ipſum fideicõ.tanq̃ conditionale trãſmit
tere.l.vna.§.ſinaũt ſub conditiõe.C.de cadu.tol.not.
in.l.I.C.de his qui añ ape.tab.Moder.tñ Imolenſis in
d.l.ſi auus.tenet opinionem bart.ga verioe eſt opin.
Bal. q̃ teſtm̃ ab initio fuerit nullũ etiã viuo filio maſ
culo adeo q̃ ex eo non potuit adiri hr̃ditas, vt.ſ.con
cluſi,& ſic cum conditio ſit verificata viuo maſculo
quia conſtat ex.d.teſtamento hr̃ditatem amplius adi-
ri non poſſe,conſequenter q̃ teſtator deceſſit inteſta-
tus.inſtitu.de hære.q̃ ab inteſt.in prin. &.l.I.ff.de in
iuſt.rup.ſequitur q̃ filius maſculus p̃moriens ius ta-
le fideicom.ad ſuos hæredes tranſmittit, hæc tñ deci-
ſio dependet à virtute eorũ quæ dicta ſunt.ſ.in.xvij.
116 q.&c. Vigeſimò quæro † ſtante themate p̃dicti ſta
tuti q̃ fœmina excludatur q̃diu ſupſit maſculus , an
filia audiaẽ petens cautionẽ à filio de non diſſipando
bona,& de hr̃ditate reſtituẽda ſi caſus euenerit q̃ de-
cedat ſine filijs bar.in.l.fi.ff. ad tertul. mouet q̃õnẽ &
non decidit,ſed dicit cogita.Tu dicas q̃ decidi poteſt
ex not.in.l.in oibus.ff.de iudi.&.l.dedi.in prin.&.l.
ſi pecuniã.ff.de conditi.ob cauſ.per glo.& pulchrè p
bal.in.l.ij.verſi.nec cogitur.ff.ſo.ma. & gl. in.l.ſiue
apud acta.C.de tranſac. Vigeſimoprimò & vltio
quæro quia ſepe numero ſtatuta excludentia fœminas
dotatas diſponunt ſic q̃ filia dotata aduerſus fratres
vel eorum hr̃des regreſſum habere non poſſit. Quæ-
117 ro † qui veniant appellatione hr̃dum.Et ad intelligẽ
tiam ſcias q̃ hoc nomen hr̃es gñale eſt compræhen-
dens omnes ſucceſſores.l.hr̃dis appellatiõe.ff.de ver
bo.ſig. & ſic tam venientes ab inteſtato q̃ ex teſtõ,tã
ſuos q̃ legitimos & ẽt extraneos,niſi de mente diſpo-
nentis eſſet ſolùm deſcendentes compræhendere, vel
niſi mentio hæredis fieret in materia ad extraneos nõ
tranſmiſſibili ſm Pano.in ca.in quibuſdã.ẽ.de pœ.
per glo.ibi notabilem.& Barto.in.l.gallus.§ & qd ſi
tm̃.ff.de libe.& poſth. & bal.in.c.i. de alie.feud.in
ij.col.quinimò verbum hr̃s compr̨ehendit nedũ pri-
mum,ſed etiam oẽs alios ſucceſſores.l.hæredis appel
latione.ff.de ver.ſig.& ſic tam venientes ab inteſt.q̃
ex teſtõ de quo in.l.fi.C.de hr̃di.inſti.per barto.in.d.l.
gallus.§.etiã. facit.l.iij.ff. de iure immunita.l. ſtipulatio
iſta.§.interdum.ff.de verb. ob. & pulchrè bal.in.c.ſi
pr̃.ĩ.de teſta.e. li.& in.l.maximũ vitiũ.C.de li. p̃te.
Bal.in.l.alimenta.& in.l.in cũ vnus.ff.de ali. leg.&
l.i.annalib⁹.C.de leg.no.bar.in.l.liberorũ.ff.de ver.
ſig.p gl.in.c. rayn.de teſt.& in.c.ij.ẽ.de ver.ſig.in fi.
vbi p do.Ant.& Cardi.florentinum,imò fortius ap
pellatione hæredis venit fiſcus ſm Bal.in.d.c.ſi pr̃. q
allegat gl.in.l.ex facto.§.fi.ff.ad treb.& in.l.iij.C.ad
ad.leg.iul.de vi publica. & in.l.non intelligatur.§.cũ
ex cauſa.ff.de iure fiſ.& in.l.nouatio.ff.de nouatio.
ſequitur Pe.de anch.in.c.vbicunq;.ĩ.de pœ.eo.lib.
118 Aduerte tñ quia glo.no.in.l.I.C.de bo.libe.† dicit
q̃ fiſcus venit veluti hr̃s extraneus,& notat.Ludo.in
ſuo conſi.xciij.inci.viſis quę ſuperius cõſulta.& bar
to.in.l.inter omnes.§ fiua.ff.de fideiuſ.in.l. quotiens.
§.fina.ff.de noua.in.l.cum fiſco.ff.ad ſilleia . nam p
priè fiſcus dicit̃ poſſeſſor.l.i.§.an bona.ff.de iure fiſ.
appellatione hęredis tamen non venit ſucceſſor de iu-
re prętorio.gl.eſt in.l.hęredes.& in.l.hęreditas.C.de
verbo.ſigni.ſecundum Pet.de ancha.in.d.c.vbicũq;
allegantem Bar.ita velle in eius tractatu de ſubſtitutio
nibus.Item appellatione hæredis non venit fideicom
miſſarius vniuerſalis qui licet effectualiter ſit hæres.l.
ſi filius.ff. quod cum eo .l. poſtulante. in fine .ff.ad
trebel. non tamen eſt hæres,ſed eſt ſimilis hęredi §.inor
dinatum.in auc.de hære.& fal.col.i.ſm bal.in.d.c.ſi
pater.& Pet.de ancha.in.d.c.vbicunq; .
An autem monaſterium veniat appellatiõe hæredis
dic q̃ ſic.c.in præſentia.ẽ.de p̃ba.no.in auc.niſi roga
ti.C.ad trebel .
Sed an appellatione hęredis veniat ſingularis ſucceſ
ſor putà legatarius vel ſimilis dicitur q̃ ſic per.l.in cõ
uentionalibus.ff.de verb.obli.
119 Contrarium tñ teneas,quia † hæreditas eſt ſucceſ-
ſio in vniuerſum ius.l.hæreditas.ff.de verbo.ſignifi.
ad.l.in conuentionalibus.ſecundũ bal.in.d.c.ſi pater
dicas ibi ſpeciale eſſe.An autem appellatione hæredis
veniat aſcendens,videtur q̃ ſic,quia regulariter ver-
bum hęres ſignificat omnem directò ſuccedẽtẽ in vni
uerſum ius quod defunctus habuit .l.fi.C.de hær.in
ſti.l.ſub diuerſis.§.i.ff.de condi.& demon.l.quędam.
§.his autem.ff.de æden.ſed hoc intellige verum eſſe in
cõtractibus & in legibus,ſecus vbi verbum hęres ap
ponitur in vltima voluntate in ſubſtitutiõe , quia tũc
non ſignificat alios quàm deſcendentes ſecundum
Specula.in titu.de teſtamentis.§.in primis .verſicu.fin.
quem ſequitur bald.in.c.I.de natura alie.feudi.quod
eſt bene notandum .
120 Et iſta faciunt ad notabilem q̃õ.ſ. † an ſi feudum
fuerit cõceſſum pro me & hr̃dibus meis quibuſcunq;
an poſſim extraneo legare, et ſic tranſeat in ſingularẽ
ſucceſſorem in hac.q.reperio bal. variaſſe, nam in.c.
i.§.donare.qui.mo.feu.alie.poſ. arguit pro & contra
Et primò videtur q̃ ſic,quia legatarius eſt quodãmo
do hr̃s.l.id tp̃s.§ i.ff.de vſuca.In cõtrariũ facit ga vẽ
q̃ imò veniat ſucceſſor ab inteſtato . ar.l.ſi quãdo.in
princi.C.de inof.teſta. & ideo vxor quę ab inteſtato
venit auctẽ. præterea.C.vñ vir & vxor.hoc caſu cõ-
pręhenderet̃ appellatiõe hæredis, quod tñ ſibi nõ pla
cet,quia eſſet impropriare feudum in duobus.Primò
ratione hęredum qui non ſunt agnationis communis.
Secundò ratione fœminę regulariter prohibitę in feu
121 dis ſuccedere,quod fieri non debet † ne duo ſpecialia
ad eundem effectum cauſandum concurrant. arg.l.i.
C.de do.promiſ. vnde illa dictio q̃buſcũq; reſtringi-
tur hoc caſu.l.I.C.de ſac.ſan.ecc. no.in.l.i.§.nuncia-
tio.ff.de op.no.nũ.& in.l.i.ff.ſo.ma.& hoc dcm̃ bal.
refert Ludoui.in.d.l. id tempus . licet dicat ſe ibi hoc
non examinare .
Sed ſecundo loco idẽ Bal. in.l.I.ff.de rerum diuiſio.
in.xxiiij.q.tenuit expreſsè cõtrarium dicens q̃ ſi quis
acceperit feudum pro ſe & hęredibus ſuis quibuſcũq;
122 q̃ † illa dictio quibuſcunq; porrigit feudum ad oẽs
hęredes etiam extraneos p tex.notabilem in.c.i. de feu
do non habente propriam naturam. & ita cum bald.
ſtat Lu.in.l.etiam.in prin.ff.ſo.ma.Qđ minus dubiũ
haberet ſi inueſtitura diceret,p ſe & ſucceſſoribus qui-
buſcũq;,quia bal.in.c.i.in princip.verſi.quid ſi com
miſſum eſt.de prohi.feu.alien.per Fede. inquit quòd
ſi recipio feudum pro me et ſucceſſoribus quibuſcũq;
q̃ iſta verba nõ ſolũ cõpręhendunt tria genera hęredũ
ſ.voluntariorum ſuorũ & neceſſariorũ tm̃ , de quib⁹
inſtitu.de hære.quali.& diffe.in prin.ſed etiam conti
nent legatarium.l.quædam.§.hijs autem.ff.de ędendo
quoniam legatarius in re legata quodãmodo ẽ hæres
d.l.id tempus.§.i.pro quo licet nõ alleget. facit.l.i.§.p
mittitur ibi qualitercunq; hæredem & ſucceſſorem.
ff.de aqua quoti. & æſti.
Secundò facit text . iuncta gloſſ .in verbo quibuſ-
cunq;.in clemen.i. de iudi. vbi illa verba quibuſcũq;
non ſolùm clericos ſed & laicos compręhendunt , &
ſic alteratur natura actus per iſta verba prægnantia
ad quod ſolet allegari gloſſa,in verbo omnimodo.in
cle.ſ.

cle.l.de vita & hone.cle.& in cle.i.in verbo quæuis.
de re iud.in cle.i.in verbo diœceſanus.de iurepatr.In
cle.ne in agro. in verbo oẽs & ſinguli. de ſta. mo.in
cle.i.de ſenten.excõ.no.bal.in auc. ſed cum teſtator
C.ad leg.fal.bar.in.l.baiiſta.ff.ad trebe.in.l.i.C. de
ſac.ſa.ec.in.l.decem.ff.de ver.ob. in.l.gręce.§ illud
ff.de fideiuſ.in.l.rogo.ff.de fideicom.lib.in.l. ex fa-
cto.ff.ad treb.in.l.lucius.ff.de vulg.& pu. Tertiò
tñ loco ipſe bal.in.l.cum virũ.in fina.col.C.de fidei-
123 com.in verſi.ſed pone.Inquit ꝙ† ſi feudũ eſt familia
re & accipio illud ꝓ me & familia mea, an tale feudũ
veniat in reſtitutione fideicommiſſi concludit ꝙ non
niſi fideicõmiſſarius eſſet de familia vaſſalli vel i ea al
124 le.l.quia ꝑinde.ff.ad treb.nã licet† iura ſepulchrorũ
& iura patronatus nullo mõ veniant in reſtitutiõe fi-
deicommiſſi, quia non concernunt corpus hr̃ditatis,
ius tamen tale feudi veniet in ipſa reſtõne, & intelligit
ibi Bal.feudum dici familiare ſi accipiatur ꝓ ſe & hr̃-
de ſuo maſculo, nã ex hac dictiõe maſculo natura feu
di ſignificatur. aut eſt feudũ hereditarium.ſ.ꝙ quis ac
cipit ꝓ ſe & hr̃dibus ſuis ꝗbuſcunq;, nã per hanc di-
ctionem quibuſcunq; feudũ extendit ad omnem hæ-
redem, & tunc veniet in reſtitutiõe fideicommiſſi ſicut
cætera bona.alle.no.in.d.c.i.de feu.non haben.ꝓpriã
naturam, nam & fideicommiſſarius vniuerſalis hęres
eſſe videt.l.q̃rebatur.ff.de teſta.mili. poſtea verò bal.
ibi vr̃ ab hac opi. recedere ſub verbo tñ fortè.& dicit
ꝙ iſta dictio quibuſcũq; debet referri ad habiles & ſic
agnatos, nõ autem prorſus extraneos, mihi magis pla
cet opi.Bal.in.d.l.i.cogita tamen.

125 Quandoq; tñ† hoc verbum hæres ad ꝓximum hæ
redem refertur.l.cũ patronus.§.ij.ff.de ope.lib.l.q libe
ris.§.i.ff.de vul.& pup. Q̃nq; accipit pro deſcendẽ
tib⁹ tm̃ maſculis & fœminis.d.l.ex facto.§.fi. Q̃nq;
ꝓ maſculo tm̃.c.i.de natura ſucceſſiõie feudi.no.bar.
in.l.gallus.§ et.ff.de li.& poſth.& bal.in.l.liberti.C.
126 de operis libertorum. † Qualiter autem accipiatur
in materia noſtri ſtatuti.ſ.an ꝓ deſcendẽtibus tm̃ vel ꝓ
oibus hr̃di⁹ ſiue ex teſtõ ſiue ab inte. venientibus ope
ꝓciũ ẽ intelligere. Et primò videt ꝙ dcã filia dotata ex
cludatur per omnes hr̃des vocatos ex teſtamento pa-
tris, qm̃ per dcm̃ ſtatutũ tollitur ſuitas & impedit do
minij continuatio quæ aliàs fit de patre in filium & fi
liam.l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.& no.bal.in.l.maxi
mum vitium.C.de lib.præ.quod maximè ꝓcederet,
iubendo filiam eſſe cõtentam dote, ita ꝙ nullũ habeat
regreſſum ad paternam hęreditatem, quo caſu ſtatu-
tum videt illam exhæredare.l.qui volebat.ff. de hæ-
re.inſti.vnde cum impediatur dcã ſuitas & dñij cõti
nuatio, pater hoc caſu liberam habet teſtandi faculta-
tem in quoſcunq;, & prout voluerit ꝙ etiã confirma
ret ex verbis ſtatuti dicentis filiã non hẽre regreſſum
&c.niſi eiuſ parẽtes in eorũ vltimis voluntati. aliud
voluerint ordinare, per quæ verba cõſtret dcm̃ ſtatu
tum loqui in caſu quo pater condidit teſtamentum,
quo caſu vult ſtatutũ ꝙ filia dotata nihil habeat præ-
ter vel contra voluntatem patris de eius hr̃ditate, ſed
tm̃modo ſecundum eius voluntatem, & ſic illud qđ
127 ipſi filię dotatæ relinqueret per parentẽ. † dictio enim
niſi exceptiua eſt, vt eſt gl.in.l.teſtium.C.de teſtibus.
no.in.l.actionem.C.de.tranſac.per Bart.in.l.i.ff.de
condi.& demon.ꝑ bar.in.l.& ſi poſt tres.& in.l.ſi eũ
128 §.iniuriarum.ff.ſi quis cautio.† & exceptio licet non
ampliet neq; dilatet regulã, vt eſt tex.not. ſm Bart.in
l.generali.§.vxori.ff.de vſufru.lega.& ſequit Pe.de
anch.in rub.de re.iu.in.vi.& in.c.ij.de offi.vicarij.
eo.li.& in.c.i.ĩ.de priuile.Lud.ro.in conſi.cccLxxix.
luci.circa primum.& in conſi.cccclxl.quod inci.In
eo quod q̃ritur & in conſi.cvij. inci.circa id quod q̃
ritur.ipſa tamen exceptio declarat regulam, & illã fir-
mat habere locũ in caſibus nõ exceptuatis.l.nã quod
liquidè.§.fi.ff.de penu.leg.§.vt aũt.in auc. de nõ alie.
l.quęſitũ.ff.de fun. inſtru. & ſic apparet ꝙ hoc ver-
bum hęres includit oẽs vocatos in teſtõ patris.ſimili-
ter credo ꝙ etiã includat venientes ab inteſta. ſed non
omnes, ſed ſolũ fratres filię dotatę & alios qui appel-
latione fratrum continentur. & qui ſint iſti plenè dixi
ſ.in.iij.& ij.princip.q. Cæteri verò venientes ab inte
ſtato non includunt in ſtatuto, nec ꝑ illos filia dota-
ta excluderet à ſucceſſione patris inteſtati, moueor ṗ
mò quia cum tp̃e mortis patris morientis ab inteſtato
ſuperſit filia non põt dici ꝙ alius exiſtens in vlterio-
ri gradu quàm filia illã excludat cum illa non ſit hæ-
res, & ſic non comprębendatur à ſtatuto, immò ipſa
cũ ſit filia ſtatim mortuo pr̃e ipſo iure hr̃s efficitur.l.
neceſſarijs.cum ibi no.ff.de acqui. hære. plenè no.in
l.ventre.ff.eo.ti.& in.l.apud hoſtes.C.de ſuis & legi.
Adeo ꝙ inter mortem teſtatoris & imixtionem filiæ
in hęreditate paterna non eſt dare medium, vt not. in
l.fi.ff.de condi.inſti.ſi ergo filia eſt hęres alius nõ po-
teſt effici hęres nec dici, quia dicit gl.in verbo quod
aũt & eſt finalis.in ca.cor.epiſcopi.lxviij.di.ꝙ ſi re ṗ
ueris nec nomen habere mereris.facit.l.quod verò cõ-
tra.§.vni duo.ff.de re mili.l.inter agnatos.§.quandiu.
ff.vnde legit.l.i.C.ad orfi.& qui non eſt hæres nõ ex
cludit filiam, quia in ſtatuto non compræhendit.arg.
129 l.iiij.§.cõdẽnatũ.ff.de re iud.l.rei.§.fi.ff.de pec.& † ſic
vbi non habent locum verba ſtatuti nec ipſum ſtatutũ
l.ſi ſeruũ.§.non dixit p̃tor.ff.de acq.hære. maximè in
exorbitantibus quale eſt ſtatutum noſtrũ, vt dixi plu-
130 ries in.i.q.princi.& † idem ꝑ oia puto ꝓcedere in hæ
reditate materna qñ ſtatutum excluderet filiã dotatam
et à materna hr̃ditate, nã licet in illa, filia non efficiat
hęres ipſo iure, vt plenè legitur.in.d.l.ventre. & d.l.
apud hoſtes. tñ remotior in gradu non poteſt adire cũ
filia illum p̃cedat.d.l.inter agnatos.§.q̃diu.& ſic cum
non ſit hæres non excludet filiam q̃ ratio ceſſat in hæ-
rede extraneo inſtituto à patre vel à matre p̃terita filia
131 † tiam cum ex tali ſtatuto ſublata ſit ſuitas & conti-
nuatio dñij vt.ſ.dixi valebit teſtm̃ patris & matris, li
cet filia ſit p̃terita & extraneus iſtitutus. Nec hoc caſu
filia poterit adire ab inte.quia ſpes eſt via teſtati ꝑ addi
tionem quam facere poteſt Inſtitutus.l.q̃diu.ff. de ac
qui.hęre.per quam additionẽ efficitur hęres, & ſic cõ
tra ipſum filia non poterit habere regreſſum virtute
ſtatuti prohibentis talem regreſſum.

132 Sed † quid ſi ille ꝗ vult dicere ſe hęredem pr̃is eẽt
eiuſdem gradus cuius eſt filia dotata & maritata, pu-
ta ſupereſt alia filia non dotata nec maritata, certè di-
133 cas ꝙ † licet iſta efficiatur hæres pro portione ſua, tñ
pro portione concernente filiam dotatam hęres non
erit nec ipſa rep̃ſentabit perſonam patris vel matris, ni
ſi pro ea parte pro qua eſt hęres, vt inquit glo.in.l.ij.
§.fi.ff.de pręto.ſtipu.nam pro alia parte cenſetur ex-
tranea.l.i.C.de bo.auc.iudi.poſ.idem no.in.l.auus.
ff.de pact.& ſic cum non ſit hęres in ea portione non
habebit filiam dotatam excludere quæ excluditur per
ſtatutum ab hæreditate nec etiam ipſa filia dotata ſeip
ſam excludet ne vt ita dicã ne reperiatur eſſe debitrix et
creditrix, quod eſſe non poteſt.l.fi.§.in computatione
C.de iure delib.l.cum à matre.C.de rei ven.

Circa quod tamen vide quæ ſcripſi.ſ.in tertia prin-
cipali quęſtione in articulo, an appellatione fratris cõ
tineatur ſoror.

134 Verum quia .ſ. dixi q quandoq; † verbum hæres
continet tm̄ deſcendentes videndum eſt modo an peo
latum à noſtro ſtatuto ſolū deſcendentes comprehen-
dat. & primò videtue q non, quia ſi ita intelligeret &
reſtringeretue ſeq̄retur q ſi pr̄ hn̄s filium, & filiā do-
tatam conderet teſtm̄, haberet neceſſe filiam inſtitue-
ee ſi deſcendētes alios non haberet & vellet extraneos
inſtituere quaſi non videatur hoc ſtatutum dare ptātē
patri prætereundi filiam dotatam niſi caſu quo deſcē
demes haberet & eos inſtitueret, quorum reſpectu di-
ceretur habere liberam facultatem teſtandi & filiā præ
tereundi, ſed ſi extraneum inſtitueret teſtamētum foret
nullum. quia cum reſpectu deſcendentium voluerit
dare poteſtatem patri excludendi filiam ab eius ſucceſ
ſione. arg. l. peto. § ſicut. ff. de lega. ij. & .l. pater. ff. de
mino. l. cū ita. § fi. ff. de le. ij. l. tutelas. ff. de capi. dimi.
l. i. cum. l. ſeq. ff. de leg. præſtan. l. i. C. de natu. libe. l.
ſi infanti. C. de iure delibe. certè reſpectu aliorum ex-
traneorum & ſic non deſcendentium ceſſabit dictum
ſtatutum, & ſic remaneremus in diſpoſitione iuris cō
munis. l. commodiſſimè. ff. de libe. & poſthu. l. ſi ex-
eraneus. ff. de condi. ob cau. ſed iſta eſſet nimis magna
135 rectrictio ad hoc † ſtatutum, quia cum loquatur per
verbum hæres generaliter loquens generaliter eſt intel
ligendum. l. &. generaliter. ff. de leg. præſtan. l. in frau
dem. ff. de teſta. mili. etiam ſi veniat ad correctionem
iuris antiqui, vt legitur in auct. ex cā. C. de lib. præte.
& in auc. ex teſtamēto. C. de col. & in. c. contra xp̄ia
nos. ī. de hæret. e. li. facit quod no. Bar. in. l. adigere. §.
quamuis. ff. de iurepa. & tex. cum glo. in verbo ho-
mines. in cle. i. de elec. lex. n. quātūcunq; dura ſeruan-
da ē. l. peoſpexit. ff. qui & à quibus. c. ſcriptum. vi. q.
iij. c. in memoria. xix. di. Et hanc partem tenendo non
obſtat. l. ex facto. in. § fi. ff. ad treb. vbi verbum hæres
reſtringitue ad deſcendentes, quia hoc ibi cōtingit ne
aliàs diſpoſitio teſtatoris reddatur inutilis, vt ibi not.

Secundò non obſtant alia iura in materia feudi alle-
gata, quia ibi illud ideo eſt ratione rei de qua agitur.
ſ. feudi, quod ſui natura non tranſit ad extraneos hæ-
redes, vt plenè legitue in. l. gallus. in. § etiam. ff. de li-
be. & poſth. quæ ratio ceſſat in hoc caſu, igitur &c.

Nec ob. prædictis ſi opponaē q immò debeat hoc
136 caſu fieri reſtrictio, quia agitur † de hæreditate aſcen
dentium q̄ eſt debita deſcēdentibus. l. fi. C. de codicil.
ideo ne filia priueē hæreditate parētum ſibi debita ver
bum hæres prolatum à ſtatuto debet ſtrictè accipi &
intelligi pro deſcendente, vt no. in. d. l. adigere. §. quā-
uis & in. l. ij. C. de noxali. in. l. vt gradatim. § ſed ſi le
ge. ff. de mu. & hono. ga r̄ndeo q licet hr̄ditas aſcēdē
tium dicatue quaſi debita deſcendentibus, vt not. gl.
in. l. ij. & in. l. iij. C. de iur. & fac. igno. & not. in. d.
l. ſi infanti. & in. d. l. fi. tn̄ principaliter in ſe dr̄ habe
re cauſam lucratiuam. probatue in text. iuncta gloſ.
in. l. ſi duo. ff. de acquir. hære. facit qđ pulchrè ſcribit
Ang. in. § ſi vero expectāt. in auc. de nup. colla. iiij. di
137 cēs † q ſi ex forma ſtatuti de qualibet donatiōe ſit ſol
uenda gabella, certè erit ſoluenda ēt de hæreditate reli
cta filijs ſi fuerit ſoluendo, quare cū hoc caſu filia di-
catur principaliter proſequi lucrum ſtatutum noſtrū
non capiet talē reſtrictionem, ſed generaliter debebit
intelligi etiā ſi filia priuetur hr̄ditate paterna, quia lex
q̄ātūcunq; dura &c. bene facit qđ no. bal. in. l. non du
bium. C. de legi. in illo articulo, an ſtatuta recipiant in
terpretationē reſtrictiuā. & Imo. in. l. ſi vero. §. de vi
ro. verſ. gitur bn̄ conſiderandū. ff. ſo. ma. Tu tn̄ te-
nendo partē cōtrariā quā. ī. dicā cōſidera poſſe ad iſta
ēnderi. Et primò nō obſtat dictum Ang. ga certè non
vr̄ verum. & Bar. tenet cōtrarium in. l. i. ver. ex quo
no. arg. C. de iponē. lucr. deſcri. lib. x. dicens q vbi
imponitue gabella pro eo qđ transfertur tit. lucratiuo
138 non erit ſoluenda de † hæreditate intee aſcendētes &
deſcendentes collata, quia talis hæreditas non diciē lu
crum, ſed magis ſolutio debiti & idē tenet Imo. poſt
Ang. in. l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. quia iſti nō dicū
tue habere nouam hæreditatem, ſed potius cōtinuare
antiquū dn̄iū. plus dicit Imo. ibi iſtud pcedere in oi-
bus alijs peeſonis quibus hæeeditas defertue ſine fa-
cto ſuo per. d. l. i. C. de imponen. luc. deſcrip. per quē
tex. & p no. in. d. l. in ſuis. Idē qđ dixi tenet Ang. in. l.
cū in adoptiuis. C. de ado. & ſic dictū Ang. in. d. § ſi
verò. cū reuerentia non videē verū, & quaſi in termi-
nis hoc tenet gl. no. in. c. paſtoralis. de decimis dicēs
q licet de oi luceo ſit ſoluēda decima, non tn̄ eſt ſoluē
da de hæreditate patris delata filio. nec ob. glo. in. d.
l. ſi duo. quæ ſentit q principaliter dicatur lucrū, ga
intelligo illam procedere reſpectu illius portionis q̄
accreſcit cohæredi, ex eo q cohæres renunciat, non au
tem procedit reſpectu illius portionis quæ ſibi de iu-
re debetue in hæreditate patris.

139 Cogitabam ſaluare Ange. duobus modis † primò
vt procedat in filio adoptiuo q de hēditate pr̄is ado-
ptantis tenebitue ſoluece gabellam, quia illam habet
ex mera liberalitate, quia pater nihil ei relinq̄re teneē
d. l. cum ſi adoptiuis. ibi voluerit &c. & ita tenet ibi
Ang. Vel ſecundo procederet in hærede extraneo in-
ſtituto, nam in iſtis duobus credo diſtinguendum an
hæreditas ſit ſoluendo vel nō, quia primo caſu affert
lucrū, ſecūdo non. per tex. in. l. hr̄ditatē. ff. māda. pro
batue in. l. ſi ſeruus legatus. § ſtichus. C. de leg. i. no. di.
Ang. & Imo. in. l. inter ſtipulātē. § ſcie. ff. de ver. ob.
140 † hr̄ditas. n. quandoq; dr̄ lucroſa, q̄nq; oneroſa, quā
doq; nec lucroſa nec oneroſa, q̄nq; opulenta, q̄nq; lo
cuplex, lucroſa dr̄ afferens lucrum, oneroſa afferens
onus, nec lucroſa nec oneroſa quando nullum ex iſtis
affert, puta q̄n adiē hr̄ditas cū bn̄ficio inuētarij, opulē
ta q̄ affert opes ſine aliqua vexatione, locuplex q̄n af
fert opes cum vexatione. gl. in. l. ſi quis mihi bona.
§. ſi ſeruus. ff. de acqui. hære. Simile vt placet medicis
videmus in corporibus humanis quorū q̄dam ſunt
ſana, quædam ægrota, quædam nec ſana nec ægrota.

Contrariam tū ſententiam in iure arbitror veriorē. ſ.
q hoc verbum hæres reſtringatue ad deſcendētes, &
141 ſit ſenſus q † ſi filia fuerit dotata & parēs moriaē re-
lictis alijs deſcendentibus ſi quidem fecerit teſtm̄ & in
eo illos inſtituerit filia oino eſt excluſa nec pōt impu
gnare teſtm̄, quaſi ſit exhæredata à lege & ſublata fui-
tas vt. ſ. dixi, ſi verò ab inteſtato moriaē ipſa filia ēt
p alios deſcendentes excludetue ſic diſponente ſtatu-
142 to. † Sed ſi pater non habēs deſcendentes velit illam
præterire vel in minus legitima inſtituere & extraneū
hæredem facere videtur q non poſsit, & ſic verbum
hæres ſumatue ſtrictè pro deſcendentibus tantùm,
quod primò peobatur ex ſimili de quo in. l. ex facto
§. fi. ff. ad trebel. & in. c. in præſentia. de proba. & in. l.
i. C. ſi ſocius imperialis liberali. ſine hærede deceſſerit
ſecundum vnam lectu.

Secundò iſtud ſtatutum exorbitans eſt & correcto
rium, ergo reſtringi debet. c. cum dilectus. de conſue-
tud. l. ij. C. de noxali. l. finali. § in computatione. C. de
iure deliberandi.

143 Tertiò quia † excluſio filiæ dicitur exhæredatio le
gis ſtatutariæ. l. qui volebat. ff. de hære. inſtitu. quæ le
gis exhæredatio ita eſt odioſa ſicut exhæredatio homi
nis, vt notabiliter dicit bal. in. l. illam circa princip.
C. de col.

C.de col.vnde licet ſtatutum vtatur verbo gñali. de-
bet tñ legitimè intelligi & reſtringi ne illa gñalis ſimpli
citas loq̃ndi & ſermo effuſus cadat in p̃cipitium .l.fi.
144 C.de do.promiſ. Quartò † eodẽ mõ cõiecturatur
mens ſtatuti ſicut mens teſtatoris.l.ſi ita fuerit.ff.de
manumiſ. teſt.l.labeo.ff.de ſtatu lib.l.qui filiũ.in fin.
ff.ad treb. Sed gñalis mens teſtatoris interpretatur et
reſtringiẽ ne voluerit alienam ſucceſſionem ſuæ ante-
ponere.l.cum auus.ff.de condi.& de.l.cum accutiſ-
ſimi.C.de fideicõ.ergo eodẽ mõ interpretabitur mens
ſtatuti q̃ noluerit extraneos p̃ferre ipſi filiæ licet dota-
tę, vt ergo huic coniecturatæ menti ſtatuti ſeruiamus
debemus reſtringere verba, immò ſi opus eſt illa offen
dere ne quis indebitè offendatur. vt no.in.d.l. adige-
re.§.q̃uis.& in.d.l.ij.C.de noxa. per Imo.in.l.ſi ve-
rò.§ de viro.verſi.circa princi.ff.ſol.ma.facit .l.ſcire
oportet.§.aliud.ff.de excu. tut.&.l.pater ſeuerinã.in
princi.&.§.conditionũ.ff.de conditi. & demon.&.l.
145 cum virum.C.de fideicom. † mens.n. verbis præfe-
renda eſt.l.ſi quis filium.C.de libe. p̃te.ibi , vbi ma-
nifeſtus ſenſus eſt nuſquã interpretatio verborum tm̃
valet vt mẽs &c.& bonus tex.in.l.quoniam indignũ
C.de teſtamen.ibi reflexis verbis &c.no .Lud. in con
ſi.clxxix.incipien.ampliſſimè docto.in.lij.co.q̃ intel
lige non ſolũ quando mens eſt in.l.expreſſa, ſed etiam
quando in lege non eſt expreſſa dummodo illa mens
vel ratio p̃finita ſit naturalis ,& naturaliter per ſimi-
lem rationem poſſet imaginari.l.ſcire oportet.§.ſuffi-
cit.ibi & ex ipſa naturali iuſtiti a.ff.de exc.tut. ad idẽ.
l.mulier.iuncta gloſ.ff.ſolu. mat, vbi coniecturatur
mens contra ipſius verba.ad idem in.c.intelligentia.
ã.de verbo.ſigni.&.i.q.l.marchion.&.l. ſcire leges
ff.de legi . Nam vt notanter inquit Bald. in.d.l.ſci-
146 re oportet.† ſicut homo conſtat non ſolũ ex anima
ſed & corpore.Ita lex ex mente ſeu ratione & verbis,
& verba ſe habent vt corpus et ſuperficies, ratio autẽ
ſe habet ſicut ſpiritus & anima , & hæc magis debent
attendi q̃ ſuperficies verborum.d.l.ſcire.cum ſimi .
147 † Ad coniecturandam verò rationem vbi non eſt ex
preſſa debemus coniecturare qua ratione fuiſſet mot⁹
vir ſapiens cum talis p̃ſumatur legislator, nam lex de-
bet eſſe rationabilis .iiij.di.erit autẽ lex.& doctori ſeu
iudici data eſt poteſtas interpretandi legem.l.l.C.de
p̃feſſo.qui in ciui.conſtanti.li.xij.not.Inn.in.c. cum
ſpeciali.de appel.Et ita formaliter inquit Panormi.in
conſi.l.incipien.facti contingentia talis eſt. Quidam
a in col.penul.Adde etiam quę idem Panormi.no. in
conſi.lxxvi.inci.quidam deceſſit in ætate infantili in
v.col.facit quia argu.à tacita; mente ſtatuti vez.l. mi
lites agrum.ff.de teſtamen. mili.mens & ratio idem
eſt, ſiue in homine , idem eſt mens & ratio ſecundum
Bald.in.d.l.maximum vitium.C.de libe.pręte. facit
glo.in.l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.alibi tamen gl.ſin-
gularis in.l.in ambiguis.de reb. dubu.dicit hoc pro-
cedere quando verba ſecundum propriam vel impro
priam ſignificationem poſſunt conuenire menti, aliàs
autem à verbis non receditur, quod ſingulariter not.
148 Quintò facit q̃d no.bal.i.d.§.aliud.dicẽs q̃ † quo
tienſcunq; ex verbis ſimpliciter p̃latis p̃fertur iniquũ
equo.tunc recedimus à verbis & ſtamus menti .
Sextò lex ita debet intelligi vt non contineat abſur
dum. d.§.aliud.& abſurdum dicitur alienum à iur.l.
pompo.ff.de nego.geſt.l.aliud.§.abſurdum.ff.de reg.
149 iur.ergo &c.† Præterea alieni iur. priuatio & lucri
debiti perceptio ſub generalitate verborum non com
p̃hendunt.l.ij.§.merito.ff. ne quid in loco publi .
l.in fraudem.§.fin.ff.de teſta.mili.l. ex facto.in princ.

ff.de vul.& pupil.vt ergo euitetur hoc abſurdum.i.ne
extranei pręponantur deſcendentibus in hæreditate eis
debita, vt.ã.dixi illa verba eorum hęredes ſtrictè erũt
accipienda pro deſcendentibus tm̃.d.l. ex facto.§ fin.
& ita in ſimi.q.determinat Bar.in.d.l.gallus.§ etiã.in
verſi.quæro iuxta prædicta.&.d.Anto.in.c.in prę-
ſentia.de proba.facit quod voluit ſpe.in titu. de teſt.
.§.i.in fi.& q̃ not.Pau. de ca. in conſi.clxxxviij.inci.
150 videtur dicendum , † & ſic ſufficit q̃ hoc noſtrum
ſtatutum exorbitans & correctorium aliquid opereẽ
& producat.d.c.cum dilectus.&.d.l.ij.no. Ange.in
l.ſi ita à dũo.§.ſi prædo.ff.de peti. hęredi.& per doc.
in.l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cog.in.c.i.de conſti.eo.
lib.per bar.in.l.l.ff.ad leg.falci.& ſatis operatur in ca
ſu noſtro ſi exiſtentibus deſcendentibus filiam exclu
dat ab hæreditate patris.reliqui verò non deſcenden-
151 tes cum careant hac qualitatę † & in ipſis non habe-
at locum mens ſtatuti dictam filiã non habebunt ex-
cludere.quia iſte caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur
diſpoſitioni iuris communis.l.commodiſſimè.ff. de
libe. & poſth.l.ſi extraneus.ff.de conditio. ob ca. &
iſta pars tanq̃ æquior tenenda ẽ.l.hac lege.C.de pac.
conuen.facit.l.q̃ ſi ephesi.ff.de eo quod cer.lo. ad cõ
traria.ã.all.ſatis ex prędictis patet reſponſio, quia.d.
li.§.& generaliter non habet locum vbi reſultaret ab-
ſurdum.vt ibi no.igitur &c.
152 †An autem hoc ſtatutum debeat intelligi de deſcẽ-
dentibus tm̃ maſculis prout aliàs intelligiẽ in materia
feud.vt in capitulo.l.de ſucceſ.feu.videtur quòd ſic
per prædicta.
Secundò quia ratio ſtatuti.ſ.conſeruationis agnatio
nis habet tm̃ locum in maſculis, ergo &c . de quo tñ
vide plenius dicta.ã.in verſicu.nouo quæro in.iij.p̃n
cipa.q.huius noſtrę repetitionis cuius riuos cum ſa-
tis prata biberint , & ſtudiũ p̃ntis anni aduesperaſcit
claudere inſtitui.
Ego Georgius natta minimus.I.V.d.& ciuis aſten-
ſis diuina ſuffragante gratia ,& diui Secundi patroni
mei præſidio.Mcccclxxv.die.ij.Auguſti.

FINIS

SEQVITVR tractatus ſuper eadẽ materia de ſta
tutis excludentibus fœminas à ſucceſſionibus, ęditus
per do . Ioannẽ campezium quem poſuit in ſuo tra-
ctatu dotium in.xxi.quæſtione cum multis ſequenti-
bus infrà tranſlatis, ſimul cum vltima queſtione dicti
tractatus .

SVMMARIVM

1 *Statuto dicente q̃ ſoror dotata non ſuccedat cum fratribus, ſi*
illa dotem perdiderit an teneatur frater iterum illam dota
re aliàs non excludatur à ſucceſſione.
2 *Mulier ſi non habet aliunde unde ſe dotet de iure communi*
frter eam cogitur dotare.
3 *Mitius agitur cum lege, quàm cum homine.*
4 *Frater tenetur totiens quotiens oportunum fuerit ſororem*
dotare, limita tamen ut per Bar.in.l.ſi cum dotem.§.ſi poſt
ſolutum.ff.ſolu.matri.
5 *Statuto & iure lombardo dicitur q̃ ſi frater dotet ſororem*
in totum patri ſuccedat, frater deceſſit antequam ſororem
dotet: utrum filia fratris amitam dotare poterit, ut eam ex
cludat à ſucceſſione .
6 *Sufficit ſemel perueniſſe ad caſum quo amita debeat eſſe do*

te contenta.

7 Sufficit q. ſemel fuerit ius quæſitum.

8 Soror dotata per fratrem eo mortuo relictis hæredibus extraneis, an aliquid petere poſsit.

9 Ad tẽpus excluſa uidetur poſt tempus reintegrata, & admiſſa intelligitur.

10 Statutum poteſt facere ut qui fuit hæres ad tempus poſt tempus deſinat eſſe & alius ſit hæres in totum uel in parte.

11 Anormalum nullam iuris regulã ſequitur: ſed quatenus de eo diſpoſitum eſt, eatenus iudicatur.

12 Cum ceſſat ratio finalis ſtatuti ceſſare debet eius diſpoſitio.

13 Statutum odioſum reſtringendum eſt ut res facilius ad ſuam naturam redeat: & ad ius commune.

14 In ſucceſsione ab inteſt. is admittitur, qui reperitur proximior tempore mortis teſtatoris & aditionis hæreditatis.

15 Poſtquã filius ſe immiſcuit iũgitur hæreditas patris cum ſua ſic non debeit amplius hæreditas patris nominare.

16 Statutum arbitratur dotem eſſe congruam portionem mulieris dotatæ.

17 In conditionalibus ſufficit conditionem ſemel extitiſſe, etiam ſi non duret.

18 Iura non patiuntur rumpi duas regulas iuris propter unum effectum.

19 Si ſtatutum ſimpliciter dicat dotatam non admitti ad ſucceſsionem patris illa debet eſſe perpetuò excluſa.
Et quid ſi loquatur per dictiones ſuſpẽſiuas ibidem. prædicta tamen limita ut nu. 21.

20 Concordantur collegium ſenenſe & collegium paduanum p collegium Bononien.

22 Statuto dicente quòd filia nullum regreſſum habeat contra fratres aut hæredes parentis defuncti: an illud uerbum fratres intelligatur de fratribus filiæ excluſæ an uerò ẽt de fratribus ipſius defuncti.

23 Specialiter prouiſum eſt q. ipſæ fœminæ & ex eis deſcendentes præferantur agnatis tranſuerſalibus cuiuſcunq; gradus ſine diminutione alicuius partis.

24 In dubio ſtatutum debet intelligi ſecundum ius commune, ut illud minus lædat quàm ſit poſsibile.

25 Per uelatam & obſcuram diſpoſitionem quæ aliter intelligi poteſt nullo modo debet dici q. tales perſonæ, quæ ſunt de numero liberorum ab hæreditate excludantur.

26 Verba generalis ſtatuti de fratribus loquentia intelliguntur de fratribus fœminarum non defuncti, ne aliàs iniquitatem contineant.

27 Stante ſtatuto q. extante patruo mater non ſuccedat, ſi extat patruus magnus mater non excluditur.

28 Statutum faciens mentionem de nepote non intelligitur de pronepote, niſi ſit caſus fauorabilis & nulli noceat.

29 Statutum ſimpliciter loquens de nouerca, non debet intelligi de nouerca magna.

30 Filiæ fœminæ excluduntur non ſolũ per fratres ipſarum fœminarum: ſed etiam per fratres defunctæ perſonæ ſtante ſtatuto de quo ſuprà.

31 Proprium eſt legis aliquos uocare ad hæreditatem, aliquos excludere.

32 Statutum in loco non dicitur diſpenſatio, ſed ius commune.

33 Legitima an poſsit tolli per ius ciuile uel ſtatutum, uel in totum uel in parte.

34 Non habito aliquo reſpectu ad ius commune ſtatutum poteſt diſponere circa excluſionem fœminarũ: & non dicitur propter hoc odioſum.

35 Quando ſtatutum excludit nepotem ex filia uidetur factũ fauore agnationis, ſed ſi nepotẽ ex filio admittat uidetur factum in odium ſexus.

36 In reddenda ratione legis uel ſtatuti poteſt multipliciter p coniecturas procedi.

37 Vbi unica ratio coniecturari poteſt illa debet haberi pro expreſſa.

38 In admittendis ad portionem excluſæ mulieris ea debet haberi ratio prioris coniunctionis, ut primò admittãtur fratres excluſæ ſi extant, ſi uerò non extant admittantur fratres defuncti.

39 An ex identitate rationis uel maioritate fiat extenſio, ubi unica ratio ſtatuti aſsignari poteſt.

40 Statutum dicit q. extantibus agnatis mater non ſuccedat uel extantibus filijs filiæ non ſuccedant, nec ſe ultra extẽdit ſtatutum: utrum excluſa matre uel filiabus ueniant ſubſequentes in gradu etiã cognati putà in primo gradu auus maternus excluſa matre.

41 Verba conditionalia prout ſunt ablatiui abſoluti diſpoſitionem non inducunt. fallit ſi proferantur ab eo qui poteſt diſponere. tunc enim uidetur diſpoſitionem inferre. 42.

43 Quando quis remouetur à lucro contẽplatione alterius, illi debet applicari cuius contemplatione remouetur.

44 Statutum diſponens q. fœmina dotata nõ ſuccedat patri extantibus maſculis, an ualeat.

45 Legitima non eſt aliud quàm portio taxata legis arbitrio perſonis, quibus iure naturæ debetur uel quaſi debetur ſucceſsio.
Legitima appellatur bonorũ debitum ſubſidium ibidem.

46 Dos ſuccedit loco alimentorum.

47 Quod non fit per pactum nec etiam per legẽ. limita ut hic.

48 Legitima debetur iure naturæ.

49 Legitima licet in totũ non poſsit tolli poteſt tamen per ſtatutum minui.

50 Licet ſtatutum non poſsit tollere cognationem, poteſt tamen tollere ius ſuccedendi.

51 Statutũ ualet etiam ſi filiæ nihil habenti omnia deneget, poterit tamen alimenta petere.

52 Quòd filijs præteritis competat ius dicendi teſtamentũ nullum, introductum fuit ratione patriæ poteſtatis.

53 Prærogatiuum ius quod habent maſculi ex forma ſtatutorũ an tollatur minima capitis diminutione.

54 Frater ſi uelit ſororem ad ſucceſsionẽ admittere: & illa ſi uelit dotari quis audietur.

55 Filij maſculi ſi uellent filiam ad ſucceſsionem admittere hoc poſſent, etiam inuitis creditoribus.

56 Statuto diſponente q. filiæ non ueniant ad ſucceſsionem ſed decenter dotari debeant: ſi in teſtamento patris præteritæ ſint an illud rumpere poſsint.

57 Statuto excludente ſororem dotatam an erit locus, ſi pater ſolum contraxit ſponſalia pro filia: & dotem promiſit.

58 Dotata eſſe filia intelligitur ex dote actualiter numerata. nõ enim propriè dicitur dotata quæ dotata eſt in teſtamento patris.

59 Dotata filia an ex eo dicatur q. cum monaſterium ingrederetur, pater reliquit monaſterio ſuper altare aliquid.

60 Statutum q. filia ingrediẽs monaſterium patri non ſuccedat, an ualeat.

61 Qualitas adiuncta uerbo, intellitur ſecundum tempus uerbi.

62 Statutum contra libertatem eccleſiæ, non ualet.

63 Statutum dicens mulierem debere contentari dote pro falcidia: an intelligatur de debita iure naturæ.

64 Falcidiæ propriè appellatione uenit debita iure inſtitutionis:

nis: improprie uerò trebellianica. Impropriiſſimè debita iure naturæ.

65 Verba accipi debent ſecundum proprium ſignificatum.

66 Statuto diſponente q. filia ſuccedat matri ab inteſtato non extantibus maſculis, an à contrario ſi extant maſculi excludatur.

67 Argumentum à contrario ſenſu dicitur eſſe coniectura. Item dicitur uerus textus.

68 An caſus omiſſus decidi poſſit per argumentum à contrario.

69 Argumentum à contrario ſumitur in pactis dotalibus.

70 Statuto cauetur q. dotata à patre nõ habeat regreſſum ad bona paterna: uel q. dotata à fratre non ſuccedat fratri ſi pater dotauerit filiam de bonis matris: uel frater dotauerit ſororem de portiõe eius ſororis: an ſic dotata habebit regreſſum ad bona paterna uel ad bona fraterna.

71 Illa uerba dotata intelliguntur cum effectu non per actũ nudi miniſterij.

72 Quod dicit ſtatutum, q. dotata nõ ſuccedat, intelligitur quo ad bona dotantis. limita niſi ſtatutum ultra procedat.

73 Statuto dicente q. filia dotata excludatur ab hæreditate patris uel matris, tunc ſufficit quomodocunq; dotetur ad excludendam illam ab hæreditatibus expreſſis in ſtatuto.

74 Stante ſtatuto q. dotata non ſuccedat, ſi pater deceſſit relicta poſthuma quã dotare non potuit uel furioſa uel infante. an fratres dotando eam excludant.

75 Filia ut excludatur, an ſufficiat q. quandocunq; dotetur, uel requiratur q. ſit dotata tempore mortis patris.

76 Stante ſtatuto q. frater ab inteſtato excludat ſororem ſaluo q. debeat eam dotare. Pater in teſtamento dixit filios meos hæredes inſtituo in eo tantum, quod de iure eos tangit: an excludatur filia uel ſi admittatur in qua parte nu. 79.

77 Appellatione filiorum continentur filiæ.

78 Iuxta conſuetudinem regionis interpretanda eſt intentio teſtatoris.

80 Si ſtatutum uel conſuetudo diſponit diuerſum in maſculis & in fœminis: non poſſunt illius loci homines aſſumere diſpoſitionem iuris communis, ſed intellectum ſtatuti uel conſuetudinis ſequi debent.

81 Statuto diſponente q. fratres defuncti & fratrum filij præferantur in ſucceſſionibus ab inteſtato filiabus defuncti. Qualiter accipimus fratres an pro fratribus primi gradus tantùm an pro fratribus ſecundi uel ulterioris.

82 Vſus communis loquendi indicat appellatione fratrum carnales tantum uenire non patrueles uel conſobrinos.

83 Statuta, niſi uerba repugnent, ſic ſunt intelligenda, ut quàm minimum contineant iniquitatis.

84 Statuto diſponente quòd ſoror non ſuccedat fratri, an contra diſpoſitum uideatur q. frater non ſuccedat ſorori.

85 Statuto cauetur q. filia dotata non ſuccedat extantibus filijs, an id extendatur ad neptem ex filia.

86 Filij nomen poteſt attribui nepoti: quia generale eſt ad deſcendentes.

87 Statutum excludens filias an uideatur excludere nepotẽ maſculum natum ex filia.

88 Exemplum eſſet peſſimum q. fœmininum comprehenderet maſculinum genus.

89 Statuta non recipiunt interpretationem extenſiuam.

90 Si reſpectu certæ qualitatis lex diſponat, oportet illam qualitatem adeſſe.

91 Verba ſtatuti ubi locum non habent nec ſtatutum.

92 Succeſſio aui ad nepotem non prouiſione hominis, ſed legis transfertur.

93 Filia de medio ſublata nepos intrat primum gradum.

94 Iuramentum filiæ renuntiantis hæreditati paternæ nihil præiudicat nepotibus ſiue uelint ſuccedere cum alijs nepotibus ex filio ſuo: ſiue cum ipſo filio eorum auunculo: ſiue mater ſuperuixerit patri ſiue non, & ſiue ipſa in renuntiatione mentionem fecerit de filijs ſiue non.

95 Filia, quæ proximior eſt, remota: ex ea etiam remouetur nepos remotior.

96 Statutum excludens fœminam intelligitur excluſiſſe totam lineam ex ea.

97 Mutato ſexu non mutatur ratio excluſionis. filius enim uenit tanquam ymago matris.

98 Rex Angliæ nullũ habet ius in franciæ regno: quia deſcendit ex filia quæ de conſuetudine in corona non ſuccedit.

99 Filia ſi dotata & maritata fuerit omnes ex ea deſcendentes & maſculi & fœminæ erunt excluſi quandocunq; illa morietur.

100 De ſtricta ſignificatione uocabuli ad latam etiam in exorbitantibus licita eſt extenſio.

101 Qualitatem ſemel fuiſſe in filia, quã ſtatutum intendit excludere ſufficit, ut eius tota excludatur linea.

102 In reddenda ratione legis uel ſtatuti poteſt per multiplices coniecturas procedi.

103 Ratio ubi eſt unica pro expreſſa haberi debet.

104 Filia prohibita ſuccedere cum maſculo, an excludatur quo ad ea bona quæ non conſequitur ut hæres, ſed ex contractu patris: uel ex prouiſione extranei.

105 Filia dotata an poſſit in emphyteoſi ſuccedere, quã pater accepit pro ſe & filijs ſuis maſculis & fœminis, ſi ſupſit maſculus qui uirtute ſtatuti dotatam excludat.

106 Feudi ſpeciale eſt q. ſi filius uelit ad illud admitti debet patris hæreditatem agnoſcere. quod limitatur ibi. Et quæ huius ſit ratio remiſſiuè ibidem.

107 Filius uel filia an poſſint conſequi emphyteoſim licet non efficiantur hæredes patris & an ſufficiat hæredem eſſe in certa re ibidem.

108 Hæres inſtitutus in re certa in emphyteoſi ab aliquo accepta pro ſe & ſucceſſoribus ſuis an dicatur ſucceſſor. Item ſi dixerit pro ſe & hæredibus ſuis an inſtitutus in legitima tantùm admittatur ibidem.

109 Filia prohibita eſſe hæres patris in neceſſariam conſequẽtiam prohibetur habere emphyteoſim.

110 Verba illa contractus pro ſe & filijs ſuis maſculis & fœminis ſecundum ordinem ſtatuti debent interpretari ut primò maſculi quibus deficientibus fœminæ poſt admittantur.

111 Filia per ſtatutum excluſa ab hæreditate patris poterit in emphyteoſi ſuccedere, ſicut maſculus. eſt enim emphyteoticum ius ſeparatum ab hæreditate.

112 Appellatione bonorum comprehenditur ius emphyteoticũ Ideo excluſa à bonis non ſuccedit in emphyteoſi.

113 In feudo non ſuccedit fœmina. Septem fallentias hic uide.

114 Pater ſtipulando pro ſe & filijs ſuis maſculis & fœminis, an in dubio præſumatur eos uocare ordine ſucceſſiuo.

115 Si plures uocentur ſub copula inter quos nõ cadit ordo affectionis uel charitatis, uel ueriſimiliter non debet cadere, ẽt ſi aliter de iure debeat uenire: intelliguntur tamen uocati ſimul. Et quid requiratur ad hoc, ut natura coniunctiuæ alteretur ibidem.

116 Pater tenetur ordine ſucceſſiuo filium & nepotem inſtitue-

re ne rumpatur teſtamentum.

117 Statuto cauetur ꝗ filia ſit contenta dote extantibus fratribus, ſi in dote erat minus legitima an illud applicetur fratribus.

118 Filia an debeat habere dotam ultra legitimam.

119 Verba generalia ꝗ quis nõ poßit uenire ad ſucceßionem, an excludant eum à legitima.

120 Frater inſucceßibilis an excludat ſororem ex forma ſtatuti ſororem excludentis fratre exiſtente.

121 Quid ſi frater ñ efficiatur hæres patri an filia erit excluſa.

122 Verba conditionum conſiderantur ſimpliciter, prout in facto iacent: non autem ad iuris effectum.

123 Stante ſtatuto, ut eſt piſtorij, ꝗ ſi is de cuius hæreditate agitur aliquid quoquo titulo filiæ reliquerit, illa debeat eſſe contenta. Pater filiæ nuptæ nihil aliud reliquit niſi ꝗ ſi uidua remanſerit poßit ſtare in domo patris eius: quæritur an iſta filia poßit expugnare teſtamentum.

Et an talis filia præterita dicatur nu. 125.

124 Non uidetur ſtatutum permiſiſſe patri ꝗ iniuriam faciat legibus & naturæ, more inſani hominis deponendo charitatem naturalem à filijs.

126 Legatum triſte eſt cuius expectatio eſt uiduitas.

127 Dos relicta filiæ cũ nupſerit an poßit ſtatim peti reiecta omni cõditione. uel filia dicatur præterita remißiuè.

128 Filia dotata de bonis ipſius filiæ proprijs, an excludatur p ſtatutum, quod indefinitè excludit dotatam.

Et quid quãdo frater dotauit ſororẽ de bonis matris nu. 129.

130 Statutum ꝗ ſtantibus maſculis filia dotata non ſuccedat, an intelligatur quando maſculi ſunt in pari coniunctione perſonæ defunctæ. ſecus ſi fœmina ſit in potiori gradu quàm maſculus.

131 Statuto ſtante ꝗ dotata non ſuccedat patri. & ꝗ etiam ſoror exiſtentibus fratribus non ſuccedat fratri. Si decedat frater alio relicto fratre ex patre tantũ, matre & ſorore ex utroq; parente quis, & pro qua portione admittetur.

132 Deceßit quidam inteſtatus relictis patre in adoptiua familia conſtituto matre & fratre licet in hac ſucceſ. pater ex ſe matrem excludat: tamen quia talem patrem frater defuncti uincit, materq; ipſum fratrem. mater patri præfertur. non ex ſeipſa, ſed ex fratris perſona.

133 Auus matri non anteponitur in ſucceßione per tertulianum ſed bene pater matri.

134 Si uinco uincentem te, multo magis uinco te.

135 Quando ille qui eſt remotior me excludit eum, qui excludebat me ipſe ſuccedit: & ego excludor. quod tamen limita ut ibi.

136 Qñ ille qui eſt remotior me excludit me quia deficit conditio: qua uocabar, non potero admitti.

137 Statutũ fœminas excludẽs an dicatur odioſũ, uel fauorabile.

138 Irrationabilis fauor dicitur odioſus.

139 Statutum fœminarum excluſiuum uidetur naturam accuſare quare maſculos non genuerit.

140 Ad maſculos ſolũ pertinet propulſatio iniuriæ defuncti.

141 Fœmina non poteſt facere pacem de nece defuncti, limita quandiu extabũt maſculi.

142 Debentes habere pacem cum hæredibus defuncti, an etiam debeant cum mulieribus, & de duplici inimicitia ibidem.

143 Honeſtas familiarum conſeruatur per diuitias. pereuntq; ipſæ familiæ propter inopiam.

144 Egeſtate ſordẽtibus uita eſt ſupplicium: & mors ſolatium.

145 Per maſculos conſeruatur æterna memoria aſcendentium.

146 Statutum excludens fœminas licet non exprimatur in eo tamen ſemper uidetur factum in fauorem maſculorum.

147 Statutum ſi excludat propter ſexum dicitur odioſum, ſed ſi fauore agnatorum dicitur fauorabile. & quomodo hoc cognoſcatur.

148 Diſpoſita per ius ciuile poſſunt in totum tolli per ſtatuta.

149 Pater aliquid relinquens filiæ ſimpliciter in teſtamento, an uideatur relinquere pro dote, ut dicatur dotata, & ſic excludatur.

150 Filia ſi non uult dotari nec nubere ſed caſtitatem ſeruari ut patri ſuccedat, an dotata dici debeat.

151 Filia tempore quo dotatur, an poßit ſibi reſeruare ius ſuccedendi patri ſuo.

152 Maſculis non eſt perfectè ius quæſitum uiuente patre: ſed ſolùm quædam impropria ſpes ſuccedendi, quæ etiam poteſt per teſtamentum tolli.

153 Pater promiſit dotem pro filia, ſed noluit ſoluere, deceßitq; ea non ſoluta, an filia excludetur ſtante prædicto ſtatuto ſi hæres uelit dotem ſoluere.

154 Statutum ꝗ maritata non admittatur ad ſucceßionem, an locum habeat in filia quæ fuit nupta, ſed tempore mortis patris remanſit uidua.

155 Dotata etiam dicitur quæ dotem recuperauit ſoluto matrimonio.

156 Legatum filiæ factum ſi uidua erit tempore mortis patris, ut debeatur, an ſufficiat illam fuiſſe uiduam licet poſtea maritetur.

157 Statuto ſimpliciter excludente dotatam à patre uel matre, an excludatur dotata ab auo uel auia.

158 Statutum excludens fœminas an locum habeat in puellis iudæorum.

159 Quòd maſculus fœminam excludat eſt de lege Moſaica.

160 Nullus ſapientior Moiſe.

161 Statutum prædictum an locum habeat in fœmina maritata & dotata antequam fieret ſtatutum.

162 Statutũ utrũ trahatur ad præterita, an ad futura tantũ.

163 Statutum dotatam excludens an requirat debentẽ dotare interpellatum fuiſſe, an uerò ſufficit quandocunq; dotem offerre.

164 Verbum fuerit à ſtatuto prolatũ põt dupliciter intelligi.

165 Filius naturalis tantũ an excludat legitimas & naturales filias uirtute ſtatuti, ꝗ ſtantibus maſculis &c.

166 Filius naturalis natus ex concubina retenta in domo indubitata, an & quando filiorum appellatione ueniat.

167 Lex ubi poteſt operari in proprio ſignificato, trahi nõ debet ad impropium.

168 Vulgò quæſiti, nepharij, inceſtuoſi, adulterini, & id genus an ueniant filiorum appellatione.

169 Lex uel ſtatutum quando naturam conſiderat ſemper appellatione filij uenit naturalis.

170 Filius naturalis ſi ſit legitimatus an excludat filiam fœminam.

171 Legitimatus habet uerum ſtatum legitimum, licet non habeat uerum principium.

172 Si quis recipit emphyteoſim pro ſe & filijs ſuis naturalibus & legitimis, non uenit legitimatus. fallit in legitimato p ſequens matrimoniũ. & quid de legitimatis alijs legalibus modis.

173 Adoptiuus uel arrogatus an excludat filiam ſtatuti auctoritate.

174 Statutum loquens de filio non habet locum in adoptiuo.

175 Si

175 Si quis recipit emphyteoſim pro ſe, & filijs ſuis, nõ ueniunt filij adoptiui.
176 Iura dicentia filium legitimum & naturalem grauatum reſtituere poſſe detrahere duas quartas, locum non habent in filio adoptiuo ſeu arrogato.
177 Statutum excludens fœminas filijs maſculis extantibus an locum habeat in filijs religioſis.
178 Caſus omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris cõis.
179 Priuilegium dotis non trahitur ad dotem fictam.
180 Legitimatus per reſcriptum principis ſiue per oblationem curiæ quo ad patrem ſolũ poteſt dici legitimatus.
181 Pater ſi relinquat filiam dotatam, & filiũ maſculũ atq; nepotem ex alio filio præmortuo, an iſte nepos admittatur ad portionem ad quam filia, admitteretur an maſculus, an uerò ſimul admittentur.
182 Statutum excludens filiam fœminam extantibus maſculis locum habet etiam extante nepote ex filio.
183 Filiorum appellatione de proprio ſignificato continentur filij & nepotes
184 Beneficia conceſſa filijs extenduntur ad nepotes. limita ubi nemini ſit præiudicium.
185 Statuto dicente q filia dotata non ſuccedat patri ab inteſtato, ſi pater deceſſit inteſtabilis ut putà furioſus uel aliter incapax teſtamenti: an ſit locus ſtatuto.
186 Statutum diſponens de defuncto ab inteſtato, utrum locum habeat in inteſtabili.
187 Inteſtatus propriè dicitur, qui cum poſſet teſtamentum facere teſtatus non eſt.
188 Communi uſu loquendi attento appellatione inteſtati uenit etiam inteſtabilis.
Sic etiam in ſtatutis propter communem loquendi uſum receditur à propria ſignificatione ibidem.
189 Verba ſtatuti prolata ab idiotis intelliguntur groſſo modo. Prolata uerò à pitis prout iuriſtæ loquuntur.
190 Filia à patre dotata, an excludatur à ſucceſsiõe matris ſuæ.
191 Filia dotata à patre de bonis patris non ſuccedit patri: ſed in bonis maternis ſic.
162 Excluſio reſtringitur ad cauſam, limitatur niſi uerba ſtatuti ultra procederent, & in aliud ſonarent.
193 Filia per ſtatutum excluſa à ſucceſsione aſcendentium eſt etiã excluſa à ſucceſsione materna.
194 Pater dotando filiam ſi dixerit doto filiam meam in. c. cum hoc q nihil petere poſsit de hæreditate materna an à ſucceſsione matris excludatur filia, remiſsiuè.
195 Statuto in rubro dicente q filia dotata nõ ſuccedat, & in nigro ſpecialiter diſponente q filia dotata à patre non ſuccedat matri, an intelligatur etiam excluſa à ſucceſsione matris.
196 Statutum excludens filiam à ſucceſsione aſcendentiũ, an uideatur etiam excludere à ſucceſ. collateralium.
197 Excluſio in uno non inducit excluſionem in alio.
198 Per immiſtionem quam facit filius hæreditas deſinit eſſe hæreditas patris: & efficitur patrimonium filij.
199 Renuntiatio etiam cum iuramento facta per filiam de bonis patris, non præiudicat filiæ quin ſuccedat fratri.
200 Filia dotata excluſa à ſucceſsione patris, an ad bona patris reſeruata filijs ex gratia admittatur.
201 Excluſio filiæ dotatæ, an extendatur ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentis.
202 Diſpoſitio non extenditur niſi ad ius diſponentis.
203 Quando unum & idem cenſetur diuerſo iure, illud habetur pro duobus.
204 Adire uidetur qui bona tangit.
205 Lex uel ſtatutum inhabilitans perſonam ſubiectam ſortitur effectum quocunq; uadat perſona illa.
206 Decretum unius territorij effectum ſuum extendit ad alterius territorium.
207 Contentio inter maſculum & fœminam dotatam de hæreditate paterna finienda eſt in patria, cui ſubditi ſunt.
208 Cum diſputatur de aliquo uniuerſali particulares res ſub illo contentæ non conſiderantur.
209 Perſona poteſt in loco cui ſubeſt collectari etiam pro rebus exiſtentibus in alieno territorio, & de ueritate.
210 Nullus priuatus poteſt habere diuerſa patrimonia.
211 Conſuetudines quando ſunt diuerſæ in diuerſis locis, una illarum tantùm attenditur.
212 Priuilegium eſt hominibus conceſſum, ut liberè teſtari poſsint.
Et quare olim teſtari nefas erat ibidem.
213 Nullus cogitur ad obſeruantiam ſui teſtamenti, at quoties & quandocunq; uult illud poteſt reuocare.
214 Stante ſtatuto fœminarum excluſiuo poteſt teſtator filiam dotatam præterire, & nihil ei relinquere.
215 Prohibitio certarum perſonarum eſt aliarum prouiſio: & econtra.
216 Qualiacunq; ſint uerba ſtatuti defunctus ſemper præſumitur diſpoſuiſſe ſecundum ſtatutum patriæ ſuæ.
217 Statutũ loci in quo pater habet domicilium uel ſita ſunt bona, an attendatur.
218 In loco uiri uiget ius commune, & in loco patris uiget ſtatutum, utrum attendi debeat.
219 Priuilegio mihi conceſſo & meis deſcendentibus maſculis & fœminis fœminæ maritatæ non gaudent.
Limita ut ibi.
220 Verba ſtatuti quantũcunq; generalia debent referri ad ius ciuile, non autem prætorium.
221 Filiæ per ſtatutum ab inteſtato excluſæ an poterit beneficium contratabulandi prodeſſe, & in quo.
222 Ius dicẽdi teſtamentum nullum, uel contratabulandi datur ei qui ab inteſtato primum locum in ſuccedẽdo obtinet.
223 Statuto cauetur q mater non ſuccedat filio habenti fratres carnales ex patre, ſi deceſſerit filius fratre ſuo præterito & extraneo inſtituto non turpi perſona, an mater impediatur ſuccedere propter illum fratrem.
224 Statuto prædicto ſtante an filia præterita poſsit rumpere teſtamentum patris uel aliquo iure uenire ad eius ſucceſ.
225 Filia dotata excluſa per ſtatutum & in teſtamento patris præterita licet non poſsit dicere teſtamentum nullũ: an tamen audietur ueniens per bonorum poſſeſsionem contratab.
Et ut uenire poſsit cautela eſt nu. 226.
227 Stante ſtatuto q filia dotata extantibus maſculis non ſuccedat, an poterit illa hæres inſtitui per patrem & ſic ſuccedere ex teſtamento.
228 Statutum dotatam excludens à ſucceſsione patris, debet reſtringi ut non ſuccedat contra uoluntatem patris expreſſam, uel tacitam.
229 Mulier ſi nõ appareat dotata niſi per confeſsionẽ mariti, an poſsit dici dotata, ut excludatur à ſucceſsione patris.
230 Per confeſsiõem maritorum eſt acquiſitum ius mulieribus ad dotem.
231 Coniecturis probari poteſt aliquam fuiſſe dotatam: nec requiritur q probetur realis & uera numeratio dotis.

Et quæ ſint iſtæ coniecturæ ibidem.

232 Mulier maritata an in dubio præſumatur dotata, ut exclu datur à ſucceſsione patris.

233 Præſumptio ſumitur à conſuetis & à fieri ſolitis.

234 Statutum q. mulier dotata non ſuccedat ſtantibus agnatis intelligi debet ſi fuit requiſitus ille qui debet dotare: & ſic ſibi imputabit quia illum non interpellauit.

235 Statutum q. quis non audiatur niſi ſatiſdederit, intelligitur, ſi ſatiſdatio fuerit requiſita.

236 Vbi dies eſt incerta ſemper requiſitio eſt neceſſaria.

237 Statuto cauetur q. mortuo uiro ſine liberis uxor ſibi ſuccedat in dimidiam, ur liberos babuit ſed eius mortis tempore iam obierant, an ſufficiat extitiſſe ad excludendum uxorem.

238 Si ſtatutū excludit maritatam & dotatam, an ſufficiat q. ſemel fuerit maritata licet tēpore mortis patris ſit udua.

239 Lex moſaica an ſeruari debeat in dotibus iudæorum, an uerò ſtatuta hæc locum habeant.

240 Iudæi non arctantur canonibus in matrimonijs contrahendis aut dirimendis.

241 Iudæorum ritus qui non ſunt ſpecialiter reprobati conſeruantur.

Quæſtio prima.

1 STATVTVM † dicit q́ ſoror dotata non ſuccedat cum fratribus, an ſi ſemel fuit dotata & dotem perdidit teneatur frater iterū illam dotare, aliàs non excludatur à ſuccedendo. Bal. in. l. fin. in. ij. col. C. de dot. promiſ. dicit q́ non tenetur eā iterū dotare per. l. ſi qs teſtamento. § primo. ff. de lega. i. nullam tamen mentionem facit de gl. & doctrina Barto. in. l. ſi cum dotem. §. ſi poſt ſolutum. ff. ſolu. matri. Vnde verius videtur q́ dictum Bal. debeat limitari ſecundum diſtinctionem Bar. in. d. §. ſi poſt ſolutum. Pro bald. tamen facit quià iſtud ſtatutū videtur eſſe correctorium iuris cōis meritò intelligi debet de prima vice. argu. l. bone. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. Mihi tamen magis placet dicta limitatio, maximè quia dictum ſtatutum videtur aliqualiter fauere iuri communi dum fratrem arctat ad dotā-
2 dum eam, † quoniam ſi mulier nō habet aliunde vnde ſe dotet de iure communi cogitur frater eam dotare, vt voluit barto. & alij doc. in. l. i. ff. ſol. matrimo. & tetigi. ſ. § l. Secus tn̄ putarem vbi frater vel quis alius teneretur ad dotandum mulierem ex diſpoſitione hominis, & ita dicit dō. Io. de imo. in. d. §. ſi poſt ſolutū allegans ad hoc. l. plane. §. i. ff. vt in poſ. leg. iuncta. l. ſciendum. ff. qui ſatiſ. cog. Sed illa iura potius faciunt in contrarium, quia in. d. l. ſciendum. obligatus erat ex diſpoſitione legis, & tamen ſi fideiuſſor deſinit eſſe
3 ſoluendo non tenetur iterum cauere, † & ſic mitius agitur cum. l. quàm cum homine. argumē. l. celſus. ff. de arb. Tu ergo allega tex. in. l. veluti § hæc. ff. de edē. iunctis nota. per barto. poſt Cyn. ibi & iuncta. l. fideicommiſſa § ſi quis. de legatis tertio. in quibus iuribus probatur q́ dictio rurſus intelligitur in diſpoſitione hominis de ſecunda vice tantùm, faciunt etiā ad hoc notata per Bald. in. l. qui per ſalutem. ff. de iureiuren. & per Roma. in. l. prætor. §. hoc interdictum. in fi. in additio. nouis. ff. de oper. no. nuncia. & bald. in. l. ſi
4 ſocius p̄ filia. ff. pro ſocio. Cōcluſio videtur q́ † frater teneatur ſororē dotare totiēs quotiens fuerit oportunum cum limitatione tamen bar. in. d. §. ſi poſt ſolutum. quia eadem ratio militat quæ in patre &c.

Quæſtio ſecunda.

5 STATVTO † & iure lombardò cauetur q́ ſi frater dotet ſororem ſuccedat patri in totum, modo frater anteq̄ dotaret ſororem deceſsit relicta filia. Quæritur an iſta filia poſsit amitam dotare, & ſic eam excludere à ſuccedendo. Videtur q́ non, quia amita dicit ſe dēre habere dimidiā hęreditatē patris ſui, q̄a licet frater ſuus haberet illud priuilegium eam dotandi & ſuccedendi, tamen iſtud priuilegium non tranſit in filiam ſuam, quia erat priuilegium perſonale conceſſum propter dignitatem maſculini ſexus. In contrarium videtur propter generalitatem. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. Et ſi diceretur q́ iſtud ſtatutum eſt contra ius naturale q́ filios ad ſucceſsionem parentū vocat, vt. ff. de bo. dam. l. cum eō. & l. ſcripto. ff. vnde liberi. & ſic ſtatutum quod excludit filiā videtur odioſum. Dic q́ certam quotā filijs deberi non eſt à iure naturæ, & hoc apparet, quia taxata eſt in auc. de trien. & ſemiſ. § penult. Sed pro amita facit. l. priuilegia. ff. de regu. iur. & l. ex pluribus. ff. de adminiſtratione tutorum, & quia in multis melior eſt conditio maſculorum. l. in multis. ff. de ſtatu homi. l. prima. C. de adulte. & ibi per Cyn. & quia ceſſat ratio excludendi amitam, quia lex voluit ſucceſsionē remanere apud maſculos, ſed iam defecerunt maſculi, ergo &c. Sed pro ipſa nepte facit. l. ſi minor. ff. de adminiſtratione tutorum, & quia ipſa eſt hęres vniuerſalis patris ſui & in omne ius ſucceſsit, vt. ff. de regulis iuris. l. hæres. &
6 quia † ſufficit ſemel perueniſſe ad cauſam q́ amita debeat eſſe dote contenta. argu. l. cum bonis. ff. de curato. furio. & quod not. in. l. ſi quis hac. de bonis liberto. & in. l. titia. §. vſuras. de lega. ij. & l. in. i. cum quidā. §. fiſcus. de vſuris. Multi conſuluerunt q́ amita admittatur ad dimidiam hæreditatis. Et adducunt vltra prædicta. l. pater deſeruit. & l. quędam § nihil intereſt. ff. de edēdo. & l. actione. §. publicationem. ff. p ſocio. & l. cum hęres. ff. de diuer. & tempo. præſcri. & l. cum hæredes. ff. de acqui. poſſeſ. Alij conſulentes in eadem quęſtione diſtinguūt, aut frater deceſsit anteq̄ pater, & tunc vera ſit opinio prędictorum conſulentiū. Aut deceſsit poſt mortem patris, tunc quia iā ius eſt quęſitū in perſona filij tranſmitti illud ad hęredē etiam fœminam, vt. l. cum antiquitas. C. de iure deliberan. & l. prima. C. de his qui ante aper. tabu. & l.
7 i § in nouiſsimo. C. de cadu. tollē. † Et quia ſufficit q́ ſemel fuerit ius q̄ſitū. l. videamus. ff. quod metus cā. & in hanc partem inclinat bald. in. l. fina. C. de in ius vocan. & Albe. de roſa. referens ſe ita obtinuiſſe in ſecunda parte ſtatutorum. quęſtione. ci. facit quod dicam. j. proxima quęſtione.

Quæſtio tertia.

8 AN dotata † per fratrem eo mortuo relictis hæredibus extraneis aliquid petere poſsit in bonis patris
9 Videtur quòd ſic, quia † ad tempus fuit excluſa, ergo poſt illud tēpus reintegrata intelligitū & admiſſa videtur

vr̃ vt nunc ſuccedat in hereditate dicti primi parentis
ꝑ notata ꝑ Bar. in. l. fi. ff. ad ter. Et faciũt in argumẽ-
tum. l. ſcire. §. tãdiu. ff. de condi. fur. & in. l. delictis.
§. ſi detracta. ff. de noxa. & in. l. i §. fi. de cur. furio. &
l. i §. expectandi. de ſecun. tabu. & l. q̃diu. ff. de acqr.
here. itẽ qa prohibitum ad tp̃s poſt tp̃s vr̃ permiſſum
l. imperatores. ff. de poſthu. l. ſtatu liberi. §. ſtichum. de
10 ſtatu liber. † nã ſtatutum hoc põt facere ꝙ qui fuit he-
rea ad tp̃s poſt tp̃s eẽ deſinat & alius ſit hr̃s ĩ totũ vel
in partem, quia hoc facere poteſt miles ex priuilegio.
l. i. in priu. de teſt. mili. & l. in ſubſtitutione filij. ff. de
vulg. & pupil. I-ẽ quia talis filia excluſa à ſtatuto di-
citur heres anormala, vt refert Bar. in. l. ſi auus. C. de
11 libe. preteritis † & illud quod eſt anormalum nullam
regulam iuris communis ſequitur, ſed quatenus eſt di
ſpoſitum de eo eatenus eſt iudicandũ & non vltra, ar
gumento eius qđ dixit gloſ. de tutela matris, vt refert
Bal. & Ang. in auc. matri & auie. C. qñ mulier tutele
officio fungi poteſt. Item quia cauſa dicti ſtatuti eſt
cauſa filiorum maſculorum, vt pulchrè decidit Cy.
in. l. publico. C. de adulte. & Bal. in. d. l. ſi auus. Bar
tol. in. l. ij. §. videtur. ad tertul. & in. l. liberorũ. de ver.
ſigni. & eleganter conſuluit Rom. in ſuo conſi. cccxi.
12 † Cum ergo ceſſat ratio finalis ſtatuti propter mortẽ fi
lij defuncti ſine filijs maſculis q medio tpe obſtitit di-
cte filie ceſſare debet diſpoſitio dicti ſtatuti argumẽ. l.
adigere. §. q̃uis de iure patron. & quod no. Cy. & bal.
in. l. generaliter. C. de epiſco. & cleri. & notatur in. l.
13 titia ſeio. §. vſuras. de leg. ij. Maximè cum dictum † ſta
tutum ſit odioſum. l. maximum vitium. C. de lib. pre
te. ergo reſtringendum vt res facilius redeat ad ſuã na
turam. argu. l. ſi vnus. § pactus ne peteret. ff. de pac. er
go neceſſario ſequitur ꝙ tale ſtatutum infringens re-
gulas iuris communis prohibendo ſuccedere tempo-
re vite fratris ſui & filiorum deſcendentium maſculo-
rum poſt ipſorum mortẽ & defectũ ad ius cõe reinte-
gretur vt nũc ſuccedere poſſit. Et iſta pars adiuuatur
auctoritate Bart. in. d. l. fi. ad tertul. & Bald. in. l. ſi qs
poſthumos §. ſi filius. ff. de libe. preter. & in dicta. l. ſi
auus. In cõtrariũ ꝙ mortuo filio poſt immixtionẽ
factã in hr̃ditate pr̃is ſui. filia ad pr̃is hr̃ditatẽ non poſ
14 ſit reuerti. † nam in hac ſucceſsiõe ab inteſtato ipſe ad
mittitur qui reperitur proximior tpe mortis teſtatoris
& additiõis hereditatis. l. ſi quis exheredato. in princ.
de iniuſt. teſta. & l. fi. ff. de condi. inſtit. Sed iſte filius
fuit proximior tẽpore mortis patris excluſa ipſa filia
15 ergo &c. † Item poſteaq̃ filius ſe immiſcuit iuncta in
cipit eſſe hereditas patris cum ſua intantũ ꝙ amplius
nõ debet hæreditas patris denominari. l. ſed ſi plures
16 §. fi. ff. de vulg. & pup. † arbitratur. n. ſtatutũ dotem eſ
ſe congruam portionem mulieris dotate, vnde extan
tibus maſculis vr̃ ipſam cõtemplatione talis dotis ex-
heredaſſe. arg. l. qui volebat. ff. de here. inſti. iũctis no
tatis in auc. nouiſsima. C. de inoffi. teſtamento. vñ vi
detur ſtatutum hanc legitimam redigiſſe ad dotẽ poſt-
ea q̃ de reſiduo eam excludit. Et hoc clarum eſt poſſe
ſtatutũ facere, vt notat Cy. in. l. ſancimus. C. de nup.
Item illa verba extantibus maſculis videntur condi
tionalia cũ habeant diem incertam. l. dies incertus. &
l. quibus diebus. §. quidam titio. ff. de condi. & demõ.
17 † In conditionibus autem traditur regula quòd ſuffi-
cit eam conditionem ſemel exiſtere etiam ſi non duret.
l. penulti. de condi. inſti. quia ois excluſio dicitur per
petua. l. diſt. c. l. & l. ſi ſeruus. de pen. ff. & c. ex lr̃is.
de cõſt. Et maximè videnẽ hec vera in materia de qua
loquimur in qua ſi diceremus filiã ſuperſtitem admit-
ti poſt mortẽ filij qui ſe immiſcuit rumpimus duas re-
gulas iuris, vnam ꝙ filius fuiſſet heres pro parte tem
poris & pro alia parte filia. Secundam ꝙ filius ſemel
18 heres deſineret eſſe heres † qđ iura non patiuntur. l. he
reditas. ff. he. inſti. l. ſed ſi ſine. §. qđ papinianus. de mi
no. Ex qbus vr̃ ꝙ filia ſemel excluſa per ſuperexiſtẽ-
tiam maſculi intelligatur perpetuò excluſa, licet. n.
cã excluſionis. ſ. maſculina proles ceſſet, non tñ ceſſat
diſpoſitio iam imperfecta pretextu dicte cauſe arg. no
tatorum per Io. an. in. c. deceat. de reg. iur. in mercu.
19 Decidendo veritas videtur ꝙ aut † ſtatutum ſimpli
citer & indiſtinctè dicit filiã dotatam non admitti ad
ſucceſsionem patris, & tunc perpetuò debet eſſe exclu
ſa. Et ita procedãt allegata pro iſta vlti. parte. Secus ſi
loquaẽ per dictiones ſuſpenſiuas, vt putà quoad vel
quouſq;, vel donec maſculus ſuperſit, & tunc ꝑꝑ de
fectũ maſculi reintegratur filia ad ſuccedẽdum, & ita
ꝓcedãt allegata ꝓ prima pte. Et iſta cõcluſio colligitur
& eſt cõis ſnĩa doc. videlicet Bal. in. c. l. §. cum etiam.
ad fi. in tit. ep̃m vel abbatẽ. & in. c. l. de bñficio fœmi
næ, & Sal. i. l. fi. C. de repu. he. & Cy. & Sal. i. l. i. C.
de adul. Imol. in. l. mulieri & ticio. ff. de cõdi. & dem.
Ang. in. l. antiqui. ff ſi pars he. pe. Io. an. in rub. de ſuc
ceſ. ab inte. & Bal. in. l. ſi quis filium. C. de inofficio
ſo teſtamen. & Bal. in. l. ſi qs poſthumos. §. filiũ. & ibi
ẽt Imo. tangit. ff. de lib. & poſth. vide Ang. in. l. q̃diu
C. q admitti. & facit quod dixi. ſ. ꝓxi. q. & vide bal.
in. l. iij. C. quando dies leg. ce. & bal. & Ang. in. l. gal
lus §. & quid ſi tantũ in fi. ff. de lib. & poſth. & Imo.
in. l. is qui ſoluẽdo. ff. de here. inſti. & Bal. in. l. ſed ſi
20 qs. in. vi. col. C. de ſecun. nup. † Et ita fiat cõcordia in
ter collegium Senenſe & collegiũ Paduanũ, qa colle-
gium paduanũ loquitur qñ ſtatutum loquitur ꝑ ver-
ba ſuſpenſiua vel conditionalia. Collegium verò Se
nenſe qñ ſtatutũ ſimpliciter loquitur, & ita hãc cõtro
uerſiã dirimit ſublime collegium Bononiẽ. ꝓut refert
& ſequitur Pet. de anch. in ſuo cõſi. ccxciij. alias. ccci.
incip. In chriſti noie probabiliter. & in cõſi. xxiiij. in-
21 cip. in chriſti noie hec quæſtio. † Predicta tñ oia ꝓce-
dunt qñ ille filius ante mortem ſe immiſcuit hæredita
ti paterne. Quid autem ſi ſe non immiſcuiſſet, ſed ſta
tim mortuo patre deceſsiſſet, an etiam ſi ſtatutum lo-
quatur ſimpliciter ꝙ extantibus maſculis fœmina do
tata non ſuccedat, an hoc caſu poterit filia reuerti ad
bona paterna. vide pulcherrimam allegationem &
deciſionem Alberi. de ro. in ſecunda parte ſtatutorũ.
quæſtione. cv.

Quæſtio. iiij.

22 SED CADIT vna dubitatio † quid ſi ſtatutũ
ſimpliciter dixerit ꝙ filia dotata nullũ regreſſum ha
beat ad bona paterna contra fratres aut hæredes parẽ
tis defuncti, an illud verbum fratres intelligaẽ de fra-
tribus ipſius filie excluſe, an verò etiã de fratribus ip-
ſius defuncti, & ſic de patruis filie. Hijs diebus con
ſului ꝙ intelligatur etiã de fratribus defuncti ſecutus
in hoc conſiliũ Ro. in ſuo cõſi. xvi. quod eſt notan-
dum. Adde tamen ꝙ prima facie vr̃ dicendũ ꝙ debet
intelligi de fratribus ipſarum mulierũ duntaxat, quia
fundata eſt intentio earũ de iure cõi cũ ſint de liberis de
functe perſone, & prima cauſa eſt in ſucceſsione libe-
rorũ. auc. in ſucceſsione. C. de ſuis & legi. & in auc. de
23 hære. ab inteſt. §. i. quinimò † ſpecialiter eſt prouiſum
ꝙ ipſe fœminæ & ex eis deſcendentes preferanẽ agna-
tis tranſuerſalibus cuiuſcũq; gradus ſine diminutiõe
alicuius partis, vt in dictis iuribus. & nota. in. l. fi. C.
de ſuis & legimis. Preterea nõ poteſt negari ꝙ ille ter

minus contra fratres non ſit ambiguus & obſcurus ex
24 eo ꝙ eſt nimis generale & indiſtinctè poſitus, ergo † in
dubio illud ſtatutum debet intelligi ſecundum ius cõ
mune vt minus lędat illud q̃ ſit poſsibile. l. ſecunda.
C. de noxa. cum ſimili. per conſequens videtur debe-
re intelligi de fratribus ipſarum fœminarum. Et quia
non eſt veriſimile ꝙ legiſlator ſeu ſtatuti prędicti ſic in
uoluto & confuſo ſermone voluerit huiuſmodi fœ-
minas ſi non extiterint aliqui fratres ipſarum exclu-
dere nõ facta aliqua ſpecifica declaratione per dictos
agnatos aduerſus quos lex in fauorem ipſarum fœ-
minarum deſcendentium ſpecialiter prouidit, vt in. §.
penultimo & fi. inſti. de hęredi. ab inteſta. &. l. fina. ff.
de ſuis & legitimis. Accedit etiam quia vix à iure per
mittitur quòd etiam expreſsè poſsint tales perſonę q̃
ſunt de numero liberorum ab hęreditate parentũ per
ſtatutum excludi. §. prohibemus. in auc. de trien. & ſe
miſ. no. in. l. ſancimus. C. de nup. per Dy. in regula in
25 dultum. de reg. iur. ergo † per velatam & obſcuram
diſpoſitionem quæ aliter poteſt intelligi nullo mõ de
bet dici hoc eſſe compræhenſum. Et talẽ rationem in
ſimili facit tex. in. l. illa inſtitutio. ff. de hęredi. inſtit.
Facit quòd no. Io. an. in. c. eos. de immu. eccl. in. vi.
& in. c. romana. §. contrahentes. de fo. compet. eodem
lib. Et pro hoc patet non obſtare quod dicitur de ho-
nore maſculinę prolis & conſeruatione familię, quia
illud videtur procedere quãdo firmiter apparet ꝙ ta-
lis eſt intentio ſtatuentiũ, ſed in caſu noſtro magis ve-
riſimiliter appet de oppoſito vel ſaltim ſumus in am
26 biguo ergo &c. Adducit ẽt pro hac parte, q̃a † verba
dicti ſtatuti gñalis loquunt de frĩbus ergo dẽnt itelligi
de frĩbus ipſaꝝ fœminaꝝ, nõ ãt de frĩbus defuncti,
q̃a iſta eẽt iniquiſsima, interp̃tatio ꝓ quã excludit fœ
mina magis defuncto proxima. argu. l. aſsiduis. C.
qui po. in pig. habe. Statuta enim ſic debent intelligi,
vt ſi verba repugnent vt minimum contineant iniqui
tatis. l. quotiens ſermo. ff. de reg. iuris. Facit in ſimili
quod dicunt docto. quòd ſtatutum excludens fœmi-
nas extantibus fratribus defuncti intelligitur de fratri
bus primi gradus tantùm, non autem ſecundi & ter-
tij gradus hoc ẽ de fratribus cõſobrinis. Ita Bal. i ſuo
conſil. incip. In chriſti nominè. Si mei non extãt &c.
& Bal. in. l. lucius. §. q̃ſnũ. ff. de leg. iij. accipi. n. debẽt
verba in potiori ſignificato, & per prius nõ ꝓ poſte-
27 rius. Vnde Bal. in. l. l. C. de ſucceſ. edic. dixit ꝙ † ſtã-
te ſtatuto ꝙ ſi extat patruus mater non ſuccedat, ſi ex-
tat patruus magnus mater non excluditur, quia cum
nihil ſit cautum de patruo magno ſtandum eſt iuri cõi
28 & generali, & ibidẽ dicit Bald. ꝙ † ſtatutum faciens
mentionem de nepote non habet locum in pronepote
niſi ſit caſus fauorabilis & nemini noceat allegat. l.
cui eorum. § finali. ff. de poſthu. Idem voluit Bald.
in. l. iubemus. §. finali. C. ad trebel. vbi dixit in. d. ſta-
tuto de fratre debemus ſequi verborũ arctitudinem
non extenſionis plenitudinem. Idem Bald. in. omnes
populi. in. xij. col. de iuſti. & iur. & Pe. de anch. in re
pe. c. canonum ſtatuta. in. ver. quid de patruo. de con
ſti. Idem bal. in. l. hac edictali. §. qua obſeruatione. C.
de ſecun. nup. vbi dicit quòd † ſtatutũ loquens ſim-
29 pliciter de nouerca non debet extendi ad nouercã ma-
gnã. bal. tamen in. l. quod vero. ff. de leg. ponit vnam
aliam limitationem, videlicet ꝙ ſi ſtatutũ dicit ꝙ ex-
tante patruo matertera, non ſuccedat quòd patruus
bene excludet materteram magnam, quia verba ſtatu
ti non repugnant huic caſui, imò eſt verior ratio in ex
cludendo materteram magnã. & hoc approbant Ro.
& communiter docto. in dicta. l. prima. C. de ſucceſ.
edicto. Faciunt no. per baldum. in. l. vxor. C. qui ac
cuſa. non poſſ. Ioan. andr. in additioni. Specula. in
titu. de ſucceſsio. ab inteſtato. Bar. in. l. ſecunda. §. vi-
dendum. ff. ad tertullia. bald. in lege illam. C. de col-
latio. bald. in capitul. quæ in eccleſiarum. in. xiij. co-
lumna. de conſtitutio. Angel. in. l. prima. ff. de inoffi-
cioſo teſtamento. & in aucten. matri & auię. C. quan
do. mulier tutel. off. fun. poteſt. Imo. in. l. ſi dotali. ff.
ſoluto matrimo. His tñ non obſtantibus ego ſum
in eadem ſententia pro qua aliàs conſului vt ſuprà re-
tuli, & fuit apud Caſalem Montiſferrati, & poſtmo
dum idem cõſului in ciuitate Cremonę in vna opulen
30 tiſsima hæreditate, videlicet quòd † filię fœminæ ex-
cludantur nõ ſolũm per fratres ipſarum fœminarum
ſed etiam per fratres defunctę perſonę ſtãte ſtatuto de
quo ſuprà. Et pręmitto ꝙ communis opinio. ſcriben
tium eſt quòd ſtatutum excluſiuum fœminarum indi
ſtinctè dicitur fauorabile, quinimmò plus dicitur cõ
cernere publicam vtilitatem, licet in hoc articulo bal.
more ſuo variauerit, vt plenè de hac quæſtiõe dicam
infra eodem. §. & ideo hic nõ replico. Secundò præ-
mitto quòd tale ſtatutum non attento iure commu-
ni poteſt dictas fœminas excludere, quia hæreditas
fuit inuenta de iure ciuili, & donum eſt iuris ciuilis.
tex. cum glo. in. l. prima. de acquirendo rerum domi
nio. not. glo. in. l. pro hęrede. de acquirenda hæredi-
ta. l. diſtinc. ius quiritum. probat in. l. ſeruo inuito.
§. ſi à pupillo. in ſimilitudine iuris ciuilis. ff. ad trebel
lia. not. Bartol. in rubrica. de acquirenda hædrtate.
31 † Sed proprium eſt legis aliquos vocare ad hęredita-
tem alios excludere. l. lege obuenire. ff. de verbo. ſig.
&. l. fin. ff. de ſuis & legitimis. Modo ſic diſpoſita ꝓ
ius ciuile poſſunt in totum & in parte ꝓ locorum ſta
tuta immutari. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Im-
mò dicit Bald. in. l. i. in. xl. colum. C. qñ non pe. par-
32 tes ꝙ † ſtatutum in loco non dicitur diſpenſatio ſed
ius commune pro quo facit, quia quælibet prouincia
habet ritus ſuos. c. illa. xij. diſtinctio. c. certificaui. de
ſepul. ergo ſtatutum poteſt dictas fœminas excludere
33 nec dicetur odium, † quia nemini facit iniuriam qui
vtitur iure ſuo. nec obſt. ſi dicitur ꝙ legitima eſt de iu
re naturali, & quòd nõ poteſt tolli per ius ciuile &c.
quia hoc eſt falſum, immò cum legitima habet certas
metas à iure ciuili aucten. nouiſsima. C. de inofficioſo
teſtamento. non minus poteſt ius ciuile quàm ius gen
tium cũ ipſum ius ciuile dederit formam. ar. l. an inu
tilis. ff. de accept. Non tamen firmo quòd ſtatutum
poſsit in totum tollere legitimam, quia hoc non mul-
tum facit ad propoſitũ noſtrum, cũ fœminę dotatę di
cantur habere legitimam, quia dos ſuccedit loco legi-
34 timę. Sed concludo ꝙ † non habito aliquo reſpectu
ad ius commune ſtatutum poteſt diſponere circa ex-
cluſionem fœminarum, & non dicitur propter hoc
odioſum. Et iſtud aſſumo mihi pro vna concluſione
ad ea quæ infra ſum dicturus, pro qua facit quia di-
ctum ſtatutum dicitur imitari. l. duodecim tabula.
per quam agnati pręferebantur indiſtinctè cognatis.
inſtitu. ad tertul. §. fi. Quòd ãt ſimus in caſu in quo ſta
tutum voluerit fœminas excludere infra oſtendam.
Secundò ad prædicta facit quia ſi ſtatutum excludit
fœminas ſimpliciter non facta mentione de maſcu-
lis, tamen eorum fauore dicitur factum, ita Bartol.
in. l. prima. §. finali. de contratabula. & Bald. in. l. pe-
go. ff. de legatis ſecundo. ad hoc pulchrè facit quòd
voluit Bald. in. l. cunctos populos. in decimanona.
colum.

col.C. de ſum.tri.in ver.itē quęro qūo cognoſcam,
vbi dicit ꝙ †quando ſtatutū excludit nepotē ex filia
videtur factum fauore agnationis, ſed ſi nepotē ex fi-
lia admittat, tūc videtur factum in odium ſexus. Sed
in quęſtione noſtra ſtatutum dicit ꝙ filia dotata & de
ſcendens ex ea &c. ergo videtur hoc factum fauore
agnationis. Pręterea hoc colligitur ex generali conſue
tudine locorum vbi ſunt talia ſtatuta. arg. l. ſi ſeruus
plurium §. fi. ff. de leg. i. l. labeo. de ſuppel. le. l. cum de
lanionis §. aſinam. de fun. inſtru. ergo ſi cenſetur factū
fauore agnationis ſequitur ꝙ illa verba indiffinita cō
tra fratres debent intelligi tam de fratribus ipſarū fœ
minarū ꝙ̄ defuncti etiam ſi fratres defuncti ſint de eadē
agnatione cuius fauore vt ſupra dixi pręfatę mulieres
36 excluduntur per ſtatutum. Facit quia † in reddenda
ratione legis vel ſtatuti poteſt multipliciter ꝑ cōiectu-
ras procedi. l. ſcire oportet. §. aliās. ff. de excu. tut. l. be-
nignius. de legi. l. in ambigua. ff. de reg. iur. l. adigere.
§. ꝗuis. de iur. pat. l. vt gradatim §. hoc ſi. de mune. &
37 hono. l. i. §. pen. & ibi Bar. de aqua plu. arcē. † Sed in
caſu noſtro nulla alia ratio coniecturari poteſt in di-
cto ſtatuto niſi amor conſeruādę familię quę ratio cū
ſit vnica debet haberi pro exprę́ſſa, vt eſt glo. no. in. l.
quamuis. C. de fideicommiſ. no. Bal. in. l. quotiens.
eo. titu. & in. l. maximum vitium. C. de lib. pręte. bo-
nus tex. in. l. nominatim. ff. de lib. & poſth. Facit qđ
no. d. Abb. in. c. ſuggeſtum. de decimis. & pulchrè in
propoſito in. c. ij. de appel. facit. l. ſcire oportet. §. ſuffi
cit. de excu. tuto. l. codicillis. §. inſtituto. de leg. ij. l. ta-
le pactum. §. fin. de pact. no. in. c. fin. de re iudi. ſi ergo
ratio ſtatuti fuit fauor agnationis quis dubitabit ꝙ il-
la verba contra fratres debeant intelligi tam de fratri-
38 bus ipſius defuncti quàm ipſarum fœminarum † ha-
bita tamen ratione prioris coniunctionis admittātur
primò fratres ipſarum fœminarum ſi extant. Si verò
non extant admittantur fratres ipſius defuncti, quia
poſtꝙ̄ verba ſtatuti poſſunt adaptari ad iſtum caſum,
ergo & mens ipſius ſtatuti locum habebit. l. iiij. §. quo
tiens, de dam. infec. l. hos accuſare. §. omnibus. de ac-
cu. Accedit pro iſta parte quod pulchrè conſuluit An
ge. in ſuo cōſi. cccxl. alias. cccl. Non ob. ſi dicitur ꝙ
39 nullibi reperitur in iure quod † quando vna ſola ratio
poteſt aſsignari in ſtatuto licet habeatur pro expreſſa
fiat extenſio ex identitate ratiōis, ſed tamen fit extēſio
ex maioritate rationis, vt patet ex dicto Bald. in. l. i.
C. de ſuc. edic. iūcto dicto eiuſdē Bal. in. l. quod ve-
ro. ff. de leg. & retuli. ſ. pręterea licet detur vnū ſpecia
le, videlicet ꝙ quando non poteſt aſsignari niſi vni-
ca ratio in ſtatuto quòd illa habetur pro expreſſa, vt
no. in. d. l. quamuis. C. de fideicom. tamen non inue-
nitur quòd tunc ſequatur aliud ſpeciale, videlicet ꝙ
ita ſit licita extenſio ex identitate rationis, ergo in caſu
noſtro non poteſt fieri extenſio ex identitate rationis,
quia reſpondeo ꝙ etiam ſi ratio non ſit ſcripta in. l. ſi
tamen non poteſt reddi mihi niſi vnica ratio, tunc fit
extenſio non minus ꝙ̄ ſi rō eſſet ſcripta in. l. & hoc ex
preſsè firmat Bal. in. l. maximum vitium. in. v. colū.
C. de libe. pręteri. & in terminis conſuluit Pau. de ca.
in ſuo conſilio. cccxxxiiij. in. vi. colum. & idem dicit
idem Pau. in. l. vero. §. de viro. ff. ſolu. mat. & aliquid
per Imo. in. l. ſi. ff. de hęredi. inſtitu. quamuis Bart. in
l. liberorum. ff. de verb. ſigni. non fuerit auſus hoc fir
mare, tamen aduertendū ꝙ Bar. ibi non innuit qđ nō
poſſet reddi niſi vnica rō, & ſic nōpōt dici ꝙ Bar. ibi
loquitur in caſu noſtro. Ex prædictis puto ſniam
pro qua conſului eſſe veriſsimā nec vllo pacto admiſ
ſo quòd ſit arbitraria iudici, ſed prędicta pars in fauo
rem agnationis & familiæ eſt ipſa pura veritas.

Quæſtio. v.

40 STATVTVM † dicit ꝙ extantibus agnatis
mater non ſuccedat vel exiſtētibus filijs filię non ſuc-
cedant nec vltra ſe extendit ſtatutum, vtrum quia de
admittendis agnatis vel filijs aliter nō diſponit exclu
ſa matre vel filiabus venient ſubſequentes in gradu ēt
cognati, putà in primo caſu auus mr̄nus excluſa ma-
tre. Videtur ꝙ ſic per. l. ij. §. videndum. ff. ad tertul.
maximè quia mater ſub nomine proprio excluditur
ergo non excluduntur alij cognati. l. tutelas. ff. de ca-
pi. diminu. Nec videtur poſſe dici quòd per illa verba
41 exiſtentibus agnatis videātur vocati ipſi agnati, † qa
verba conditionalia prout ſunt ablatiui abſoluti. l. à
teſtatore. ff. de condi. & dem. nō inducunt diſpōnem
l. ſi qs ſub cōditiōe. ff. ſi qs omiſ. cau. teſt. Præterea
ſeq̄retur ꝙ facta ſubſtōne alicui ſi ſine liberis deceſſerit
ꝙ exiſtentibus liberis viderent̄ vocati ex teſtō vel ro-
gatus inſtitutus ipſis liberis reſtituere, cuius cōtrariū
tenent cōiter doct. in. l. filius fa. §. cum quis. de lega. i. &
in. l. i. C. de condi. inſer. de quo articulo plenè dixi in
tractatu ſubſtōnū. Contra determinat Bar. in. l. i. §.
42 videndū. ff. ad ter. † ꝓ quo facit ꝙ ablatiui abſoluti
quādo proferuntur ab eo qui poteſt diſponere vñr di
ſpoſitionem inducere. caſus eſt not. in. l. fideicōmiſſa
§. cum eſſet. ff. de leg. iij. & in. l. in ratione §. iam et ſi. ff.
ad. l. fal. Facit etiam tex. in. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator.
ff. de leg. i. vbi ei cuius contemplatione facta eſt diſpo
ſitio competit actio quamuis verba non referantur
ad eum & ibi ad hoc notat. Bart. illum textum & in
ſimili etiam nota. Bald facit text. in. l. fideicommiſſa.
43 §. interdum. ff. de legatis tertio. † Item quādo aliquis
remouetur à lucro contemplatione alterius, illi debet
applicari cuius contemplatione remouetur vt patet
in tutore qui priuatur legato ſi non gerit tutelam. l.
poſt legatum §. amittere. ff. de hijs qui. vt indig. l. pe-
nulti. C. de le. l. cum duo. §. ſi duo emancipati de coll.
bono. & ibi Barto. Et iſta pars videtur veriſsima pro
qua videt̄ caſus in. l. ſi defunctus. C. de ſuis & legiti.
hæredibus. vbi eſt expreſſum quòd quando lex ab hę
reditate vel parte excludit quempiam contemplatio-
ne alterius illud debet eis applicari quorum contem-
platione aufertur, & ibi illum textum ponderauit
bald. Præterea ſi aliter diceremus iniquum fuiſſet ſta-
tutum quod voluiſſet excludere matrem vel filiam fa
ciendo viam cognatis vlterioribus in gradu in qui-
bus vrget maior rō excluſionis, & ſic non obſtāt alle
gata in contrariū in quibus poſſunt aliter operari &
alia aſſumi coniectura. Et pro hac ſententia facit glo.
in. l. lucius. ff. de hæredibus inſti. cum ſuis concor. &
l. inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. do. Facit etiam
quòd voluit barto. in. l. gallus. in principio. ff. de li-
be. & poſthumis.

Quæſtio. vi.

44 AN VALEAT † ſtatutum quòd fœmina do-
tata non ſuccedat patri extantibus maſculis. De hac
quæſtione vide per Dynum in regula indultum de re-
gulis iuris. & ibi per Ioannem andr. in mercuriali-
bus & baldum in. l. prima. §. ius naturale. ff. de iuſti.
& iure. Vide omnino barto. in repetitione. l. ſi pater.
ff. de inofficio. teſtamento. vbi dicit quòd intentio ſta
tuti videtur fuiſſe vt haberet dotem loco legitimę, &
conſeruaretur honor familię. De qua conſeruatione
notatur per Ioannem andr. in additio. Specu. in titu.
de ſucceſsio. ab inteſtato in rubrica, & per Ange. in cō
ſilio trecenteſimodecimooctauo, vbi dixit quòd tale
ſtatutum dicitur æquū. vide bald. in. l. non ſine. C. de

bo.quę lib.& in.l.ſecunda.C.de in ius voc.& in.l.
ſancimus.C.de nup.& in.l.ſecunda.C.de hȷs qui.
ad lib.procla.non licet.& in.l.certum.in prin.C.vn
de legiti.& in.l.ſi defunctus.& in.l.fin.C.de ſuis &
legi.& Anch.in repe.c.canonum ſtatuta in ver.hȷs
quoq; membris de conſti.arbitratur.n.ſtatutum do-
45 tem eſſe congruam portionem mulieris dotatę & † le
gitima non eſt aliud ꝙ portio taxata legis arbitrio p-
ſonis quibus iure naturę debetur vel quaſi debeẽ ſuc-
ceſsio,aucten.nouiſsima.C.de inoff.teſta. Appella-
tur enim debitum bonorum ſubſidium ſed mulieres
dotatę habent ſubſidiũ dotis & maritorum.l.i.C.vñ
46 vir & vxor ergo &c.† Item dos ſuccedit loco alimẽ
torum,ſed mulieribus dotatis rarò deficiũt alimenta
ergo valet ſtatutum quod talis filia dotata excludaẽ à
ſucceſsiõe patris.& plura circa hoc colliges ex dictis
remiſsionibus bald.& ex hȷs quæ dixi ſuprà in.§.i.in
quæſtione an filia dotata poſsit petere legitimam ſi
mul & dotem. Sed in contrarium vř tale ſtatutum
non valere tanquam ſit contra bonos mores & accu
ſatorium naturę quia conſtituit differentiam inter ma
ſculos & fœminas argu.l.maximum vitium.C.de li
47 be.prete. Secundò probatur quia † quod non fit per
pactum nec etiam per ſtatutum gl.ſing.in Rubr.C.de
decre.decu.quæ gl.limitatur per ſcriben.in.l. omnes
populi.ff.de iuſti.& iur.procedere, quando pactum
reprobaretur quia eſſet contra bonos mores. Sed in
caſu noſtro filia per pactum ſe nõ excludit.l.pactum
quod dotali.C.de collatio.& ibi dicitur quòd tale
pactum eſſet contra bonos mores ergo &c.Tertiò fa-
48 cit quòd † legitima debetur iure naturę vt in aucten.
de trien. & ſemiſ.§.hoc nos.& in.§.pręmium itaq; in
auc.de hęre.& fal.& in.l.ſi.in prin.ff.de bon.dam.
& l.ſcripto.vnde libe.& in.l.i.§.æquè de impo.lucr.
deſcrip.libr.x.Quartò probatur quia alimentatio fi-
lȷ iure naturæ à patre viuente dependet.l.i.§.hinc de-
ſcendit.ff.de iuſt.& iure.ita poſt mortem ipſius & ob
hoc eſt cõſtituta legitima vt eſt caſus in.§.prohibemus
in aucten.de trien.& ſemiſ.ergo tale ius naturę nõ po
teſt per ſtatutum tolli.§.generalia inſti.de iure natura
li cum concor. Prima tñ pars videtur verior,quia
49 omnes tenent quòd † poſito quod legitima non poſ-
ſit in totum tolli per ſtatutũ poteſt tamen diminui pro
ut in caſu noſtro in quo dos fuit ſubrogata per ſtatu-
tum loco legitimę vt ſuprà dixi & habetur plenè per
Cyn.in.l.ſancimus.C.de nup.per Iaco.de bel.in.d.
§.pręmium per Alberi.de roſ.in.ȷȷ.parte ſtatutorum.
q.xcix.vbi dicit ꝙ in hac opinio.ſunt communiter
omnes docto.& facit quod dicimus in ſimili de ca-
thedratico quod diminui poteſt nõ in totum tolli.c.
conquerente de officio ordinarȷ,& in decimis.c. tua
& ibi Innocen.de decimis.facit quod voluit Bald.in
50 d.§.ius naturale vbi dixit quòd† licet ſtatutum nõ poſ
ſit tollere cognationem poteſt tamen tollere ius ſucce
dendi ſicut tollitur emancipatione.l.tutelas.ff.de ca-
pi.dimi.& ſic ſecundum eũ valebit ſtatutum ꝙ filia
dotata non poteſt dicere teſtamentum patris nullum.
51 & plus dicit quòd † ſi ſtatutum filię nihil habenti om
nia deneget adhuc valebit,ſed poterit petere alimenta
pro quo dicto ꝙ valet ſtatutum quòd filia dotata nõ
poſsit dicere teſtamentum nullum , facit quia poſito
quòd de iure naturali ab inteſtato deberetur hęreditas
filȷs tamen † quòd eis præteritis competat ius dicen
52 di nullum non eſt de iure naturali,quia iſtud ab initio
fuit introductum ratione patrię poteſtatis quòd patet
quia emancipatis non competebat quæ patria pote-
ſtas eſt de iure ciuili inſti.de patria poteſta.ſicut & ius
querelandi eſt etiam introductum de iure ciuili,to.ti.
ti.& C.de inoff.teſt.ergo iure ciuili bene poteſt tolli.
Alȷ etiam dicunt quòd hęreditas vel legitima non de
betur de iure naturali prout latè proſequitur Dyn.in
d.c.indultum latè etiam proſequitur an ſit debita de
iure gen.quòd naturale appellatur & an illud ſit im-
mutabile per ius ciuile, & concludit quòd ſic per
eum.

Quæſtio.vȷȷ.

53 AN ILLVD † ius pręrogatiuũ quòd ex for-
ma ſtatutorum habent maſculi vt ſuprà tollatur mi-
nima capitis diminutione putà arrogatione vel emã-
cipatione. Videtur quòd ſic quia per talia ſtatuta
reducti ſumus ad ius antiquũ quo agnati pferebãtur
cognatis. Sed tale ius tollebatur minima capitis dimi-
nutione.§.ſi.inſti.de legi.agna.tu.ergo &c. Tamen
aduerte quia illud erat verum intra fratres & ſorores
& patrẽ et filium inter quos p minimam capitis dimi
nutionem non tollebatur ius agnationis.l.iȷ.C.de le
gitimis tut.§.fin.inſti.de legi.agna.ſucce.ergo idem di
cemus hodie. Sed ſi vltra illas perſonas reperiañ ſta-
tuta quæ maſculos præferant fœminis tunc videtur
dicendum quod ſi hoc fit ſub ciuili nomine putà dicit
ſtatutum quòd agnati præferantur cognatis prout in
partibus vltramontanis vt refert Ioan.fab.in.d.§.fin.
inſtit.de legitima agna.tu.& tunc fortaſſe tale ius tol
leretur per capitis dimi. Et ſi dicitur quòd iſtud ius ꝙ
ex ſtatuto datur non datur ex.l.xȷȷ.tabu.& capitis di
minutio ſolum tollebat ius.xȷȷ.tab.non autem aliarũ
legũ poſteriorũ vt eſt caſus in.l. tutelas.ff.de capi.di-
mi.Reſpond.quòd illud ideo eſt quia alię leges pręter
l.xȷȷ.tab.ſolebant ius ſi quod tribuebant tribuere ſub
nomine naturali quod non confunditur capitis dimi-
nutione.d.§.fina.vt dicit text.in.l.tutelas in verſi.ex
nouis autem.legibus.ff.de capi.diminu.& hoc ſenſit
ibi Bar.in ſua diuiſione.vnde etiam ſi leges nouę ali
quod ius pręrogatiuum dediſſent ſub nomine ciuili il
lud ius tolleretur capitis diminutione quod etiã ſen-
ſit Bal.in.d.l.tutel.quamuis Ioan.fabri.in dicto.§.ſi.
dixerit contrarium & male. Et iſta tene menti qa in
contingentia facti poſſem facere tibi honorem.

Quæſtio.viȷ.

54 QVID SI † frater vellit ſororem ad ſucceſsio
nem admittere & illa eligat ſe dotari quis audiatur.
Videtur quod filia arg.de leg.iȷ.l.fideicõmiſ.§. cũ
eſſet. Et hoc firmat Alberi.de roſa.in.ȷȷ.parte ſtatuto-
rum quæſtione.ciȷ.vbi allegat.l.petendę cum ibi no.
55 C.de temp.in integ.reſtit.peten.† Adde tamen quod ſi
filȷ maſculi vellent filiam admittere ad ſucceſsionem
poſſunt & inuitis creditoribus , ſingulare eſt dictum
Bar.in.l.ȷȷ.§.ſi ſint.ff.ad tertull.& ſequitur Bal.in.l.
maximum vitiũ in.viȷ.col.in verſic.ſed pone quod
frater.C.de lib.prę.& Bal.in conſi.quòd incipit quę
dam Mafrenia.in.ȷȷ.col.

Quæſtio.ix.

56 STATVTO † cauetur quòd ſi quis deceſſerit
relictis filȷs ac filiabus filię ad ſucceſsionem non ve-
niant ſed dotari debeant decenter,quęritur ſi pater fe-
cit teſtamentum & pręterȷt filias an poſsint rumpere
teſtamentum. Vide Alb.qui hanc.q.diſputauit in
ſecunda parte ſtatutorum.q.ciȷ.& de hac quæſtione
etiam aliud inferius tangam.

Quæſtio.x.

57 SVPPOSITO † ſtatuto ꝙ frater excludat ſo
rorem dotatam quid ſi pater ſolum ſponſalia contra-
xit pro filia & dotem promiſsit an erit locus ſtatuto.
Alberi.de roſa.in ſecunda parte ſtatutorum.qõne.

cix.dicit

cix.dicit fuiſſe determinatum quòd ſic per.l.nō ſine
ratione.C.de bonis q̄ libe.& ibi vide Bal.aliquid.ĩ.
58 dicam & etiam dixi ſuprà. †Et adde nunquid dotata
in teſtamento patris dicatur propriè dotata videtur
quòd non, ſed quòd intelligi debeat de muliere verè
dotata & de dote actualiter numerata.vt voluit bar
to.in.l.qui pupillum.ff.de adult.& in.l.non eſt.ff.
de iur.do.vbi propriè loquitur in terminis noſtris de
ſtatuto. In cōtrariū cōſuluit Ang.in conſi.cccxiij.
inci.quidā ciuis florētinus vbi dicit quòd mulier di-
citur dotata ſi dos eſt ei relicta in teſtamēto vide Bar-
tolum in.l.cum plures.§.penulti.ff.de admini.tut.&
Petrum de ancharano in conſilio.clxij.Ange.in con
ſil.ccc.Pau.in conſi.cv.vide Saly.in.l.ſi donaturus
§.primo.ff.de condi.ob cau.vbi dicit quòd illa mu-
lier dicitur dotata quę habet dotis promiſsionem vi-
de Ang.in conſi.xcv.quod incipit Pet.& in conſil.
cxxxij.incipien.in.q.vertente vbi vult quòd ſufficiat
dotem offerri vſq; ad ſententiā per.l.fi.ff.de pign.ac.
quod eſt perpetuò notandum ſi eſt verum de cuius ve
ritate aliquid infra tangam.

Quæſtio.xi.

59 QVID SI PATER †pro filia quę ingredit
monaſterium obtulit aliquid monaſterio putà poſuit
centum ſub altari an dicatur ex eo dotata ita quod p
ſtatutum excludatur. Vide Bar.in.l.ticio centum.§.ti
cio genero in fi.ff.de condi.& demō.& in.l.i.§.ſi pa
rens.ff.ſi quis à paren.fu.manu.& in.l.oino.& in.l.
qm̄ in prioribus.C.de inoff.teſt.Communis conclu-
ſio vr̄ quòd excludat̄ & dici debeat etiam dotata.

Quæſtio.xij.

60 AN VALEAT †ſtatutū quòd filia ingrediēs
monaſterium non ſuccedat patri. Videtur ꝙ non
quia vr̄ contra priuilegia conceſſa clericis p.l.deo
nobis.C.de epi.& cle.ergo vr̄ cōtra libertatē eccleſię
auc.caſſa.C.de ſa.ſan.ec.ergo nō valet Pro hoc vr̄ in
auc.de ſanctis epiſ.§.ſed hoc pn̄ti & in auc.niſi rogati.
C.ad trebellia.ſententia Barto.in.l.fina.C.de pac.eſt
quod aut ſtatutū diſponit de ingrediente per hęc ver-
ba ingrediens monaſterium vel ſi quis intraret mona
ſterium ſit priuatus iure ſuccedendi vel nō ſuccedat,
& tunc valeat ſtatutum quaſi non diſponat circa cle-
ricum ſed circa laycum.nā laycus ē ille qui monaſte-
rium ingreditur ſicut viuēs moritur.l.qui duos.ff.de
manu.te.Et ſic non ob.d.auc.caſſa. Non ob.d.auc.
niſi rogati qa ibi grauatur ſi monaſterium ingreditur
hic verò lucrum aufertur non autem in ſibi quęſitis
grauatur. Aut ſtatutum diſponit de iam ingreſſo per
hęc verba ſi quis ingreſſus fuerit monaſterium.tūc nō
valet ſtatutum quia non poteſt clericis auferre ius ſuū
& eſſet contra libertatem eccleſię.d.l.deo nobis argu.
pro hoc in.l.ſtichus te.ff.de manu.te. Adde quod
in effectu idē tenet Bald.in.l.deo nobis.§.hoc etiam in
iij.col.C.de epi.& cle. Sed mihi videtur.quòd hęc di
ſtinctio ſit verbalis & maximè quia ſequeretur quòd
pater poſſet exhæredare filium ſi ingrederetur mona-
ſterium quod eſt contra.d.l.deo nobis in verſi.omni-
modo vnde valde dubito de deciſione bart.Et de hac
quæſtione vide per docto.in.l. ſtipulatio hoc modo
concepta.ff.de verb.obli.& vide pulchrum conſiliū
pau.in conſilio.cccxxxv.ibi vide.Adde ꝙ Rapha.
61 Fulg.in.d.l.fi.C.de pac.tenet contra Bar.qa † quali
tas adiuncta verbo intelligitur ſecundum tempus ver
bi.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxali.Nam ſtatu-
tum dicit ingrediens antequam ingrederetur non erat
quæſita hæreditas. Sed poſt ingreſſum debet quæri fi-
lig.l.deo nobis.C.de epiſ.& cle.ergo verba ſtatuti re-
feruntur ad ingredientem poſt ingreſſum & ſic inclu-
62 dūt perſonam eccleſiaſticam.†Item non poteſt negari
quòd tale ſtatutum non ſit impedimento futurę ingreſ
ſioni & ſic contra libertatem eccleſię,ergo nō valet.c.
fin.de immunita.eccleſia. Alij diſtinguunt. Aut ſtatu
tum pręceſsit ingreſſum & excludetur filia & valebit
ſtatutum quod poteſt diſponere de bonis quęrēdis ap
plicādo alteri & ideo mulier excluditur, quia maſcu
lus includitur non quia monialis. Secus ſi ingreſſus
pręcederet ſtatutum quòd non multum placet,ideo
fortè non eſſet abſurdum dicere quòd tale ſtatutum
non valeat.

Quæſtio.xiij.

63 SI STATVTO † cauetur quòd mulier ſit cō
tenta dote pro falcidia an intelligatur de debita iure
naturę. Bartol.in.l.prima.ff.ad legem falcidiam.
tenet quòd ſic per glo.ibi quæ dicit quòd falcidia dici
tur à falce & ſic omne quod defalcat poteſt dici falci-
dia.Et idem tenet glo.inſti.ad.l.falci.in princip.& in
auctē.de hęre.& fal.§.hinc nobis & Azo in ſumma
eo.tit.§.circa falcidiam & pro iſta opin.facit.l.patro-
nus.§.primo.ff.de donatio. Contrarium diſputauit
64 Nico.matarell.quia † verbum falcidia propriè ſumē
do intelligitur de debita iure inſtitutionis vt patet per
totum titul.ff.ad legem falcidiam.impropriè de tre-
bellianica quod patet quia ſi falcidia & trebellianica
idem eſſent cur diuerſos titulos haberemus argu.l.ſi
idem.C.de codicil. impropriiſsimè ergo debita iure
65 naturæ ſed † verba accipi debent ſm̄ proprium ſigni-
ficatum.l.non aliter.ff.de le.iij.cum ibi notatis,p hoc
facit quod no.in auctenti.vnde ſi parens maximè per
Bal.C.de inofficio.teſtamen.Et quia ſtatutum eſt ſtri-
cti iuris & contra ius commune, & odioſum & hāc.
partem ſequitur Alberic.de roſa. in ſecunda parte ſta
tutorum.q.cxliij.

Quæſtio.xliij.

66 SI STATVTO † cauetur quod filia ſucce-
dat matri abinteſtato non extantibus maſculis vtrum
à contrario ſenſu ſi extant maſculi excludatur. Ad
67 uertendum eſt quòd quandoq; lex dicit quòd † ar-
gumen.à contrario ſenſu dicit eſſe coniectura.l.apud
antiquos.C.de furt.Alibi dicitur quòd eſt verus tex.
68 vt in.l. qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſtamē.† Bal.
in dicta.l.apud antiquos dicit quod aut caſus omiſ-
ſus qui venit à contrario eſt deciſus per alias leges &
tunc per contrarium ſenſum non deciditur,ſed tan-
quam omiſſus ab illa lege remanet ſub diſpoſitione iu
ris communis & venit decidendus per alias.ll.vt.l.ſi
cum dotem in principio.ff.ſoluto matrimo.&.l.ſi ex-
traneus de conditio.ob cauſam.aut ille caſus non eſt
deciſus per alias leges & tunc argumentum à contra-
rio ſenſu eſt ex mente ſeu interpretatione legis potius,
quàm ex verbis.l.pecuniam.ff.ſi certum petatur.ibi
tanquam ſub contraria cōditione quæ dictio tanquā
denotat improprietatem.vt.l.ſi pater.§.qui duos.ff.de
adoptio.& ſic poteſt intelligi glo.in dicta.l.apud an-
tiquos.Modo in quæſtione noſtra Bald.in.l.conuen
ticulam.C.de epiſco.& cleri.refert Cyn.conſuluiſſe
quòd extantibus maſculis fœmina excluditur per.l.
69 inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact.dota.vbi † in pa
ctis dotalibus ſumitur dictum argumentum à contra
rio ſenſu ergo idē erit in ſtatuto quod factum eſt à cō-
ſenſu ciuitatis.l.de quibus.ff.de legi.arg.gloſ.in ru-
brica.C.de decre.decurioni.Adde quod idem tenuit
Petr.de anchara.in repetitione.c.canonum ſtatuta in
vigeſimaprima carta extra de conſtitutio.& in ſuo cō
ſilio.ccccxx.

Quæſtio.xv.

70 SI STATVTO † cauetur quòd filię dotatę à
patre regreſſum non habeant ad bona paterna vel do
tatę à fratre non ſuccedãt fratri. mō in primo caſu pa
ter dotauit filiã de bonis maternis & in hoc ſecũdo ca
ſu frater dotauit ſororẽ de portione ſororis, an ſic do
tata in primo caſu habebit regreſſum ad bona pr̃na: in
ſecundo ad fraterna. Bal. in. l. ſi mr̃. C. de iure dot.
71 dicit qđ † illa verba dotata debent intelligi cũ effectu
non ꝑ actũ nudi miniſterij allegat. l. ſi pater ex prouin
cia inſi. ff. de manu. vindicta & in. l. ſi res, de iure do.
Idẽ tenet Anc. in repe. d. c. canonũ ſtatuta in. ciiij. car
72 ta de conſti. Cui adde qđ † ſtatutũ ꝙ fœmina dota
ta non ſuccedat intelligitur quo ad bona dotantis gl.
eſt peregrina & ibi Bal. in. l. i. C. de legi. hęre. niſi ſta
tutũ vltra procederet diſponendo vt vult ibidẽ bald.
& Ro. in conſi. ccccclxxxv. qđ incipit in caſu ꝓpoſitę
73 conſultationis putà qa † diceret ſtatutum ꝙ filia do
tata excludatur ab hęreditate pr̃is vel mr̃is: qa tũc ſuf
ficit quõcunq; dotetur ad excludendum illam ab hęre
ditatibus expreſsis in ſtatuto. ita & voluit Pau. in cõſ.
cccxxxvij. incip. in xp̃i noĩe preſuppoſito qđ dictum
ſtatum & vide Anch. in conſi. lxxix. incip. in xp̃i no
mine retento ordine in. ij. col.

Quæſtio.xvi.

74 STANTE † ſtatuto quod filia dotata non ſuc
cedat quid ſi pater deceſsit relicta poſthuma quã do
tare non potuit vel furioſa vel infante, an fratres dotã
do eã excludant. Bal. in. l. ſi plures. C. de condi. in
ſti. decidit qđ non: qa iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto er
go &c. ar. l. ſi cum dotem in prin. ff. ſo. ma. Et idẽ vi
75 detur ſentire Barto. in. l. cũ plures. ff. de admi. tu. † Ad
de an ſufficiat qñcunq; dotetur filia vel requiratur qđ
ſit dotata tempore mortis patris. quod videt̃ regri qa
in ſuis hęredibus in ſucceſsionibus ab inteſtato inſpici
mus tempus mortis tantũ & caſus ſuperueniens non
repellit à ſucceſsione. l. ſi alienum. ff. de hęre. inſti. Et
ita conſuluit Bar. in cõſi. xxxi. inci. in noĩe dñi quidã
deceſsit inteſtatus. Vide pro limitatione huius dicti
Ro. in cõſi. ccccxlij. incipi. oĩpotentis dei vt deciſio
nem &c. Adde incipitum. ſ. dixi qđ ille caſus de poſthu
ma infante vel furioſa videt̃ omiſſus à ſtatuto qđ idẽ
firmat Bal. in. l. non ſine ratione. C. de bo. q̃ lib. ſub
dens qđ ita ſeruatur & practicatur in ciuitate peruſij.
Contra tenent ibi Ia. de are. Pe. de anc. & Cyn. idẽ te
net Panor. in rub. extra de ſpon. Non ob. tex. in. d. l.
non ſine rõe, qa loquit̃ in fauorabilibus vel Bal. verũ
diceret qñ ſtatutũ ſic dictaret. Mulier nupta vel mari
tata debet ſtare contenta dote. Secus ſi tantũ diceret
mulier dotata non ſuccedat & illud puto verius atten
ta ratione finali ipſius ſtatuti.

Quæſtio.xvij.

76 STANTE ſtatuto † ꝙ frater ab inteſt. excludat
ſororẽ ſaluo quòd debeat eam dotare modo pater fe
cit teſtm̃ & dixit filios meos hæredes inſtituo in eo tã
tũ qđ eos de iure tangit, an excludatur filia. Qui
dam doctor cuius nomen ignoro ponendo terminos
in conſuetudine diſponente vt. ſ. arguit ad partẽ affir
matiuam qđ ſic. ſ. quod filia ſit inſtituta & non exclu
77 ſa qa † appellatione filiorum continentur filię. l. ſi ita ſcri
ptum. ff. de deleg. ij. & qa res de facili reuertitur ad ſuã
naturã. l. ſi vnus §. pactus ne peteret verſic. qđ in ſpecie
ff. de pac. iũcta. l. maximũ vitiũ. C. de lib. prę te. In
78 contrarium arguit qa † iuxta cõſuetudinẽ regionis in
terpretanda eſt intentio teſtatoris. l. minimis de leg. iij.
l. ſemp in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. & ad ipſam ſe
retuliſſe vr̃. l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. tandẽ ipſe cõ
79 uenit videri filiã inſtitutam. † Sed dubium eſt in qua
parte videatur inſtituta an in virili an in ea quę ſibi de
betur de iure cõi quod verius credit quia ad ius ſe re
mittit vt in §. ij. inſti. de iure naturali. Adde quòd
idem videtur firmare Bal. Bar. in aliquibus lec. in. l.
quicunq;. C. de ſer. fugi. vbi dicũt quod dubia diſpo
ſitio teſtatoris ad ꝑſonas relata magis recipit interpre
tationem de iure cõi q̃ à ſtatuto vel conſuetudine ali
ter diſponente circa perſonas. Dubito an hoc ſit verũ
& probabilius forte eſſet in dubio ſequi quod diſpo
nit ſtatutum vel conſuetudo q̃ ius cõe. Pro quo opti
mè facit tex. in. c. ꝙ dilecto de cõſan. & affi. nã ad vul
garẽ intellectũ referenda ſunt verba. c. ex literis de ſpõ
80 ſa. † Vnde ſi ſtatutum vel conſuetudo diſponit diuer
ſum in fœminis & in filijs maſculis in hac materia dif
ferenti non videt̃ inter homines illius loci in eorũ di
ſpoſitione aſſumenda interpretatio iuris cõis poſtquã
ſtatutum vel conſuetudo facit differẽtiam inter eos vi
detur enim teſtator potius intellectũ ſuũ applicaſſe ad
conſuetudinem ꝓpriã. q̃ ad ius cõe vt dicit. d. c. qđ di
lecto. Et adde quòd pro hac decidit anch. in. d. c. cano
num ſtatuta in. cxviij. carta extra de conſtitutionibus.

Quæſtio.xviij.

81 SI STATVTO † cauet̃ quòd fratres defun
cti & fratrum filij pręferantur in ſucceſsione ab inteſt.
filiabus ipſius defuncti qualiter accipimus fratres, an
pro fratribus primi gradus tantũ an pro fratribus ſe
cũdi & tertij gradus hoc eſt de fratribus conſobrinis.
Bal. conſuluit ꝙ de fratribus primi gradus non de
vlterioribus qui non dicunt̃ fratres ſimpliciter ſed pa
82 trueles, vel cõſobrini & † ita vulgus loquitur & cõis
vſus loquendi ſe habet & allega. q̃ dicunt̃ fratres in
telliguntur de carnalibus nõ de conſobrinis. l. tres fra
tres. ff. de pac. Accipi. n. debet in potiore ſignificato,
& nomen fratris ſororẽ non cõpħẽdit hoc caſu iuxta
notata per Dy. in. l. i. ff. de ver. ſig. Filia igit̃ excludit
ſororẽ defuncti vtpote nõ incluſam in ſtatuto neq;. n.
ita debet iniquè interp̃tari vt ſtatutũ excludat fœminã
magis defuncto proximam. ar. l. aſsiduis. C. qui po.
83 in pig. hab. † Statuta. n. niſi verba repugnent ſic ſunt
intelligenda vt q̃ minimum contineant iniquitatis. l.
quotiens ſermo. ff. de regu. iu. no. Bal. in. l. vxor. C.
qui accu. non poſ. Et de hac. q. vide per ro. in conſil.
ccccxiiij. & Pe. de anc. in. c. canonum ſtatuta in. xix.
carta de conſti. vbi concludit idẽ quod ſuprà.

Quæſtio.xix.

84 STATVTO † cauet̃ ꝙ ſoror dotata nõ ſucce
dat fratri. Quid econtrario an videat̃ frẽ excluſus vel
ꝓhibitus ſuccedere ſorori. Vr̃ qđ ſic qa debet hinc in
de æqualitas ſeruari & taliter ſuccedet̃ vni qualiter ſuc
cedet̃ alteri. l. lege. C. de legi. hęre. bal. ibi tenuit cõtra
riũ, nã dato vno incõuenienti non debet dari reliquũ
qđ ex illa. l. patet. vbi illa media iuris prudentia dura
ret niſi illa. l. remouiſſet illud incõueniẽs. idẽ tenet Pe.
de anc. in. d. canonũ ſtatuta in. cxvij. car. & bal. in ſuo
conſi. quod incipit Petr. & roma. in ſuo conſi. cxxij.
Pe. de ancha. in ſuo conſi. incip. In Chriſti nomine
viſis dubijs &c.

Quæſtio.xx.

85 SI STATVTO † cauet̃ ꝙ filia dotata nõ ſuc
cedat extãtibus filijs an extẽdat̃ ad neptẽ ex filia Bal.
in. l. qđ vero. ff. de legi. tenet ꝙ ſic qa veriſimile ẽ ſta
tutũ fuiſſe factũ in fauorẽ generis maſculini ſiue agna
tiõis & includit agnatos diſpoſitiuè. iõ fit extẽſio quo
86 ad eas. Similiter nec quoad nepotes qa † nomẽ filij p̃t
attribui nepoti qa gñale ẽ nomẽ ad deſcendẽtes. l. lu
cius. ff. de hę. inſt. l. filiũ hẽo ad macedo. Et ꝓ hac pte
conſuluit

conſuluit.do.Abbas in cõſi.lxxvi.& Pet.de anch.in
c.canonũ ſtatuta in.cxxxi.charta. De hac.q.p Cy.in
l.i.C.quæ ſit longa conſue.per Bal.& Imol.in.l.ſi ve
ro.§.de viro.ff.ſol.mat. & p Bal.in.l.maximũ viciũ.
C.de lib.præteritis & in.l.illã. C.de coll. & in.l.de q-
bus.ff.de legi.& Ange.in.§.ſed neq; in autẽ.de trien.
& ſemiſ.Ange.in conſilio.cccxliij.Pau.de Caſt.in cõ
ſilio.cccxxxiiij.Facit quod not.Bald.in.l.gallus.§.in-
ſtituens.ff.de libe.& poſthum.& Petr.de Ancha.in
clemen.prima de baptiſmo.& Bal.in.c.primo.§.hoc
autem notandum in titu.qui ſeu.dare poſ.per do.Si-
gno.in conſi.clxi. Et cõcluſiue pro hoc facit quia ne-
ptis ſuccedit loco filiæ excluſæ ergo & ipſa exclu-
detur & vide oĩno Bal.in.l.venia.C.de in ius vocã.

Quæſtio. xxi.

87 AN STATVTVM excludẽs filias videatur
excludere nepotem maſculum qui naſcitur ex filia.
Ego habeo conſiliũ Franciſci tigrini q incipit ſup
qõne quæ oritur qui cõſuluit nepotem non excludi a
ſucceſſione aui immo prẹteritum poſſe rũpere teſtm̃.
& hæc eſt magna auctoritas quia reputat Franciſcus
tigrini eſſe in cathalogo ſanctorũ vt dicit Bal.in.c.i.
§.i.in ti.epm vel abbatem.Mouet in.d.conſ.quia iſte
caſus eſt omiſſus a ſtatuto,non.n.poteſt dici quod ſi
loquitur de filia loquatur etiã de nepote maſculo er-
go remanet in diſpõne iuris cõis.l.cõmodiſſime.ff.de
88 lib.& poſth.cũ vulga.† Secundo qd fœmininum nõ
cõprehendit maſculinum immo peſſimum eſſet exẽ.
l.ſi ita ſcriptum in prin.de le.ij.facit.l.qui duos de le.
iij.facit qd no.Bar.in.l.i.ff.de verbo.ſig facit glo.no-
ta.in cle.attendẽtes de regularibus vbi dicit quod ap
pellatione abbatiſſe non venit abbas quod procedit
89 maxime in ſtatutis † quẹ non recipiunt interpretatio
nem extenſiuam.ex quo infert Alberi.in tractatu ſta-
tutorum prima parte.q.xvij. q ſtatutum prohibens
ſub pẹna colonos non tenere in agris ſuis capras non
habet locum in eo qui tenet hircum & ita dicit prẹfa-
tus doctor fuiſſe deciſum in ciuitate Mutinẹ de conſi-
lio Alberti.papienſis. Adde qd pro iſta deciſione fa-
90 cit quia † vbi lex diſponit reſpectu certẹ qualitatis ad
hoc vt lex locum habeat oportet illam qualitatem
adeſſe.l.i.§.cũ autẽ.ff.ſi quis teſta.lib.l.iij.§.hoc aũt.
ff.de iti.ac.q; pri.ergo cum ſtatutum non ſimplr loq̃
tur ſed excludit filiam dotatã & maritatam quæ qua-
91 litas cadere non põt in nepote maſculo ergo † ſi ver-
ba ſtatuti locũ non hñt ergo nec ſtatutum.l.i.§.ſi is q
nauẽ.ff.de exercito. Præterea ſolum quæ ad filios p-
uenire poſſunt prouiſione patris adimuntur filijs per
cauſam in patre contingentẽ nõ ea quẹ prouiſione le-
gis deueniũt.l.ſi arrogator & ibi notatur ff.de adop.
92 & no.i.l.diui fratres ff.de iurepat. † Sed ſucceſſio aui
ad nepotem non prouiſione patris ſed legis transfert.
l.lege obuenire.ff.de verb.ſigni.l.fi.ff.de ſuis & legi.
l.nam & ſi in prin.ff.de inoffi.te.facit.l.cũ quẹritur in
ratione ſui.ff.de ho.lib.ergo &c. Et ad hoc facit quia
93 † filia de medio ſublata nepos intrat primum gradũ.
l.pater filiũ ff.de inoffi.te.l.ſi quis filium C.eo.tit. Et
pro eadem ſententia vltra oẽs adduco quia videmus
94 q † ex iuramento p q filia renunciat hæreditati pa-
ternæ nullum fit præiudiciũ nepotibus ſiue velint ſuc
cedere cũ alijs nepotibus ex filio ſuo iuxta.l.fi.ff.vn-
de cognati ſiue cũ filio eodẽq; auunculo.& ſiue ma-
ter ſuperuixerit patri ſiue non & ſiue ipſa filia in re-
nunciatione fecerit mentionẽ de filijs ſiue non vt ha-
betur per Bar.in.l.qui ſuperſtitis de acquiren.hẹred.
glo. Bald.& doctor.in.l.pactum quod dotale.C.de
colla. vbi Bald.dicit ſecus ſi filia atteſtata fuiſſet ſe ha-
buiſſe ſuam legitimam portionem quam cautellam
no Sed ad hoc facilis eſt reſponſio quod procedit ex
eo quod iuramentum eſt perſonaliſſimum vt not.
in capitulo virtutis de iureiuran.& not. Ioan. Fabri.
inſti.quibus alie. licet in principio. Nec obſt.ſi dica-
tur quod ſit eadem ratio in nepote maſculo excludẽ-
do quæ eſt in filia ſcilicet vt bona in agnatione con-
ſeruentur quia poteſt reſponderi quod in ſtatuto ra-
tio non eſt expreſſa. Et cum potuerit eſſe multiplex
non eſt ab vna arguendum vt dicit gloſ.not. in.l.
quamuis.C.de fideicom.& in.l.non dubium.C.de le
95 gi. Abſit tamen q ego ſim in hac ſententia † quod
ſi remoueretur filia quæ eſt magis proxima non re-
moueatur etiam nepos & quia ſic obſeruatur & quia
ſic omnia ſtatuta deſtruerentur. Et ad hoc allego
Bar.in terminis ita tenere in.l.liberorum.ff.de verb.
ſignific.& in.l.ij.§.fi ff.ad tertul.& ancha.in clemen.
prima de baptiſmo & Ro in ſuo conſilio.xl.qui pro
iſta deciſione omnino videatur & Cy.in.l.i.C.quẹ ſit
longa conſuetudo & Bald.l.quod vero.ff.de legi.&
in.l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matrim.vbi dicit idem
tenere Oldrad. Andreas de iſer.in.c.primo de natura
96 ſucceſ.feudi. Poteſt adduci ratio clariſſima quia † ſta-
tutum excludens filiam voluit excludere totam li-
neam fœmininam ſeu ex fœmina fauore agnatorum
facit illud infecto ſtipite & cætera. Adde tamen quod
Bal.in.l.maximum vicium.C.de lib.præteritis diſtin
guit. Aut ſtatutum ſimpliciter excludit filiam & tunc
nepos & quilibet ex ea deſcendens dicitur excluſus
tanquam deſcendens ex inhabili materia arg.l.ij.C.
de liber.& eorum liber. Aut non ſimpliciter loqui-
tur quia excludit filiam dotatã & maritatam & tunc
Aut filia ſuperuixerit patri & tunc nepos ex ea exclu-
detur aut prædeceſſit patri & tunc nepos non exclu-
ditur quia tunc in eo ceſſat ratio ſtatuti ſcilicet dota-
tionis. Idem tenet Bald.in.l.ſcimus in principio.C.de
inoffi.teſtamen. Sed tu aduerte quia omnes rationes
quibus mouetur Bald. ad dicendum quod nepos ex
filia moriẽte poſt mortem patris excludatur, militãt
etiam qñ pater prẹmoritur.præterea quæ dixi ſupra
pxima qõne.ſ.neptẽ ex filia excludi,hñt etiã locum
97 iſto caſu in nepote maſculo ex filia ergo &c. † muta
to.n.ſexu nõ mutatur rõ excluſionis quia iſte non põt
venire niſi tanq̃ ymago mr̃is.l.illam in.fi.C.de colla.
Facit qa vbi actus in principio nõ ſumit initiũ non põt
ex illo fieri vlterior pductio.l.quæcũq; gerimus.ff.
de actio.& obl.ſed principiũ.i.iſta filia eſt excluſa er-
go non põt fieri pductio ad nepotẽ facit quod no. Io.
An.in c.ad apſice de re iud.in.vi.Bal.in.l.i.ff.de ſena
98 co.& Bald.in.l.i.C.de digni.lib.xij.vbi dicit q † rex
Angliæ nullũ ius habet in regno Franciæ quia deſcen
dit ex filia quæ ſm̃ conſuetudinẽ in regno nõ ſuccede
bat. Idem vr̃ ſentire Bar.in.l.cunctos populos in.xx.
col.C.de ſum tri.allegat Guil.& Cy.in.l.de quibus.
ff.de legi. Accedat quia ſtatutũ non ad pſonam ſed ad
naturã habuit reſpectũ ideo quod nepos maſculus ex
filia deſcendẽs eſt alterius naturæ & agnationis, certe
licet filia de medio ſit ſublata non pp hoc deſcendens
ex ea ſubintrat gradũ vel locum.ego cõcluderem q
99 † ſi filia ſit dotata & maritata oẽs ex ea deſcendentes
fœminæ & maſculi erunt excluſi qñcunq; illa morie-
tur. Et tenendo opi. Bart.quam ſupra ſecutus ſum
non ob.allegata in contrariũ. Et primo non ob.l.cõ-
modiſſime quia dico quod iſte caſus eſt cõprehenſus
in ſtatuto qa nedũ fœminam ſed lineam fœmininã to-

tam voluit excludere & benefaci.d.§.hoc aũt notan
100 dũ. † Pręterea de ſtricta ſignificatione uocabuli ad
latã etiã in exorbitantibus licita eſt extenſio ſed ſubla
to vocabulo appellatione filiæ venit nepos.l.libero-
rũ.ff.de verb.ſigni.ergo ſtatutũ excludẽs filiã exclu-
dit etiã nepotẽ ex ea, facit quod voluit glo.in.c.pri-
mo ver.canonis de elec.in.vi.& Pau.de eleaza.in cle
men.prima eo.tit.facit quod no. Bar.in aut.ſacra pu-
berum.C.ſi aduer.ven. Facit quod cõſuluit Ro.in cõ
ſil.cxxix.& in conſil.ccl.facit quod legit̃ p Gemi.in.c.
ſi poſt q̃ de elec.in.vi.Nec ob.quod in filio maſculo
ex filia nõ ſit qualitas dotationis quia reſpõdeo quod
101 † ſufficit illã qualitatẽ ſemel fuiſſe in pſonã filię quam
& eius lineã ſtatutũ intendit excludere. Et ad hoc alle
go.l.in ſubſtitutione.ff.de vulga.& pupil.&.l.mella
in prin.ff.de alimentis lega.no.Bar.in.l.ex facto.ff.de
vulga.& pupil. Bald.in.l.antepe.C.de inſti.& ſubſti.
Bal.in.l.prima.C.vnde vir & vxor. Nec ob.ꝙ de
lictum vel factũ patris &c. quia ꝓcedit qñ quis odio
vel delicto pricipaliter excludit̃ a ſucceſſione ſed nos
loquimur in excluſione in qua nõ cõſiderat̃ prima ſed
ipſa natura & ſexus fœmineus cuius pars eſt iſte ne-
pos facit ꝙ no:. Bart.in.d.l.maxmũ vicium in.ij.col.
102 Non ob.ꝙ in ſtatuto nõ ſit expreſſa ratio qa † in red-
dẽda ratione legis vel ſtatuti poteſt multipliciter per
cõiecturas procedi ꝓbatur in.l.ſcire oportet.§.alius.
ff.de excu.tuto.& in.l.benignius.ff.de legi.in.l.in am
bigua.ff.de re.iur.in.l.adigere.§.q̃uis de iure patro.et
in.l.vt gradatim.§.ſed ſi lege.ff.de mu.& bono.& in
l.ij.§.pe.& ibi Bar.ff.de aqua plu.ar.certe in caſu no-
ſtro nulla alia ratio coniecturari poteſt in dicto ſtatu-
103 to niſi ratio conſeruãdę familiæ quę † ratio cũ ſit vni-
ca debet haberi ꝓ expreſſa.vt eſt glo.no.& ibi Bar.
in.d.l.quamuis.C.de fideiuſ.& Bal.in.l.ſi.C.de liber.
prę teritis & tex in.l.nominatim ff.de libe.& poſthu.
facit quod no. Bal.p illũ tex.in.l. quotiẽs.C.de fidei-
cõ.&.d.Abb.in.c.ſugeſtum.de deci.& in.c.ij.requi-
ris de appella.facit.l.ſcire oportet.§.ſufficit de excu.
tuto.&.l.codicilis.§.inſtituto de le.ij.&.l.tale pactũ.
§.fi.ff.de pac.& qd no.in.c.ſi.extra de re iud.

Quæſtio.xxij.

104 SI FILIA prohibetur ſuccedere cum maſculo
an excludatur quo ad ea bona quæ non conſequit̃ vt
hæres ſed ex contractu patris vel prouiſione alicuius
105 extranei pone † in emphiteoſi quã pater accepit pro
ſe & filijs ſuis maſculis & fœminis an ſi ſupſit maſculus
qui virtute ſtatuti excludit fœminã dotatã poſſit ipſa
fœmina ĩ tali emphiteoſi ſuccedere. Et aduerte qa
in feudo non cadit iſta dubitatio.quia aut feudũ ſim-
pliciter conceditur & fœminæ ad eius ſucceſſionem nõ
veniunt.c.i.§.hoc aũt in tit.qui feu.dare poſ.& in.c.
i.de ſucceſſione feudi.aut conceditur ꝓ ſe & filijs ſuis
maſculis & fœminis & tunc q̃diu extent maſculi fœ-
minæ non ſuccedũt.c.i.epm vel abbatẽ & no.i.d.iuri
106 bus.& q̃ ſit rõ vide Bal.i.l.lib.C.de ope.liber. † Itẽ i
feudo eſt ſpãle quod ſi filius vult admitti debet agno-
ſcere hęreditatẽ patris.tex.ĩ.c.i.an agnatus vel filius.
Quod tñ intellige verũ ſi filius põt hr̃ditatẽ agnoſce-
re vt not.in dictis iuribus Et q̃ ſit ratio vide p Bal.ĩ.l.
g ſe patris.C. vnde liberi. not.tñ ꝙ ipſum feudũ non
hẽbit filius licet efficiat̃ hęres pr̃is tãq̃ hr̃ditariũ ſm gl.
in.d.c.i. In emphiteoſi ergo ꝓcedit qõ noſtra. Pro
107 qua declarãda tria occurrũt dubia. Primũ † an filius
vel filia poſſint conſeq emphiteoſim licet nõ efficiant̃
hęredes pr̃is. Secundũ ſi ſit caſus ĩ quo oportet illũ eẽ
hęredẽ ad hoc vt poſſit cõſequi emphiteoſim an ſuffi-
ciat quod ſit hęres in certa re.de qbus duobus vide p
Bar.in.l.vt iuriſiurãdi.§.ſi liberi ff.de oper.liber.ple
nius p Bal.in auct.ſi quas ruinas.C.de ſac.ſan.eccle.
& in.l.liberti.C.de oper.libe.plene p Imo.poſt Bar.
in.l.quod dr̃.ff.de ver.oblig.p Bar.Bal.& Ang.in.l.
ſi vnus.§.ſi pact.ff.de pact.per ſpec.in ti.de locato.§.
nũc aliq̃ verſi.cẽteſimo p Bal.& Imol.i.l.gaius.ff.ſo.
ma.p Bal.i.d.l.qui ſe patris p Pau.in cõſi. cxxxv.&
108 ccxxxij.&.cclv.p Lud.Ro.ĩ cõſi.xxxv. † Quid aũt
ſi aliqs accipiat emphiteoſim ꝓ ſe et ſucceſſoribus ſuis
an iſtitutus ĩ re certa dicat̃ ſucceſſor vide Bar.ĩ.l.q̃dã
§.nihil.ff.de ędẽdo vbi tenet quod nõ & in repetitiõe
l.ij.in.l.xxiij.col.C.de iure emphi. Itẽ qd ſi dixerit ꝓ
ſe & hęredibus ſuis an inſtitutus in legitima tñ admit
tatur vide Bal.in.l.ex facto ĩ principio.ff.de hære.in-
ſti.in.d.l.ij.C.de iure emphi.& Bal.in.c.ſi pater de te-
ſta.lib.vi. Tertium dubiũ eſt de quo in quæſtione
noſtra ſi impediatur filia ſuccedere patri extantibus
maſculis an poterit habere emphiteoſim quam pater
accepit pro ſe & filijs ſuis maſculis & fœminis. Cõ
cludo quod ſi loquitur eo caſu quo oportet filiã eſſe
hæredẽ patris ad hoc vt poſſit habere emphiteoſim
ꝙ quando ſit notatur in locis præallegatis, tunc quia
109 † prohibetur filia eſſe hæres patris in neceſſariam cõ
ſequentiã prohibetur habere emphiteoſim.l.ad rem
mobilẽ &.l.ad legatum.ff.de procur.c.pe.de offi.de-
leg. Aut non eſt neceſſe quod ſi hęres & tunc Bart.in
d.§.ſi liberi.tenet quod etiam hoc caſu filia prohibita
110 ſuccedere non admittatur ad emphiteoſim quia † illa
verba contractus ꝓ ſe & filijs ſuis maſculis & fœmi-
nis;debent interpretari ſecundũ ordinationẽ ſtatuti.ſ.
maſculo non extante.ar.l.ſi duo.ff.de acqui.hære.&
eius quod no.Cy.in.l.ſi.§.in cõputatione.C.de iure
deli. Contrarium tenet Bald.in.d.autẽ.ſi quas rui-
nas ar.l.ſi.C.de pac.&.l.poſt mortẽ.§.ſi.ff.de contra-
111 ta. Puto poſſe dici ꝙ aut † ſtatutũ excludit fœminam
ab hæreditate patris & hoc caſu cum iſtud ius emphi
teoticum ſit ſeparatum ab eius hæreditate filia pote-
rit ſuccedere ſicut maſculus & ita procedat opi. Bal.
per iura ſua, aut ſtatutum diſponit ꝙ filia dotata non
112 ſuccedat in bonis patris. & tunc quia † appellatione
bonorum cõprehẽditur ius emphiteoticum.l.bono-
rum.de ver.ſig.filia excluderetur ab emphiteoſi pp
maſculum & ita procedat opi. Bar. & hæc diſtinctio
ſi conſiderabilis colligitur ex doctrina Bald.in.d.l.li-
berti in.ix.col in ver.quid ſi ſtatutũ. Et quia ſupra te-
113 tigi quod aliud eſt in feudo q̃ in emphiteoſi quia † in
feudo fæmina oĩno non ſuccedit Adde aliquas ſingu
lares limitationes quia primo fallit qñ feudũ eſſet da-
tum ad certũ ſeruitiũ qd non minus decenter per fœ-
minam q̃ per maſculũ poteſt exhiberi.caſus eſt nota.
in.c.ſi quis militi in vltimo ti.feudorum quem quidã
libri habent de capitulis extraordinarijs & illum ti.al
legat Bal.in.l.quotiens de ſuis & legi. Secundo fallit
vbi feudum ita datur vt nullum ſeruitium fiat vt in di
ctis iuribus. Tertio fallit vbi feudũ eſt exiguum.nam
tunc cum ex eo non cauſetur obligatio ad ſeruitium
vel ad faciendũ fidelitatẽ caſus eſt in.c.i.in.d.ti.de ca-
pitulis extraordinarijs feudorũ quem allegat Bald.in
c.i.§.eſt alia in tit.quę fuit prima cauſa beneficij amit.
ergo tunc fœmina ſuccedit.d.c.ſi quis militi. Quarto
fallit ĩ feudo iure emptionis q̃ſito in quo etiã fœmina
ſuccedit magis ex natura cõtractus emptionis q̃ feudi
ſm Bal.in.c.i.in verſi.decedente in ti.qui feu.da.poſ.
facit quod no.Bal.in.d.l.liberti. Quinto fallit vbi fœ-
mina feudum a domino redimit.c.i.in tit.quemadm.

feudum

feudũ ad filiam pertineat. Sexto fallit vbi feudũ eſt
fœmineũ vel vbi ſpecialiter eſt conuentũ ꝙ ad fœmi-
niam ptineat. c. i. de feudo fœminæ. Vltimo fallit vbi
dñs de nouo fœminam inueſtiuit conſentientibus tñ
illis qui alias in feudo erant ſucceſſuri. nam in eorum
præiudiciũ non poſſet dñs alium inueſtire. c. i. de alie.
feudi. materni. c. i. §. hoc quoq;. de ſucceſſione feudi
& ad iſtas fallentias vide omnino Ro. in ſuo conſilio
114 cccl xvij. † Adde inquantum ſupra dixi quod in lo
cis vbi eſt ſtatutum excludens filias indubio pater ſti
pulando ꝓ ſe & filijs quantumcũq; copulatiue videt
eos vocare ordine ſucceſſiuo videlicet vt filię ita de-
mum admittantur ſi nõ extant maſculi bene facit ſm
aliquos text. in l. gallus. §. quidam recte, ff. de lib. &
poſthum. Sed vt mihi videtur ille tex. nihil facit quia
ideo mihi videntur vocati ordine ſucceſſiuo quia ſi-
mul nõ poterat eos vocare vt ibi declarat imo. Prę-
115 terea vt dicit ibi Bar. † ſi vocentur plures ſub copula
inter quos non cadit ordo affectionis & charitatis vel
veriſimiliter non debet cadere vt in caſu noſtro l. ma
ximum vicium. C. de lib. pręteritis. nam in eodẽ gra
du patri eſt filia quo filius tunc etiam ſi aliter de iure
debeant venire attamen intelliguntur vocati ſimul.
iſta eſt cõis ſententia in. d. §. quidam recte. vbi doc. di
cunt quod ad hoc vt natura coniunctiue alteretur re-
quiritur ꝙ cõcurrat ordo affectionis & charitatis pu
ta quod inſtituatur filius & nepos & quod reſpectu
eius quod agitur contineat debitũ naturale quod mi
nime concurrit in caſu noſtro quod eſſet qñ ſtatu-
tum dictaret ꝙ pater primo teneretur prouidere fi-
116 lijs demum filiabus ſicut † dicimus in filio & nepote
quos ordine ſucceſſiuo pater tenetur inſtituere ne rũ-
patur teſtamẽtum vt notatur in. d. §. quidam recte &
per totam legem & in. §. poſthumorum inſti. de ex-
hæred. liber. & ideo videtur recte ſecus in legato in
quo nõ cadit aliquod debitũ reſpectu eius quod agit.
ergo idẽ in ſtipulatione in qua reſpectu eius quod agi
tur nullum cadit debitum. Et ideo teneas diſtinctionẽ
quam ſupra dedi in ver. puto.

Quæſtio. xxiij.

117 STATVTO cauetur quod filia dotata ſit con
tenta dote extãtibus fratribus quęro ſi in dote erat mi
nus legitima an illud applicetur maſculis. Tetigi ſu
118 pra in. §. i. i illa quæſtione † an filia debeat habere do
tem vltra legitimam & ibi inter alia allego pulchrũ
conſilium dñi abbatis tetigi etiam de iſta. q. ſupra in
hoc. §. q. xxvi. & ibi dixi aliqua me dicturũ hic. Nũc
aũt dico aduertẽdum quia ſi ſtatutum prohibet ipſas
venire ad ſucceſſionem vel hæreditatem per hoc nõ
119 videntur excluſæ a legitima quia † ꝑ verba generalia
quod quis non poſſit venire ad hæreditatẽ vel ſucceſ
ſionem nõ excluditur a legitima. Nam dicit lex quod
filia quæ excluditur ab vniuerſali ſucceſſione ꝑ quie-
tationẽ generalem factam fratribus ſuis non tñ exclu
dit a legitima niſi hoc ſpecialiter dictũ fuerit text. eſt
no. & ibi ꝑ doct. in. l. ſi qñ. §. ſi. C. de inoffi. teſta. Idẽ
ergo multo fortius in ſtatuto, nam ſi pactũ liberato-
riũ qđ eſt fauorabile non includit legitimã ergo nec
generalia verba ſtatuti ꝙ proculdubio eſt mixtũ fa-
uore & odio. l. maximũ vicium & ibi Bal. C. de lib.
præteritis facit ꝙ notat Gui. in ſimili in. l. de his. ff. de
tranſac. Contrarium vr̃ terminare Bart. & ita oẽs
ſequuntur in. l. ticio centũ. §. ticio genero. ff. de cond.
& demonſtra. vbi concludit quod tale ſtatutũ exclu-
dit filiam dotatã a legitima extantibus maſculis & di-
citur filia quodãmodo exhæredata per ſtatutũ ar. l. ig

volebat. ff. de hære. inſti. Ad allegata in contrariũ re-
ſponde vt plene ꝑ Imol. in. d. §. ticio genero & vide
Bal. in conſilio ſuo quod incipit domina anderonoca.

Quæſtio. xxiiij.

120 FRATER inſucceſſibilis an excludat ſororem
ex forma ſtatuti quod habet ꝙ frater excludat ſoro-
rem, vel pone ꝙ frater eſt excluſus ꝑꝑ pactũ factũ pa-
tri de non ſuccedendo vel forte eſt incapax quia ban-
nitus vel frater minor. De hac quæſtione me remitto
ad Bar. in. l. i. § qui filium. ff. de contratab. & in. l. i. §.
ſi pater. ff. de coniugen. cum emanci. liber. ꝑ Bal. in. l.
gallus. §. quid ſi tñ de liber. & poſthu. ꝑ Bal. in. l. ma-
ximum vicium C. de libe. præteritis ꝑ Bar. in. l. quo-
tiens. §. ſi duo. ff. de hęre. inſti. & ꝑ Bar. in. l. amiſſione.
§ qui deficiunt ff. de capi. dimi. per Ang. in. l. ij. C. de
121 teſta. mili. Adde † quid ſi frater non efficiatur hæres
patri an filia erit excluſa vide Bar. in. l. i. §. ſed ſi non
ſint. ff. ad tertu. & Bar. in. d. §. qui filium & Bal. in. d. l.
maximum viciũ Bald. in. l. in ſubſtitutione. ff de vulg.
& pupil. Pau. in conſi. ccclxxxviij. vbi cõſuluit quod
filijs repudiantibus vel ſtatuto renunciantibus fœmi-
na non excludatur. facit illud quod tetigi ſupra eo. §.
in illa. q. an frater poſſit admittere ſororem ad ſucceſ-
ſionem inuitis creditoribus. & illud qđ ibi dixi hic re-
petas. Hęc dixi in prima traditione huius tractatus.
nunc aũt clarius decidẽdo dico quod in remiſſionibus
ſupra datis vr̃ cõcludi quod hoc caſu non excludatur
filia. Non ob. tex. nota. in l. filiusfa. §. cum quis. ff. de
leg. i. quia ibi filij non impediebant alios ideo quia ha-
berent potentius ius in ſucceſſione. ſed quia conditio-
nes alterius faciebant deficere. & adde rationem quia
122 † verba conditionũ conſiderantur ſimpliciter prout
in facto iacent non autem ad iuris effectum. l. mevius.
& l. qui hæredi. ff. de condi. & demon. quæ ratio facit
quod illa conditio ſi ſine liberis deceſſerit dicatur de-
feciſſe ſtantibus liberis, licet ſint fratres minores vel
filiæ excluſæ per ſtatutum per. l. ex facto. ff. ad trebel.
ſuper quo tamen articulo reperiũtur diuerſæ opinio-
nes quas cum non attingant paſſum noſtrum omitto.
vide ibi & in. l. i. C. de condi. inſertis.

Quæſtio. xxv.

123 STANTE ſtatuto vt piſtorij quid ſi teſtatus de-
ceſſerit is de cuius hæreditate agitur relicto filio ma-
ſculo & aliquid reliquit filiæ fœminæ quoquo relicti
titulo & ipſa filia debeat eſſe cõtenta dicto relicto &
plus petere non poſſit modo pater filiæ nuptæ nihil
aliud reliquit niſi quod ſi vidua remanſerit poſſit ſta-
re in domo patris eius. quæritur an filia pręterita poſ-
ſit expugnare teſtamentum præſuppoſito quod filia
excludatur in totum ab inteſtato quæſtio eſt multum
notabilis. Et aliquid etiam incidenter tetigi ſupra eo-
dẽ. Et conſidera quod huic filię dũ durat matrimoniũ
nil relictũ eſt. & ideo interim eſt pręterita & dicit te-
ſtamentũ iniuſtũ. l. poſth. ꝑ virilẽ. §. ex his, ibi illi iniu
ſta faciũt, ff. de iniuſto rup. immo plus vr̃ nullum, ſ. de
ſtricto iure ſi iuris ciuilis regulis regimur ff. de lib. &
poſth. l. gallus. §. in oĩbus &. §. inter cętera inſti. de ex
hęreda. lib. ſed de ęquitate poſſibile eſt ex teſtamẽto
ſuccedi. quia poſſibilitas tempore mortis attẽta, facit
quod non videtur tempore mortis inteſtatus dece-
dere vt. ff. de iniuſto teſtamẽto. l. poſthumus. §. idem
ver. circa & l. filio pręterito eod. tit. & l. ſi impubes.
§. quæſitũ. ff. ad carbo. & l. ſcimus cum glo. C. de in-
offi. teſtamento in verbo ipſo iure & notatur de con-
tratab. l. poſthumo. §. ſed qualiter & de leg. præſtan.
l. ſi is qui in poteſtate & gloſ. in. l. ſi duo in gloſ. ſed

q̄ſo eodem tit. & ff.de contratab.l.ꝗ vulgo in glo.
quaſi dicat. Et ſic quanq̄ actu pater dicatur inteſtatus
propter non valentiã teſtamenti de iure ciuili vt no.
glo.in.l.cũ in ſecũdo.ff.de iniuſto teſtamento.tñ cer-
te in multis dicitur teſtamentũ.ſ.potentiali aptitudine
d.l.filio. Item ſecundũ cõem vſum loquendi.d.§.te-
ſtamentũ. Item quo ad edictum diui Adriani vt.C.de
edic diui. Adri.l.ſcda. Item in alio quia tacito filio ha-
bet figurã eſſe,licet non habeat pręciſe eſſe.l.ſi quis le
gatũ.ff.de fal. Item quo ad legata quæ petuntur iure
teſtamenti pp ipſam figuram inſtitutionis hęredis aũt
ex cauſa.C.de lib.præte. Item propter ſubſtitutionẽ
pupillarem vt notatur in.l.i.ff.de vulga.ſubſti.itaq̄
quod qñq̄ ſumus in cauſa inteſtati & tunc non loquit̃
per factũ teſtamentũ quod expreſſe dicit de teſtamen
to.Quandoq̄ eſt medium inter hęc duo vt in caſu fi-
lij præteriti & iſte caſus eſt a ſtatuto omiſſus.& ideo
locus eſt iuri cõi.l.ſi ſeruum.§.non dixit prætor.ff.de
acquiren hære. Ratio differentiæ inter iſtos duos ca-
ſus manifeſta eſt. Nam vbi oĩno nõ facit teſtamẽtum
lex prouidet loco deficientis prouiſionis hominis &
illud idem videtur tacite decedens ſentire.vnde nihil
iniuſtum facit moriens. Itẽ ubi facit teſtamẽtum iuſtũ
iure ſuo vtitur.l.poſthumus in princi.ff de inoffi.te-
ſta. Sed vbi facit teſtamentũ iniuſtum pamplius filio
124 præterito ſuccurritur pp iniuſtitiam.† Non enim vi-
detur ſtatutum permiſiſſe patri quod iniuriam faciat
legibus & naturæ & more hois inſani deponat natu-
ralem erga filios charitatem. vrget deniq̄ patris ſti-
mulus naturalis.l.amiciſſimos.ff.de excu.tut.l.cũ ra-
tio.ff.de bo.damna.l.nihil.ff.de bo.liberto.l.ſcripto.
ff.vnde liberi.l.nam & ſi parentibus.ff.de inoffi.teſta
mento.& ideo iſta filia pręterita habet regreſſum ad
bona paterna de iure cõi non obſtante dicto ſtatuto.
& hoc ad litteram conſuluit Ia.de are.& Bald.in ſuo
125 conſi lxvi. † Nec ob.ſi quis dixerit iſta filia nõ eſt p̄-
terita qa quoquo relicti titulo habet quod vidua &c.
qualitercunq̄ igitur ſit nominata cũ cõditio tollatur
remanet relictũ purum vt.l.qm̃ &.l.omnino.C.de
inoffi.teſt. Pręteritio.n.quę erat ex adiectione condi-
tionis non habetur ꝓ pręteritione cũ conditio remo-
ueatur.l.ſcimus.§.cum aũt.C.de inoffi.teſta.l.ſuus &
ibi no.glo.& Bar ff.de hære.inſti.nam hanc opin.nõ
teneo & maxime in caſu noſtro vbi conſidera quod
quædã ſunt relicta quæ natura rei legate requirũt de
neceſſitate conditionẽ exiſtere vt ſi legãtur veſtes vi
duales requiritur ꝗ ſit vidua. ſi doctorales q͞d ſit do-
ctor. ſi dos requiritur quod ſit pubes, ſi fructus re-
quiritur quod naſcantur l.i.ff.de conditio.& demon-
ſtra.ſi ergo redditus ad domũ patris in viduitate re-
linquitur prout in caſu noſtro requiritur quod ſit vi-
dua. Nam nupta debet ſtare in domo viri & ſequi vi
rum.l.mevia.§.ſi.& ibi no.Bar.ff.de annuis lega.l.ſi-
cut de ope.liber.& ſic conditio non poteſt amoueri.
126 ideo de neceſſitate interim eſt præterita & † triſte eſt
hoc legatũ cuius expectatio eſt viduitas.l.pater ſeue-
rinã.§.ſocrus.ff.de cõdi.& demon.& ideo querimo
niã pręteritionis induxit.l.ſi filius.ff.de cõdit.inſti.q̄-
dã ſunt conditiones vel dilationes quę poſſunt remo-
ueri ſalua ſpecie & commoditate relicti & de iſtis lo
quitur.l.qm̃ in prioribus. Et ex hijs videtur cõcluſio
ꝗ filia tanq̄ præterita poſſit dicere teſtamẽtũ nullum
in caſu iſto. & ita eſt mens Bald.in præfato conſilio
de quo etiam feci mentionem ſupra in.§.i.dum quæ-
127 ſiui † an dos relicta cum nupſerit poſſit ſtatim peti re
iecta omni conditione vel filia dicatur pręterita vide
ibi & adde quæ hic dixi.

Quæſtio.xxvi.

128 QVID † ſi filia eſſet dotata de bonis proprijs
ipſius filiæ an excludatur p ſtatutum quod indiffinite
dicit filiam dotatã nõ poſſe ſuccedere in bonis patris.
Bal.in.l.mater.C.de iure do.tenet ꝗ non. Vide bo-
nã glo.& ibi Bald.in.l.i.C.de legiti.hęredi.& Ro.in
conſi.xxxij.& in conſilio.lxxx.& vide quod dixi ſu-
129 pra in illa quæſtione † quando frater dotauit ſoro-
rem de bonis matris & ibi cõcludo ꝗ filia dotata in-
telligitur excluſa a bonis dotantis tantum & iſta eſt
vera & generalis concluſio.

Quæſtio.xxvij.

130 STANTE † ſtatuto ꝗ ſtantibus maſculis filia
dotata nõ ſuccedat an itelligatur qñ maſculi ſunt in pa
ri coniunctione perſonæ defunctę. ſecus ſi fœmina ſit
in potiori gradu q̄ maſculus. Ful.conſuluit quod
ſic & multũ gloriatur de iſta limitatione & ſic ſoror
ſuccederet fratri ſuo vtrinq̄ coniuncto.licet extaret
frater maſculus ex vno latere tm̃ coniunctus. Adde
quod idẽ tenet Ro.in cõſi.cccexi.& Pe.de anch.in cõ
ſi.xli. Mihi tñ ſemper placuit contraria ſententia quia
mens & intentio ſtatuti fuit ꝗ bona in agnatione &
familia conſeruarentur quę ratio militat in caſu præ-
dicto.ergo militabit etiã diſpoſitio & ita Mantuę fuit
alias obtẽtum de anno.M cccclxi.vide.i.proxima.q.

Quæſtio.xxviij.

131 STANTE ſtatuto de quo ſupra proxima.q.&
etiã alio ſtatuto quod ſoror exiſtentibus fratribus nõ
ſuccedat fratri.ſi cõtingat quod deceſſit vnus relicto
fratre ex patre tm̃.matre & ſorore ex vtroq̄ paren-
te. Tenẽdo illud quod ſupra dixi quod frater ex pa
tre tm̃ excludat ſororem vtrinq̄ coniũctã defuncto.
mater dicit totam hæreditatẽ ad ſe pertinere quia cũ
filia eademq̄ ſoror defuncti non ſuccedat ex teſtamẽ
to perinde eſt ac ſi ſola mater & frater ex patre tm̃ ſu
pereſſent.l.ſecunda.§ ſi ſunt ſui.ff.ad tertul.quo caſu
dicit mater nemini dubium quod te fratrem exclude-
rem quia nõ es vtrinq̄ cõiunctus aũt.defuncto.C.ad
tertul.& per.d.§.ſi ſunt ſui. vbi dicitur quod nudum
nomen excluſorũ non debet nocere matri magis q̄ ſi
excluſus non eſſet in rerũ natura. Frater aũt inſur-
git dicẽs quod debet ſuccedere in illa dimidia in qua
debebat ſuccedere ſoror, quia in eius locum ſuccedit
per ſtatutũ. Et ſic quãuis ſua pſona non admittatur cũ
matre.d.autẽ.defuncto.tñ ex pſona ſororis debet ad-
132 mitti.aff.pro ſe tale exẽplum.ecce † deceſſit quidã in-
teſtatus relictis patre in adoptiua familia cõſtituto.
matre & fratre. In qua ſucceſſione pater ex ſe matrẽ
excludit ſicut & in caſu noſtro mater fratrẽ ex uno la
tere tm̃. Sed quia talẽ patrẽ frater defuncti vincit ma
terq̄ ipſum fratrem.mater patri præfertur non ex ſe-
metipſa ſed ex perſona fratris.l.ſecunda.§.ſi ſit agna-
tus.ff.ad tertul.faciunt etiã quæ habentur in.c.aucto-
ritate de conceſ.præben.lib.vi. Adducit etiã ꝓ ſe ca-
133 ſum in ſim li. † Nam certũ eſt quod auus matri nõ an
teponitur in ſucceſſione per tertulianum.l.ij.§.obijci
tur.ff.ad tertul. Sed bene pater matri vt ibidem. Po-
ne modo ꝗ eſſent omnes tres certe auus matrem ex-
cludit non ex ſua perſona. ſed filij eiuſdemque patris
quem vincit idem auus vt eſt caſus in.l.æquiſſimum.
§.i.ff.ad tertul. Inſurgit tertio loco ſoror quę dicit
in hoc caſu non obſtante ſtatuto ſe debere ſuccedere
& allegat talem rationem fratri. Nam quantũ ad di-
midiam uinco matrẽ meã per autẽ.defuncto & in illa
134 dimidia mater mea vincit te. † Si ergo vinco vincẽ-
tem te

et te multomagis vinco te.l.de acceſſionibus ff.de di
uer.& tépo.præſcrip. Item pro ſe allegat iura præal,
vbi apparet excluſum ex ſua perſona admitti ex pſo
na alterius. Itẽ allegat q̄ fratre excluſo per matrẽ de
bet ipſa admitti p tex.in.l.ij.§.ſi ſit cõſanguinea.ff. ad
tertul. In hac.q.reperio Bart.in.l.i.§.quidã ſtilũ.ff.
de bo.poſ. contratab.decidere p ſorore p.d.§.ſi ſit.
& ibi in hac materia ponit tres regulas. Prima eſt q
135 † qñ ille qui eſt remotior me excludit eũ qui exclude
bat me eo quia ſuccedit in locũ eius qui excludit me,
tunc ipſe ſuccedit & ego excludor. ita intelligit.d.§.
æquiſſimũ.§.i.&.l.ij.§.obijcitur.ff.ad tertul. Si vero
nõ ſuccedit in locũ eius, tunc facit duos caſus quia aut
ille remotior excludit me. Ideo quia habet potentius
ius in ſucceſſione & tũc nõ excludor, ſed ad ſucceſſio
nẽ vocabor per me ac ſi excluſus non eſſem in rerum
natura.d.§.ſi ſit cõſanguinea & hac ratiõe dicit in ca
ſu noſtro admittẽdam ſororẽ excluſam a fratre tanq̃
habente potentius ius, ideo fratre excluſo a matre ſo
ror admittitur, ſed fortior videtur ratio quã ſupra di
xi in ver.tertio loco. Et ſi dixeris q̄ eandẽ rationẽ po
teſt allegare frater dicens, excludo te ſoror ẽ p dimi
dia tibi contingente & tu p ea dimidia vincis matrẽ,
ſi ergo vinco vincentẽ matrẽ &c. Ad hoc rñ. & ad
uertendũ q̄ fortior eſt ratio ſororis q̃ fratris q̃uis pri
ma fronte eadẽ videtur. Ecce victoria mulieris quæ
vincit vincentẽ fratrẽ.i.matrem eſt de iure cõmuni p
d.aut.defuncto, victoria vero fratris vincentis ſoro
rem, quę pro dimidia de qua agimus vincit matrẽ eſt
de iure ſpeciali videlicet ſtatutario q̃d facilius tollitur
q̃ ius cõe.l.miles.§.militia miſſus.ff.de teſta.mili. &
136 ſic allegatio ſororis ẽ fortior q̃ allegatio fratris. † Ve
nio nunc ad ſcđm caſum qui eſt qñ ille remotior exclu
dit me, ideo quia deficit cõditio q̃ vocabar ad ſucceſ
ſionẽ, & tunc non potero admitti vt in aut.licet.C.de
natura.libe.ibi enim excludatur filius naturalis pro
pter coniugem, non quia coniunx habeat potentius
ius in ſucceſſione, ſed ideo quia lex vocare voluit na
turalem ſub ea conditione ſi coniunx non eſſet, merito
attenditur vtrum illa ſuccedat vel ne.

Quæſtio.xxix.

137 AN STATVTVM excludẽs fœminas dicat
odioſum vel fauorabile. Videtur q̄ odioſum, quia
nutrit odiũ inter deſcendẽtes contra.l.illud.C.de col
la.& in.l.cũ oportet.§.ſin autẽ.C.de bo.q̄ libe. Secũ
do quia dicit apoſtolus ſi filius ergo hæres, vt notat
glo.in.l.ſi cũ dotẽ.§.trãſgrediamur.ff.ſo.ma.& not.
in.l.neceſſarijs.ff.de acquirẽ.hæredi. & not.in.l.i.C.
ſi vt ſe ab hære.abſti.ergo ſtatutũ q̃d facit filiam non
eſſe hæredẽ eſt odioſum. Quid vltra cũ filia dicatur
per tale ſtatutũ exhæredata.l.qui volebat.ff.de hære.
inſti.ſed exhæredatio eſt odioſa.l.cum quidã.de libe.
138 & poſthu.ergo &c. † Item irrationabilis fauor dici
tur odioſus.l.maximũ viciũ.C.de lib.pre. Item iſtud
ſtatutũ eſt correctoriũ iuris cõmunis & eſt contra æq
tatẽ quæ vocat oẽs deſcendentes ad hæreditatẽ pater
139 nã.l.defunctus.C.de ſuis & legi. † Inſup. videtur ac
cuſare naturã quare nõ oẽs maſculos generauit, vt vn
de generent non ſiat &c.d.l.maximum vicium. Et pro
hac parte tenet Bar.in.l. cunctos populos in.vi.q. C.
de ſum.tri. Pe. & Cy.in.l.non ſine.C.de bonis q̄ lib.
Bal.in aut.res quæ.C.cõia de lega. Bal. in.l.ij.C.qui
ad liberta.perue.non poſ. Bal.in.d.l.ſi defunctus, Bar.
in.l.liberorum de verb.ſig. vbi dicit q̃d nulla poteſt
aſſignari ratio huius ſtatuti & intellige ratio rationa
bilis, & ſic debet dici iniquum. In contrariũ q̃d im
mo ſit fauorabile oſtenditur ſic, valet argumentũ ex
mente ſtatuentis.l.milites agri.ff.de teſta.mili.notat
Bal.in.d.l.maximũ vicium, not.glo.in.l.tale pactum
ff.de pac. ſed mens ſtatuẽtiũ ſumitur ex eo, quia apud
maſculos remanent oĩa onera defunctorũ, ergo & cõ
140 moda remanere debent. nam † ad maſculos ſolũ per
tinet propulſatio iniuriæ defuncti eũ fœmina faydã le
uare non poteſt, vt dicit glo.in.c.i.an mutus vel im
perfectus et in.c.i.§.hoc autẽ in ti.qui feu.da.poſ. quę
dicit q̄ de iure lombard. filia fœmina nõ ſuccedat pa
141 tri. † Hinc eſt q̄ fœmina non poteſt facere pacem de
nece patris, quia hoc tñ ad maſculos ſpectat. Secus ſi
maſculi non extarent, ut not. Bar. & Ange.in.l.iij.§.
cato.ff.de verb.oblig.& Bal.in.l.ticia.§.lucius.ff.de
lega.ij. Ange.in.l.pro hærede.§.ſi.ff.de acqui.hære.
Imol.in.l.ſi filius qui patri.ff. de vul.& pupil. Secun
do quia mulieri permiſſa eſt vindicta iudicialis.l.ſo
rorẽ.C.de his qui.vt indig. Tertio vr̃ tex.in.l.i.§.po
tuiſſe.ff.ad ſille. vbi mulier ancilla ita vendicat necẽ
dñi ſicut ſeruus. Ad idem quia non reperitur ſcriptũ
inter caſus in quibus deterior eſt conditio mulierũ de
quibus in.l.in multis.ff.de ſta.ho. Ego vidi Ange.in
conſi.xlviij.vbi refert hanc.q.de facto habuiſſe & p
dictis glo.dicit eſſe caſum i.l.ſi.§.ſi.ff.q pet.tut.ibi vi
tijs animi &c. Dicit tñ q̃d intelligendum eſt in defen
ſione extraiudiciali, ſecus in iudiciali per.d.l.ſororẽ.
Sed contra dictas glo.q̄ immo vindicare inimicitias
etiã cadat in muliere, ego allego tex.in.l.i.C.de his q
ſe deferũt.lib.x.ibi mulieris patiẽ inimicitias ex quo
142 ibi Ange. † infert q̄ ſi debent habere pacẽ cũ hære
re communi vt in titulo de colla. dotis. C. & in. l. filię.
C. de collatio. vbi de iure communi, ſiue ſit ingreſſa
ſiue non ſolummodo parentes tenentur relinquere le
gitimam dicta l. deo nobis. Item quia eſt intollerabile
laycis. vnde videtur ꝙ longe diuerſum ſit quãdo ſta-
tutum ſpecifice & expreſſe diſponit de monialibus
tm̃ dicendo ꝙ ipſe non ſuccedant extante maſculo q̃
quãdo in genere. quia primo caſu videtur indiſtincte
ſtatutum non valere tali ratione. Nam aut ingreſſus
monaſterij præcedit ſtatutum tunc eſt clarum ſecun-
dum Iaco. de But. & Bald. ꝙ non valet vt ibi nota. in
92 dicta. l. deo nobis quia † ſtatutum non potuit exten-
dere ſuum effectum ad mulierem iam ingreſſam: cũ
in ipſo initio ſtatuti non eſſet de ſua iuriſdictione aut
loquitur per verbum præteriti temporis puta ingreſ
ſa monaſteriũ & cætera ſeu monialis & cętera quod
intelligitur ſcilicet effecta. Et tunc idem ſecundum
eoſdem & Bar. in illa. l. fin. quia confert effectum ſuũ
in tempus quod non eſt de iuriſdi. ſtatuentium. Ad
hoc text. optimus de manumiſſ. teſta. l. ſtichus ſeruus
meus in principio. Aut loquitur per verbum pręſen-
tis temporis vt quod ingrediens monaſterium non
ſuccedat. Et tunc dicti docto. tenent ꝙ ſtatutum valet
quia confert in tempus quo ingreditur quo tempore
illa mulier adhuc laica & ſecularis ar. l. qui duos. ff.
de manumiſſ. teſta. Sed contrarium videtur quia li-
cet dicat ſtatutum ꝙ ingrediens monaſterium & cæ-
tera tamen poſtea ſubdit non ſuccedat ꝙ eſt verbum
futuri temporis & ſic poſtea confertur in tẽpus quo
delata eſt ſucceſſio quo tempore illa eſt monacha &
quo tpe proprie fit excluſio & non prius, ſicut enim
prius non poteſt excludi per expreſſam repudiatio-
nem a tali iure ꝙ nõ eſt in actu ſed in habitu, & quod
non eſt in re. ſed in ſpe. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquiren.
93 hęre. † Ita vr̃ ꝙ excluſio ſtatutaria nõ referatur ad di-
ctum tempus ſed ad illud quo erit in re. & in actu. ſ. cũ
delata erit ſucceſſio. Sed tunc cõſtat ꝙ erat monacha
& exempta a iuriſdictione ſtatuentium. Qñ ergo ſta-
tutum non poteſt in illam aliquẽ effectum priuatiuũ
inducere quia cauſa ſecunda non poteſt eſſe maioris
effectus q̃ prima. Sed ſtatuentes non poſſent hodie
cum defertur ſucceſſio eam excludere. ergo nec ſtatu
tum eorum facit. C. de legi. l. digna vox & quod ibi
nota. & ſi dicatur. immo ſtatutũ ſtatuentium infligit in
eã effectum priuatiuum in ipſo actu ingrediẽdi. ſ. a iu-
re ſuccedendi quod eſt in ſpe. & in habitu vr̃ ſic expo
natur nõ ſuccedat. i. efficiat inhabilis ad ſuccedẽdum.
94 † Sicut videmus in deportato & in matre q̃ nõ pe-
tijt tutorẽ filio ipuberi infra annũ, q̃ ꝑdũt ius ſuccedẽ
di ꝙ

di quod eſt in habitu & in ſpe licet non in re.ſ.viuen
tibus etiam illis de quorũ hęreditate ageretur ſi eſſent
mortui.l.prima.§.ſi.de contratab.l.ſi necem.§.ſi de-
portatus.ff.de bo.liber.l.gallus.§.& quid ſi tñ.ff.de
liberis & poſthumis &.l.ſecunda.§.ſi mater.ff.ad ter
tu.Et ita forte prædicti intellexerunt. Sed reſpõde-
tur quod etiã ſi ita eſſet & ita intelligerent dictũ ſtatu
tum hoc facere non põt.non pp impotentiam ſtatuen
tiũ & indiſpoſitionẽ ſubiecti ſeu perſonę circa quã, cũ
in illo actu ingrediendi & ante perfectum ingreſſum
95 ſit ſubdita ſtatuẽtibus ar.de cõ.l.qui duos. † Sed ꝑpter
cauſam ob quam talẽ priuationem inducit.ſ.propter
ingreſſum Nam ex hoc redditur turpe tanquã impe-
diens uitã contẽplatiuã quæ excelſior & melior eſt q̃
mundana vt in auctẽ.de mona.§.ſancimus. Nam licet
dubium ſit an monaci perdant gradum conſanguini-
tatis quo ad iura dignitatis.de quo ſecunda qõne.iij.
præſens.xxvij.q.ſecunda ſcripſit & ſpe.de ſta.mo.§.
i.quia retinent ius agnationis ꝑueniens a naturali ſan
guinis coniunctione. vnde non dubitatur quod rema-
96 neant fratres licet monaci.laurus. † Immo non de-
bet eſſe dubiũ quod perdant dignitatem, quia per mo
nachatum non derogatur dignitati, ſed tranſit quis in
dignitatem in aut.de mona.in princi.& maxime per
monachum in prælatura exiſtentem de præben.ſup
Rubrica.&.c.de multa, & quia clerici dicũtur eſſe in
dignitate ex ſolo clericali ſtatu.C.ne quis vel re.l.ſe-
cunda.iiij.di.deniq;.l.q.i.reperiuntur in fi.de ſer.non
97 or.cũ libertinus. † Ex diuitijs enim nõ tribuitur digni
tas, quia cadunt etiã in vilissimis perſonis & diſcolis.
Sunt enim bona fortunæ, quæ cadunt etiam in infami
bus in quibus non cadit dignitas.l.ſecunda.C.de dig.
libro.xij.ergo dignitatem non tribuunt nec conſer-
98 uant dignitatẽ opes, † hinc eſt quod virtus animi &
boni mores diuicijs præualẽt.ff.de ex.tu.l.ſcire opor
tet.§.cum reliquis. Et ſic dignitas potius cadit in reli-
gioſum hoiem & virtuoſum & magis conſeruatur p
eum q̃ per hoiem diuitem ſecundum lap.allega.ci.
99 Ergo tale ſtatutũ debet eſſe nullum in auctẽ.de ſan
ctiſ.epiſ.§.ſed hoc de præſenti. Retraherentur enim
mulieres ab ingreſſu timore dicti ſtatuti. Item quia
eſt contra libertatem eccleſiaſticam, quia timidiores
efficientẽ ad ingrediendum ergo &c. vt in auctẽ.caſſa.
C.de ſacroſanctis eccleſiis & nota.in.c.nouerint de
ſen.ex. Et quia facit eas deterioris conditionis q̃ eſ-
ſent ſi ingreſſę non fuiſſent contra.l.deo nobis.C.de
epiſ.& cle. Sic enim dr̃ cõtra libertatẽ eccleſiæ qñ au-
fertur eccleſiaſticis perſonis id quod eſt indultũ in pri
uilegium a principe vt in dictis iuribus, quãto magis
100 auferendo id quod eſt de iure cõi conceſſum. † Nam
facilius tolleretur priuilegium quam ius cõe.l.eius mi
litis.§.milite.ff.de teſta.milit.cũ ſi. Sed per tale ſta-
tutum auferetur ingredientibus beneficium ſucceden
di pp ingreſſum & efficerentur deterioris cõditionis
q̃ ſi ingreſſę non fuiſſent &c. Item cum talis priua-
tio infligatur in illo actu quo ſtatim ſubſecuturus eſt
ingreſſus qui ex eo quod ſtatim cenſetur ineſſe perin-
de vr̃ habendum ac ſi poſt ingreſſum conferretur &
ſic vr̃ quod non valet tanq̃ factum in fraudem cano-
nice ſanctionis prohibẽtis laycos ſtatuere ſuper eccle-
ſiis vel eccleſiaſticis perſonis.d.c.eccle.de conſti.fa-
cit quod legitur in.l.ſi ventri in fin.ff.de priui.credi.
Si vero ſtatutũ non loquitur ſpecialiter de ingre-
dientibus vel de ingreſſis monaſterium. Sed genera-
liter quod nulla mulier ſuccedat extante maſculo tũc
ceſſant rõnes prædictę quia nõ efficiuntẽ deterioris cõ
ditionis pp ingreſſum cum etiam ſi non ingrediantur
excludantur vnde non põt dici contra libertatem ec-
cleſiæ nec ex hoc capite nullũ. Si ergo quæritur virũ
tunc poſſit cõprehendere moniales. Et puto quod ſic
101 tali ratione. † Nam in loco vbi tale ſtatutũ viget vr̃
correctum ius cõe quia cum illud deferat hæreditatẽ
fœmine vna cum maſculo.l.maximũ vicium C.de li
be.præte.ſtatutũ ipſum eeſeruet nõ delationem ſi ma
ſculus extat quia ei aufert, ſed ſi nõ extat defert & ius
municipale eſt ciuile illius ciuitatis.l.ius ciuile.ff.de iu
ſti.& iure. Et nõ dr̃ deferre tũc mulieribus de iure cõi
ſed ex forma.l.municipalis.ff. vt ex legi.vel ſenatuſ-
conſul.&.c.i.vnica igitur eo ipſo quod mulier naſcitẽ
infligitur ſibi hęc potentia ſuccedendi ab ipſo ſtatuto
ſcilicet in totum ſi non extiterit maſculus & in nihilũ,
102 ſi extiterit. † Tranſeundo igitur in monaſteriũ trã-
ſit cum illa potentia ſic limitata & ſic conditionata &
non cum illa q̃ mulieres habent de iure cõi, quia vt di
xi in loco vbi tale ſtatutũ viget non cenſetur vigere
ius cõe quo ad fœminas vel ſi viget dr̃ vigere ſub cõ
ditione adiecta a ſtatuto videlicet ſi maſculus non ex-
tabit, ſicut ergo ingrediens monaſterium in loco vbi
tale ſtatutũ non viget ingreditur cũ illa potentia ſuc-
cedendi, quam habet a iure cõi, & cum illis conditio-
nibus limitationibus et qualitatibus quas adijceret ius
cõe & non aliter ne fiat deterioris conditionis pp in-
greſſum quam eſſet ſi non ingrederetur.d.l.deo no-
bis.& ar.ff.de manumiſ.l.gaius in fi.quod nota.in au
ctẽ.ingreſſi.C.de ſacro ſanctis eccleſiis & in.c.nuper
de dona.inter vir.& vxo.de illo qui habebat emphi-
teoſim vel vſumfructũ. Ita & habens ius ſuccedendi
ex lege municipali certo modo p eandẽ legem limi-
tatum ſeu etiam limitantẽ de iure cõi.& qñ per ſtatu-
tum eſt limitata, eſt ac ſi ab ipſo iure cõi ſumeret ro-
bur.trãſit ergo cum eadẽ potentia ſic inſcripta & limi
103 tata & non aliter, † Satis eſt.n.quod nõ efficiatur de-
terioris conditionis pp ingreſſum. Non ergo debet
iſtud petere, quia ſit melioris cõditionis quia non ꝑ-
pterea poteſt monaſteriũ conqueri ſi non fiat melio-
ris conditionis ar.ff.quæ in frau.cre.l.qui aũt.§.ſimi-
li modo &c. Non ergo obſtat illud quod vulga-
riter poteſt allegari.videlicet quod ſtatutum non po
teſt moniales ligare vel impotentes ad ſuccedendum
efficere, qa dico qd̃ nõ ligat moniales, nec eas facit in-
habiles, ſed facit eas dudum ante.i.ſpe ſuæ natiuitatis
& ſic ante q̃ de ingreſſu eſſet agitatũ qd̃ max me ꝓ-
cedit in filiabus quę de iure cõi naturali nõ habent po
tentiam & ius ſuccedendi pr̃e vt nota. Bar.in.l.ſi po-
teſt ſuper ſecundo paſſu.ff.de acquit.hæredi. Et ideo
poteſt tolli ius & potentia etiam viuẽte patre per ſta
tutum; & ablata cenſetur ſub conditione ſi maſculus
extabit.igitur ingreditur monaſterium cum illa qua-
litate & conditione.l.ſtatius.§.cornelio ff.de iure fi.
&.l.peto.§.prædium.ff.de leg.ſecundo. Alias ſeque-
retur quod ſi fieret hodie lex imperialis ſtatuẽs illud
idem quod ſtatuit hoc ſtatutum non ligaret monia-
104 les quin poſſent venire ſm ius cõe.quia † qua ratione
ſtatutum non obligat eccleſiaſticas perſonas, eadem
lex imperialis niſi per eccleſiã eccipiatur vt in aut.caſ
ſa.C.de ſacroſanctis eccleſiis. Et tñ hoc eſt ridiculum
dicere vnde vr̃ dictam monialem vel eius monaſte-
rium audiendum non eſſe ad aliquid petendum vltra
q̃ habuerit tempore ingreſſus. Adde tñ prædictis
quod ego reperio Petr.de ancha.ſuper Rubrica de
105 regu.iu.in.vi.qui dicit quod † ſi ſtatutum laycorũ lo
quitẽ generaliter in ſua regula vel in ſuo genere adeo

ꝙ poſſet eſſe prȩiudiciale eccleſiis aut eccleſiaſticis p-
ſonis ꝙ poteſt peti declaratio hoc eſt ꝙ ſtatuẽtes de-
clarent tale ſtatutum non debere intelligi ꝙ præiudi-
cet eccleſiis aut eccleſiaſticis perſonis hoc idem tenuit
But.in.c.ꝙ clericis de foro cõpeten:& Io.an.in.c.ſi.
de immu.eccl.in.vi.Et hinc eſt qđ dr̃ per docto.in.c.
eccle.ſanctæ Mariæ de conſtitu.de qõne ſtatutum lay
corum loquitur generalitee ꝙ poteſt contingere ali-
quod cõmodum in eccleſiaſticis perſonis an poſſit re-
cipi tale ſtatutũ ab eccleſia vel clericis. Exemplum
106 † in ſtatuto noſtro ꝙ extantibus maſculis filiæ fœmi-
næ nõ ſuccedant, & filia reperiatur in ſeculo & maſcu
lus in religione,qđ iuris & determinauit Io.de ligna.
ꝙ admittatur maſculus.idem Lap.in all'.ſuis in cuius
pſonam contingit iſte caſus quod eſt verum qñ tale
ſtatutum non venit imperando vetando vel pmitten
do auctorizando vel puniendo iuxta ea quæ tradunt
in.l.legis virtus.ff.de legi.& .iiij.di.ois lex & Pet.de
anch.in repe.c.primi de conſti.tenet ꝙ non cõprehẽ-
datur clericus in tali ſtatuto etiam ad cõmodum ſuũ
per tex.in.d.c.eccle.vbi ſtatutũ erat ad cõmodum ec-
cleſiarum vel clericorum & tñ non extẽditur ad eos
But.tenet primam partem in.c.ꝙ clericis nec obſtat
ille tex.in.c.eccl.ꝗ illud ſtatutũ licet eſſet ad cõmodũ
eccleſiarũ, tñ quia ſpecialiter diſponebat de eccleſiis
& earum bonis non valuit quo ad clericos ,quia per
talem ſpecificationem videbatur notari quædã ſupe-
rioritas ſuper hiis ſuper ꝗbus emanauerat ſtatutũ. Sed
ego locutus ſum ſupra qñ ſtatutum loquitur genera-
litee & nõ diſponit expreſſe de eccleſiaſticis perſonis,
nec obſtat prin.huius.c.eccle.vbi loquitur de ſtatuto
generali,& tñ determinatur non valere quo ad cleri-
cos,quia reſpõdetur ꝙ ibi tale ſtatutum emanabat ad
viam imperij & auctoritatis,vt probat ibi tex.dũ di-
cit non auctoritas imperãdi. Et ſic ille tex.in.c.eccle.
nõ probat ꝙ ſi ſtatutum laycorum eſt generale nullã
ſpecificã mentionẽ faciẽdo de eccl'ia eccleſiaſticiſq; p-
ſonis ſi ſit ad earum cõmodũ non debet valere dum-
modo non veniat imperatiue prohibitiue permiſſiue
aut punitiue quominus clerici vel eccleſiæ poſſint vti
cõmodo talis ſtatuti. Et ſic ad ſe trahere eius fauorem
facit quod habetur.x.diſtin.c.primo & quaſi per to-
tum vbi ex permiſſione iuris canonici clerici vti poſ-
107 ſunt legibus imperialibus. † Nam pleriſq; expreſ-
ſa nocent quæ non expreſſa nõ nocent.ff.de regu.iur.
l.expreſſa.&.l.ſi ita legatum.§.illi ſi volet de leg.pri
mo . Et multotiens aliquid eſt licitum in genere ꝙ nõ
eſt licitũ in ſpecie,vt i.c.ſi ſacerdos de offi.ordi. Et
quia multa ueniunt ſub vniuerſitate & generalitate q̃
non venirẽt ſub ſpecialitate . Nam iuſpatrõatus venit
ſub generalitate & ſpecialitate & tñ non veniret ſub
titulo ſpeciali vt in capitulo ex litteris & .c.cum dile-
ctus de iure patronatus.l.in modicis.ff.de contrahen.
emp.l.quædã.ff.de acqui.re,do.Et adde ad hos igreſ
108 ſos religionem ꝙ † filius qui prius cõmiſerat ingrati-
tudinẽ patri ante ingreſſum religionis nõ poteſt exhȩ
redari glo.in auctẽ.de mona.in principio.glo.in.c.
ſecundo de apoſta. Et eſt tex.xviij.q.ſi.in.c.nõ liceat.
& notat Salyc.in.l.deo nobis in principio.C.dȩ epiſ.
109 & cleri.Et ratio huius poteſt eſſe, † quia p ingreſſum
religionis dicitur naſci de nouo.Et omnia peccata ſua
intelliguntur ſibi remiſſa tex.eſt rotundus de peniten.
diſt.in.i.c.menſuras.§.ratione quoq; &c .Nunc autem
110 quæro † an ſtante ſtatuto ꝙ ſoror non ſuccedat fratri
extante tali perſona an intelligatur econuerſo , ꝙ fra-
ter non ſuccedat ſorori extante illa perſona.Et dicen-
dum eſt ꝙ nõ ſecundum Bal.in.l.lege.xij.tabularũ.
111 C.de legi.hæred.quia † dato vno inconuenienti non
debet maius incõueniens dari niſi lex vltra procedat
remouendo inconueniens quia ſi pp inconueniens lex
eſt male poſita debet corrigi non aũt intelligere eam
eſſe correctam facit lex ,pſpexit.ff. qui & a quibus &
vi.q.iij.ſcriptum facit ꝙ in ſimili dixit Bal.in.l.con-
112 uenticulam.C.de epi.& ele. † vbi dixit ꝙ lex muni-
cipalis non habet locũ a contrario ſenſu quia contra-
rius ſenſus dr̃ eſſe quædam coniectura & interpreta-
tio. Ergo non habet locum in ſtatuto vt nota. p gloſ.
in.l.apud antiquos.C.de fur.Et dum iſta quȩſtio eſſet
113 de facto Florentiæ. † quia ſtatuto cauebatur ꝙ quæ-
libet mulier ſuccederet matri ſuæ ab inteſtato ſi non
erant filij maſculi. Nam quærebatur ſm̃ Bal.an a con
trario ſenſu ſtatuti exiſtẽtibus maſculis filia exclu da-
tur. Et di.ꝙ Cy.cõſultus arguebat ꝙ talis filia deberet
excludi quia contrarius ſenſus ſumitur in pacto.Caſus
eſt in.l.inter ſocerum §.cum inter.ff.de pac.dota.l.q
teſtamẽto.§.mulier.ff.de teſta.ſi hoc eſt in pacto. Er-
114 go & in ſtatuto.quia † quod poteſt fieri per pactum.
ergo & per ſtatutum gloſ.eſt in Rubrica.C.de deci.
decu.li.x.facit.l.ſed & ea.ff.de legi.immo multo ma-
gis , quia ſtatutum habet publicam auctoritatem pa-
ctum vero priuatam . Et ideo merito primum debet
præferri.vij.quæſtione prima ſciant facit.l.ius publi-
cum.ff.de pac. Secundo quia hoc vr̃ eſſe de mente
talis ſtatuti ponderata eius ratione & cauſa finali, & ſi
115 extant filia excludatur quȩ † cauſa finalis ſemper inhȩ
116 ret legi.l.cũ tale.§.falſam de cõdi. & demon. † Nec
ob.ſecundum eum ꝙ caſus obmiſſus habeatur ,p ob-
miſſo.l.cõmodiſſime.ff.de lib. & poſthu.l.ſi cum do-
tem in princip.ff.ſolu. matrimo.l.ſi extraneus.ff.de
condi.ob cau.l.ſi ſeruum quis.§.non dixit prætor.ff.
de acqui.hȩre. & in.c.ad audientiam de deci.quia ibi
caſus obmiſſus non poſſet haberi pro expreſſo ſi be-
ne conſideretur in.d.l.ſecundum eum. Sed vbi poteſt
117 haberi ſecus.l.ſi ita de conditio.& demõſtra. † Nam
euidens coniectura habetur ,p probatione.l.licet im-
perator de leg.primo & glo.in.l.ſi tutor.C.de peri.
tuto. & idem videtur voluiſſe Dyn in ſuo conſilio ꝙ
incipit ſtatuto ciuitatis piſtorij . Et videtur eſſe caſus
118 in.l.cum poſt.§.gener.ff.de iure do. † Nam ois bona
ratio dici poteſt argumentũ & probatio , ,pbatur ex
diffinitione ,pbationis.Q̃m probatio eſt rei dubie ar-
gumentum fidẽ faciens vt nota.docto.prȩſertim Bal.
in Rubr.C.de ,pba. Quicquid ergo facit fidem de re
dubia poteſt dici ar.Et ſic vr̃ ſm̃ Cyn. & Dy.ꝙ talis fi
lia excludatur,ſed ꝙ talis filia nõ excludatur & nõ ha
beat locum cõtrarius ſenſus in tali ſtatuto inſurgit inſi
gnis iuriſconſultus noſtri temporis do. Anto. Ro.in
repe.§.de viro.l.ſi vero.ff.ſolu.ma.per tex.in.l.fi.§.
filij autẽ.C.de bon.q; libe.& per.l.pe.C.qui teſta.fa.
poſ.Nam ſi ſtatutum diceret vt prædixi ſtante tali p-
ſona ſoror nõ ſuccedat fratri & vltra progrederetur
dicendo ꝙ maſculi diuidant totam hȩreditatem inter
ſe, tũc bene eſſet indirecta correctio alıter nõ poſſent
hȩc verba effectũ ſortiri niſi filia excluſa. Ita intelligit
do.An.ꝙ debeant intelligi notata per Cy. & Bal. in
119 hac.ij.q adducta in ſimili de q̃ in.l.conuenticulã † ar.
enim a contrario non allegatur niſi iſtud contrarium
eſſet alter a iure deciſum.i.q.prima quos conſtiterit.
Item qñ habet rationem finalem alicuius iuris repu-
gnantem de eta.& quali c.i.indecorum . Sed ſi verba
vnde debet ſumi argumentum ſunt propoſita cauſa-
tiue, quia inde cauſatur ratio legis,tunc ſumitur ar.a
contrario

contrario intelligendo tamen ꝙ non ſit contra ius cō
mune. Sed in caſu noſtro iſtud arg. ſumptum a cōtra-
rio eſſet contra ius cōe, ergo &c. Secus ſi non corri-
geretur ius cōe. & ex verbis cauſatiuis ſumeretur ra-
tio impulſiua, quia tūc ceſſante ratione legis lex ceſſa-
ret. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtulando. Item non ſume-
retur ar. a contrario qn̄ eſſent plures cauſæ finales, qa
ceſſante vna remanente tn̄ altera, non tn̄ haberet lo-
cum ar. a contrario vt. §. affinitatis inſti. de nup. & in
l. ſi non lex. ff. de hęre. inſti. Item nō habet locum ar. a
contrario qn̄ cauſa impulſiua eſſet ſola, quia non ꝓ-
pterea ceſſat lex. licet ceſſet cauſa q̄ non eſt finalis. l. ſi.
§. ſi. ff. de dona. &c. Hēc non ſumitur qn̄ verba ſunt
modalia ꝙ narratiua, de quo vide. c. cautam &. c. pu-
blicato de elect. & Spec. in ti. de diſpu. & allega. ad-
uoca. §. poſt hoc ver. non obſtat & eodem mō non
ſumitur ſi in. l. vel ſtatuto eſt aliqua dictio implicati-
ua vt præſertim vel maxime, quia implicat idem de-
ciſum in caſu contrario. c. i. de excep. & no. in. l. qui ſe
patris. C. vnde libe. Et pro do. Anto. ego adduco
in hac ſecunda quæſtione qn̄ ſtatutum dicit ꝙ quæli-
bet mulier ſuccedat matri ſi non erunt filij maſculi ꝙ
ſi erunt maſculi nihilominus filia ſuccedat, & non ſu-
mitur ar. a cōtrario hoc eſt ꝙ ſi erunt excludatur filia.
Probatur quia ſi teſtator inſtituit ticium & grauat
ipſum de reſtituendo hæreditatem ſi deceſſerit ſine li-
beris vt ſi decedat cum liberis nō dicantur liberi ſub-
ſtituti & venire ex fideicō. l. filiusfamilias. §. cū quis
de leg. i. & gl. in. l. lucius. ff. de hęre. inſti. Reperio aūt
Salyc. in illa. l. conuenticulā in hac qōne an habeat lo-
120 cum contrarius ſenſus in ſtatutis. † Et dicit ipſe vr̄ ꝙ
non quia talis contrarius ſenſus venit ex mente exten
ſiua. Et illa non habet locum in ſtatutis ſm̄ cōem opi.
de qua in. l. ij. C. de noxa. in. l. ceſar. ff. de publica. & ꝑ
Bart. in. l. i. §. lege falcidia. ff. ad. l. fal. dicit aūt ꝙ ve-
rius putat ꝙ contrarius ſenſus habeat locū in ſtatutis
ſed non ſemper, ideo diſtinguit ꝙ aut reſultat a cōtra-
rio ſenſu ſtatuti talis q cōtradicit alteri ſtatuto vel iuri
cōi & locum non habet, quia nec ſumi debet vt legū
correctio euitet aut neuter ipſorū ſic cōtradicit qa caſus
ille ꝑ ſtatutū vel ius cōe nō reperitur deciſus & tūc lo
cū hēt nec tūc iterpretatio extēſiua ceſſat qa deficit cō
ꝑꝑ quam. aut illud reſultans a contrario ſenſu confor
mat ſe cum iure cōi. Et adhuc locū habet & ſumi po-
teſt licet opus non ſit quia ſufficit caſus de iure cōi ex-
121 preſſus. † qn̄ autem ſtatutū mitigaret aut corrigeret
ius cōe in caſu maioris exceſſus an dicatur corrigere
in caſu minoris exceſſus. Exēplū ſi ſtatutū dicit ꝙ cō-
mittens adulterium in mulierē violatam ſolū caſtre-
tur. An ſi in volentem cōmittat caſtrabitur, certe non
dicit ipſe qa ꝑ directū ſenſum ſtatutum tantum loqui
tur de violata & per ſenſum contrariū ſi adulterauit,
non caſtrabitur & in hoc iuri communi conforma-
bitur. Sed an pęna iuris cōis imponat & ſic mortis
iuxta pęnam. l. quāuis. C. de adulte. vr̄ ꝙ ſic quia ca-
ſus obmiſſus relinquit in diſpoſitione iuris cōmunis.
In contrariū facit abſurdum qd̄ ſequeretur vt mi-
nor exceſſus puniat grauius q̄ maior cōtra. l. qm̄ mul
ta. C. ad. l. iuli. de vi. Et ita tenet Saly. ibi vt pœna iuris
cōis videatur correcta quod dic vt in. d. l. cōuenticulā
122 peum. † Dixi aūt ſupra ꝙ ſtāte iſto ſtatuto ꝙ filia nō
ſuccedat matri extantibus maſculis vt intelligitur ſi
ſit dotata ꝑ glo. in. l. ij. C. de legi. hære. dic ꝙ idē eſſet
ſi pater relinquiſſet pro dote, quia intelligeretur do-
tata quantum ad dictum ſtatutum Bar. dixit in. l. ticio
centum. §. titio genero. verſi. quæro ſtatutū eſt hic. ff.

de condi. & demon. & idē dixit in. l. qui pupillā. ff. de
adult. Idē dixit in. l. nō eſt matrimoniū. ff. de ri. nu. &c.
123 † Sed quæro, aliquis dotauit filiā ante ſtatutū factū,
ſed deceſſit poſt ſtatutum, an iſta mulier excludatur.
videtur ꝙ non, quia ſtatutum non trahitur retro, cum
natura eius ſit reſpicere futura. l. leges & conſtitutio-
nes. C. de legi. l. pe. C. de decuri. lib. x. c. licet canō. de
elec. lib. vi. In cōtrariū facit ꝙ licet ratio excluſiua
ſit ex cauſa de pręterito, tn̄ caſus deferendę hęredita-
tis eſt de futuro, quia licet illud participium dotata ſit
aptū includere pręteritū verbū ſuccedat, non eſt aptū
includere niſi futurā ſucceſſionem. Ita dixit notabiliter
Bal. in. l. oēs populi. in ij. char. de iuſti. & iur. de quo
facit quod legitur per glo. in clemēti. i. de deci. ſuper
124 ver. gregibus. † & ſtāte iſto ſtatuto ꝙ extātibus ma-
ſculis fœmina non ſuccedat ab inteſtato, niſi in dote, fa
cto vero teſtamēto non ſuccedat niſi quatenus duxe-
rit pater ei relinquendū. Certe intelligitur facto teſtō
125 maſculis extantibus, † & hoc eſt natura dictionis ve-
ro quę ponitur pro ſed, quia coniūctio illa inducit re-
petitionem. ff. de ſun. inſtru. l. ſcie §. gaio. Et ſic intelli
gitur ab inteſtato & extantibus maſculis, quia intelli-
gitur illud verbū repetitum, licet quidā conſuluerint
contrariū, & male ſm̄ Bald. in. d. l. oēs populi. in pen.
char. Et adde ꝙ licet Guil. de cu. in. l. cū his. §. ſi mu
lier. de conditio. inde. quem ſequitur Bar. in. l. obliga
126 mur. §. lege. ff. de actio. & obli. determinet † ꝙ ſi mu
lier ſit maritata ſine dote ꝙ non habeat actionē cōtra
patrem, quia ideo cōpellitur dotare vt maritum repe
riat, et iam cauſa eſt impleta, allegat. l. i. C. de diuor. et
aut. de nup. §. ſi quis igitur. colla. iiij. Tamen nihil fa-
127 ciunt, bene. n. probatur ibi ꝙ † maritus qui accepit eā
ſine dote non poteſt eā expellere de domo, vbi ſi fuiſ
ſet ſibi promiſſa & nō traderetur poſſet impune eam
expellere per tex. iuncta glo. in aut. de non eligendo
ſecundo nubentes. in prin. Nos aūt quærimus, an ip
ſa filia cui nil eſt quid imputetur poſſet petere dotari
cū ſe non intromittat de his quę facit pater tpē nuptia
rum, & vtplurimum ignorat, vnde valde iniquū eſt
ꝙ remaneat fraudata. Et poſito ꝙ ipſorum opio eſſet
vera, quę tn̄ reprobatur per glo. in. d. §. lege per glo.
xxxij. q. ij. hoc ſanctum. per not. per Ioan. an in nouel
la. in. c. ꝑ noſtras. de dona. inter vi. & vxo. per Bal. &
Ang. in aut. res quę. C. cōia de lega. ꝑ eūdē Bal. in. l. i.
in. v. col. ff. ſol. matri. Et per Raph. cuma ibi. & ꝑ eum
128 dē Bal. in. l. fi. C de ſen. q̄ ſine cer. quāti. † qd̄ intellige
ſi filia ſit honeſtę vitę, alias non tenetur pater eā dota
re, vt notabiliter dixit Bal. in. l. fi. C. de ſpō. ne tantum
habeat luxuria quantum caſtitas, vt in aut. de reſti. &
& ea q̄ parit in fi. cum adhuc illud procederet de iure
cōi ſm̄ qd̄ licet non habeat dotē, tn̄ ſuccedit patri vnā
cū maſculis Sed ſtante hoc ſtatuto ꝙ non ſuccedat, ſed
debeat dotari clariſſimū & ęquiſſimū vr̄ ꝙ dotari de
beat ne careat vtroq;, quia ſtatutū eam excludens ꝑꝑ
dotem videtur velle ꝙ oīno eam habeat, & maxime
ſi ſtatutū diſponit prout diſponit hic Paduæ ꝙ bona
hęreditaria ſint obligata ad dotādū eā vel ipſi maſcu
129 li ſint obligati. † Et ſic nō officio iudicis peteretur, pro
ut de iure cōi petitur iuxta glo. in l. ſi ſocer. § lucius.
ff. ſol. matri. Sed conditione ex ſtatuto q̄ fortior eſt et
potentior, iuxta no. in. l. cū poſtulaſſem. ff. de dam. inſe.
130 † vbi quis tenetur officio iudicis, & nō cōſtituitur in
mora ꝑ interpellationē extraiudicialē, ſed ꝑ lit. cōteſt.
tātū. licet ſecus in eo qui tenetur iure obligationis con
tra quē ſufficit interpellatio etiā extraiudicialis, ut no.
in. l. ſi Romæ. §. quotiens. in parua glo. de verb. obl.

131 & in.l.ſi ex legati cauſa.eo.titu.&c. † Sed an filia
incongrue dotata a patre vel a fratre poſſit agere ad
ſupplementũ dotis congrue. Et Bal.in dicta aut.res q̃
arguit primo ꝙ ſic.argumẽ.illius aut.niſi inſpecto tẽ-
pore dotationis fuiſſet cõgrue dotata per notata in ſi-
mili ꝑ Iac.but.in.l.pactũ.C.de colla. Sed ipſe Bal.te-
net contrariũ ꝙ debeat ſtare cõtẽta cuicũꝗ doti. Et li
cet ſit iniquum & nimis rigoroſum,non tñ cõtra bo-
nos mores,ideo ſeruandũ.l.ꝓſpexit.ff.qui et a qbus.
& ꝑ notata per Cy.in.l.publico.C.de adulte. Et ita di
cit cõſuetudine ſeruari. Pro Bal. facit, quia ſi eſt aſſi-
gnata legitima per pr̃em filio volenti. Et poſtea cre-
ſcant facultates vel ipſe filius ludat eã non põt petere
ſibi augeri.ꝑ not.per docto.in l.ſi qñ.§.l.C.de inoffi.
teſ.maxime ꝑ Bal. Sed ego reperio ꝙ idẽ Bald.tenuit
contrarium in duobus locis.ſ.in.l.ſi non mortis.ff.de
132 inoſ.teſta.& in.l.fi.C.de dot.ꝓmiſ. † Sed mihi vr̃ pri
mum verius eſſe ꝙ inſpiciatur tẽpus dotationis dato
ꝙ creuerint facultates ſi dotatio facta fuit ſ̃m cõditio-
nem perſonarũ quæ potuerunt reperiri. Et ſ̃m morẽ
loci tunc vigentem,iuxta.l.quæro.ff.de iure do.& l.
in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxali. vnde licet hæ-
reditas ex poſt facto fuerit aucta, & ꝑꝑ valorem hæ-
reditariarum rerũ auctum prætiũ ſit vel ꝑꝑ aialia au-
cta ex grege in quo cõſiſtebat hæreditas. Nam vr̃ ꝙ
tale augumentum non debeat grauare hęredes in au-
gẽdo dotem iam datã q̃ tũc tẽporis qñ fuit data erat
competens. Et probo etiam. Nam ſi hęreditas poſtea
fuiſſet diminuta,certe nollet mulier ꝙ talis diminutio
diminueret dotem iam ſibi datã quę tũc temporis qñ
fuit data erat cõpetens, vnde mulier vel eius hæredes
non debent admitti ad petendum cuius contrariũ nõ
fuiſſent poſtulaturi. Ita dixit tex.in.l.penul.C.de ſolu.
133 † Sicut etiam augumentũ vel diminutio hæreditatis
contingens poſt mortem defuncti non auget vel mi-
nuit legitimam filiorum, vt habetur in.l.lege falcidia
mortis ſeruorum.ff.ad leg.falci. Et ita nec minuit nec
auget dotẽ quæ in locũ legitime ſuccedit.l.ſancimus.
C.de nup. Quia cõſiderari debet tempus dotationis
coniunctum cũ tempore mortis teſtãtis. Reperio aũt
in hac q̃õne vltra prædicta do.Pau.de ca.conſi.ccvi.
in ſecundo articulo dicẽtem ꝙ ſi mulier inſpecta quãti
tate bonorum patris etiam ſi non habuerit cõgruam
dotẽ tpe dotationis non videatur pr̃i referenda q̃õ ꝙ
non ſit cõpetenter dotata cum ipſe melius q̃ alius cõ-
ſilium ſciat pro liberis capere.l.nec in ea.ff.de adul. Et
illud qđ cõpetens viſum fuit ſibi pro filia nõ debet vi
deri alteri incompetens.argu.l.furioſo puberi.in ti.ff.
de cura.furi. Sufficit em̃ ꝙ ſit dotata nec debet redar
gui ab aliquo cum nullus amor uincat paternũ.l.fi.ff.
de cura.furio. Sufficit.n.ꝙ ſit dotata,nec eſt curãdum
de quanto.ar.eius qđ in ſimili nota.ff.ne quis eũ q in
ius voca.eſt.l.pe.in fine.ꝑ gl.hoc tñ dicit verum eſſe
do.Pau.niſi tã ex magno exceſſu appareat manifeſte
cõtrariũ. Ita ꝙ dolus pr̃is poſſit redargui.arg.ff.pro
ſocio.l.vnde ſi nerue.cũ.l.ſequen. Sępe.n.parẽtes ma-
ligne ſe habẽt erga filios.ff.de inoſ teſt.l.iiij. Quid.n.
ſi diues de decẽ milibus ducatis vnã hñs filiã daret in
dotẽ ſibi ducẽta vel relinq̃ret ſibi ducẽta ꝓ dote fratre
inſtituto,cũ inſpecta quantitate bonorũ & cõditione
ꝑſonę bene meretur duo millia, certe manifeſte appa
ret indiſcreta dotatio cui nõ erit ſtãdũ. In dubio aũt p̃-
ſumetur pr̃ diſcrete & conuenienter nec fiet ſubtilis in-
dagatio in dotatione ꝑ eum facta,non ſic qñ fieret ab
alio q̃ a patre, & hoc totum relinquit do. Pau.arbi-
134 trio bonorum virorum. † Sed quęro an ſtante ſta-
tuto ꝙ extante maſculo filia fœmina non ſuccedat ne-
pos ex ea vel alij cognati vlteriores de quibus nulla
facta eſt mentio in ſtatuto excludantur. Et Ioan.an.in
additio.Spec.de ſucceſ.ab inteſt.ſuper rubrica refert
q̃õnem quæ fuit Iac.de are.diſputatam per eum quæ
incipit ſtatutum &c. Qui Ioan.an.voluit ꝙ tale ſtatu
tum extẽdatur de perſona ad perſonã vbi ſubeſt eadẽ
ratio,& ſic de filio ad nepotem,& de filia ad neptem,
135 † quia vbi ratio ſtatuti vel cõſuetudinis ſubeſt debet
habere locum ſtatutum vel conſuetudo ſ̃m eum in.l.
i.C.quæ ſit longa conſuetu.& ff.de legi.l.de quibus.
Et licet Bar.in.l.liberorum.ff.de verb.ſig.Reprehen-
dere videatur prædictam rationem dicens ꝙ illud eſt
verum ſi prædicta ratio fuerit expreſſa in ſtatuto, qa
tunc extẽderetur ad omnem caſum in quo vigeret di
cta ratio etiam ſi veniat ad correctionem iuris cõis.l.
his ſolis.C.de reuo.dona. Secus qñ non eſt expreſſa,
quo caſu per idẽtitatem vel ſimilitudinẽ rationis non
debet induci legum correctio, iuxta nota.in aut quas
actiones C.de ſac.ſan.eccle. Et pro Bar.facit illud qđ
dr̃ ꝙ per repetitiones & ſubauditos intellectus nõ ſit
legum correctio, vt dici t gl.notabiliter in verbo pe-
tere.in.c.cupientes.§.ꝙ ſi pro viginti.de elec.lib.vi.
quia vbi eſt contraria expreſſa diſpoſitio debet ceſſa-
re tacita quæ inſurgit per identitatem rationis l.cũ ex
filio ff.de vul.& pupil.niſi contrarius ille caſus habe-
ret contrarium vſum longi tp̃is, quia tunc etiam per
tacitum ſenſum inducitur legum correctio.l.de qui-
bus.in fi.ff.de legi.vbi per tacitum conſenſum populi
denegatur lex. Sed idem Bart.in.l.ij.§.videndũ.ff.ad
136 tertu.dixit quod † ex capite inuitatiuo maſculorũ ex-
cluditur nepos & alij cognati nõ ex capite excluſiuo
fœminarũ.Bal.in.l.maximũ.C.de lib.præte.præfatã
rationẽ correctionis non euitandę quæ fuit Ia.de are.
approbat, dicens quod vbi non poteſt niſi vna ratio
aſſignari ſuper eo de quo diſponit ſtatutũ, talis rõ ha-
betur pro expreſſa.glo.eſt in.l.quãuis.C.de fideicõ.
Sed in tali ſtatuto excludẽte fœminas ꝑꝑ maſculos nõ
poteſt alia ratio aſſignari niſi illa vt familiarum ſalua
ſit dignitas de qua in.l.i.ff.de ven.in poſ.mit. & notat
Bar.in.l.titio centũ.§.titio genero de cõditio.& de-
monſtra. Quæ quidẽ ſtatuta cõcernere videntur pu-
blicã vtilitatem ad quam ꝑtinet maſculinam prolem
habere paternas & auitas diuitias,ꝓut dicit Ia.de are.
in.d.q.& Io.an.vbi ſupra & Cy.in.l.i.C.de adul.nec
eſt nouum ꝑ naturalem æquitatẽ derogari alteri natu
rali æquitati.l.ita vulneratus.ff.ad leg.aquil.qa ꝑ ma
ſculinam proiẽ conſeruatur ꝑ̃petua memoria familię.
d.l.liberorũ.& not.Bal.i.l.certũ.C.vnde cogna.talia
enim ſtatuta ſunt bona ꝑꝑ bonum publ:cum licet nõ
ꝑqua.ff.de iuſti.et iu.l.i.circa prin.in glo.quæ incipit,
hic pater.in fi. Conſtat aũt quod qñ ratio exprimitur
in ſtatuto trahitur ad alium caſum q̃ expreſſum.d.l.
his ſolis.& glo.eſt ordinaria in clemen.i.in verbo eli
gatur.de electio.& Bal.expreſſe i illa aut.quas actio-
nes.pro quo facit tex.in.l.emptor.§.tina.ibi. Si ratio-
ne reddita.ff.de rei vendi.& .ff.de vſu.l.in fideicom-
miſſi.§.cum pollidius.nec dr̃ tunc fieri extenſio de ca
ſu ad caſum. Quia vt ſubtiliter dixit Bal.in.l.de qbus.
& fuerunt verba Pet.& Cy.in.l.iura non in ſingulas.
137 ff.de legibus.in lectura quod † qñ i pluribus caſibus
eadem eſt ratio illa decidit omnes caſus non per extẽ-
ſionem,immo ſicut genus cõprehendit ſpecies. Sic ge
neralis ratio expreſſa comprehendit diuerſas ſpecies
caſuum emergentium. Sed qñ non ſunt rationes diffe
rentes ſpecie,ſꝫ ſimiles, tunc eſt extenſio, & quædam
progreſſio

progreſſio de termino ad terminum ꝑ adequationē
ſeu paritatem. Iſta fuerūt verba pulchra vera & ſub-
tilia, & hoc vltimo caſu loquit gl. in aut. quas actio-
nes. quā allegat Bart. nam fauor publicus & eccleſiæ
ſunt ſpecies non ſub eodem genere, immo pares & ſi
miles. Ideo licet. l. fina. C. de ſacro ſan. eccl. ſuper qua
eſt poſita illa aut. corrigatur ꝑ illā aut. inq̄ntū loquitur
illa lex de pio & eccleſiaſtico loco, quia nō ꝓpterea
corrigitur inquantū loquit de publico, quia eſſet ex-
tendere legem correctiuam de vno caſu ad alium q̄
non ſunt ſub eodem genere & ſub eadē ratione quā q̄
ſint ſimiles, male ergo allegatur illa glo. in illa aut. ꝙ
ꝑ identitatem rationis non debeat induci legum cor-
rectio quia illa gl. hoc nō dicit, ſed debet allegari ꝙ a
paritate vel ſimilitudine rationis non inducitur corre
ctio. Et hoc voluit Cy. poſt Pe. in. l. quod vero cōtra.
ff. de legi. ꝙ vbi eſt eadē ratio numero nō dr̄ fieri ex-
tenſio, ſed ex virtute eiuſdem ſtatuti determinatur &
oritur directa, licet deficiant verba. facit. l. de pupillo.
§. ſi quis riuos. ff. de no. oper. nuncia. & . C. de reuo-
can. do. l. ſi ſolis. C. de indic. vidui. tollen. l. ij. ff. ad ma
138 cedo. l. filiū. † Statutum ergo excludēs filiam ꝑꝑ ma
ſculum cenſetur excludere neptē poſt q̄ radix eſt ex-
cluſa in qua nepte eſt eadem ratio excluſionis vel ma
ior, vt dicit Bald. in dicta. l. de quibus. & Cy. poſt Ni-
co. de mat. in. l. I. C. quæ ſit longa conſue. Et ſm̄ præ-
dictā rationem & intellectū quem dedi ad aut. quas
actiones. debet intelligi glo. in verbo italiæ. in. c. I. de
tēpo. or. lib. vi. Bal. in. l. quod vero. præallegata vtit
his verbis ꝙ ſi quæritur an ſi dicat ſtatutum prędictū
ꝙ filia dotata nō ſuccedat. Et quæratur quid in nepte.
Et arguit ꝙ prima facie vr̄ ꝙ ſuccedat, nam ſtatutū il
lud ſcriptum eſt in pſonam filiæ, ergo non includit ne
ptem, quia neptis dr̄ filia ſolum abuſiue quę abuſio &
impropriatio non cadit in ſtatutis vt in iuribus vulga
ribus. Nam ſm̄ ꝓpriam ſignificationē ſeu diffinitio-
nem filiæ, neptis non eſt filia, quia nō eſt nata ex iuſtis
nuptijs aui. Nec concernunt ea de quibus in. l. filiū diſ-
finimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ſed eſt nata
de patre ſuo ſupra de pa. pot. in ſi. & in aut. de teſti. fi-
deiuſ. §. manifeſtum. In cōtrariū facit quia hoc ſta-
tutum eſt factū fauore domus. I. agnationis. Ergo in-
ſpecta ratione ſtatuti eſt reale & non perſonale. Itē
maior eſt ratio excluſionis i nepte q̄ in filia. C. de bo.
mater. l. ſi viua. §. in nepotibus. Item ſtatutum ꝓ-
uidet generi maſculino, vnde licet nō extet filia durat
prouiſio. ar. inſti. de lega. §. ſi quis ancillam. & . C. de
139 natu. lib. l. cum quis. † Nam perſona quæ excluditur
nunq̄ eſt in cauſa fauoris, ſed perſona quæ includitur,
ergo debet attendi tanq̄ ꝓpria cauſa principalis. ar-
gumen. not. in. l. ſed ſi hoc. §. ſi. ff. de in ius vocan. hāc
opio. tenuit Rizar. malum. quia hoc ſtatutum non dr̄
extendi cū includat agnatos diſpoſitiue. Itaq̄ ex parte
agnatorum nulla eſt extenſio. Item nec eſt extēſio
140 inquantū excludat, nam † nomen filij poteſt applicari
nepoti quaſi ſit generale nomen deſcēdentiū. ff. de hę-
redibus inſtitu. l. lucius. de verborū ſignificatio. libe-
rorū. Item veriſimile eſt ſtatuentes hoc ſenſiſſe, ꝑ
glo. in. l. tale pactū. in fine. ff. de pac. Et qn̄ mēs & ver-
ba repugnant ſtandū eſt potius menti. l. talē. in fine. ff.
de hęredi. inſtituen. l. nois & rei. §. verbū ex legibus.
ff. de verborū ſignificatio. Idē tenuit ipſe Bal. i. l. fina.
C. de in ius vocan. Idē in. l. neſennius. ff. de neg. geſt.
141 vbi dicit ꝙ † ſtatutū excludens mr̄em excludit auiā.
Idē tenuit in. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo.
Et idem Ioānes de imol. Idē tenuit Bal. in ſimili in em-
phiteoſi in aut. ſi. quas ruinas. C. de ſacro ſanctis eccl.
Sed ego reperio eundē Bal. tenuiſſe cōtrarium in
l. illā. C. de colla. quia ſicut exhæredatio hois nō por-
rigitur ad filium pręteritum, & de quo nulla eſt facta
mentio. Ita nec excluſio legis, cum pariter vtraq̄ ſit
odioſa, ergo &c. l. I. §. quæritur. ff. de ven. in poſ. mit.
Propterea tale ſtatutū hoc non dicit, ergo nec dicere
debemus nos. l. ſi ſeruum quis. §. non dixit. ff. de acq-
renda hæreditate. nec nos illud ampliare debemus, vt
in dicto. §. de viro. Et dicit videri caſum illa. l. illā de
colla. Non obſt. dicit ipſe prima ratio Bar. in dicto. §.
videndū. quia concedit ꝙ ſtatutū defert ſucceſſionem
in præiudicium matris, ſed non in præiudicium alio-
rum. Non obſtat alia ratio ꝙ cōtēplatione agnatorū
iure excludatur. Ergo debent oēs alij excludi qui nō
ſunt agnati. Et hoc ſaltē ex capite inuitatiuo licet non
ex capite excluſiuo. Quia dicit Baldus ꝙ iſte fauor
eſt reſpectiuus reſpectu matris nō abſolutus reſpectu
aliorum. Item ſm̄ eum determinatio Barto. proce
deret qn̄ mr̄ viueret ſeu eſſet in medio. Itaq̄ ius eradi
cādū matri trāsfunderetur i agnatos. Sed ſi mater eſt
mortua non pōt tranſfundi. l. qui libertinus. §. poſthu
mus. ff. de ope. liber. & quod nota. in autem. matri &
auiæ in prima gloſ. verſiculo item ſi eſſet auus. C. qn̄
ma. tu. offi. fun. po. Sed comperio eūdem Baldum
diſtinguētem in iſto paſſu in. l. ſi defunctus. C. de ſuis
& legi. An dicat ſtatutum ſiue loquatur expreſſe in-
uitando agnatos vel maſculos, vt ſi dicat veniāt agna
ti vel maſculi & excludatur mater vel filia. Et tunc ex
hoc capite expreſſe inuitante excluduntur etiam ne-
potes & agnati, ſed vbi expreſſe inuitantur conditio-
naliter tm̄ ponuntur, puta extantibus maſculis filiæ nō
ſuccedant vel extantibus agnatis non ſuccedat mater,
& tunc cū non ſit caput inuitatiuū expreſſum non ex
cludētur alij, niſi qui ſunt expreſſi in capite excluſiuo.
Bald. tm̄ ibi non loquitur in terminis ſuperioribus ꝓ-
142 prie. Nā termini ſui ſunt, † an excluſa matre excludat
amita, vbi eſt diuerſa ratio q̄ i auia materna vel alijs
cognatis, qa amita eſt de agnatis, unde dictū ſuū vr̄ ue
rū in ſe ꝙ nō excludat amita, licet excludatur mr̄ vel
auia materna uel alij cognati. Sed tm̄ nō vr̄ vera conſi
deratio ſua ſupra dicta, an ſub cōditione uel expſſe fiat
inuitatio, quam tm̄ dr̄ iam & conſiderationem ipſe idē
Bal. ſenſit in. l. fina. C ad tertul. Nam pariter vr̄ dicen
dum vtroq̄ caſu ꝙ videantur inuitati illi poſiti in cō-
ditione ſicut ſi expreſſe. arg. l. ſeruo legato. §. cum te-
ſtator. de legatis. I. & . l. ſi defunctus. nec alij doctores
fecerunt hanc diſtinctionem, & cum reuera eſt ver-
balis. Et tenenda eſt opi. Iaco. de are. Ioan. an. Bar. &
eiuſdē Bal. in tot primis locis de quibus ſupra quia ſu
dicandum eſt de deſcendentibus a matre, quia per illā
coniungitur & debet eſſe eiuſdem conditionis filius
ſicut eſſet ipſa mater ſi viueret. d. l. ſi viua matre. pro
hoc text. in. c. I. §. hoc autem notandum qui feu. dare
poſſunt. Nec obſt. ſi dicatur. ſtatutum defert hæredi-
tatem maſculis, & iſte nepos eſt maſculus ſi eſt natus
143 ex filia, ergo debet ſuccedere. † Quia ſtatutū debet
intelligi de maſculo non deſcendentibus ex fœmina
excluſa, ſed de maſculis non excluſis ne ſequatur incō
ueniens quod ſi filia viueret excluderetur, & ꝙ nunc
nepos ex ea admittatur, & ita in ſimili determinatiſt
Specula. in emphiteoſi in titu. de loca §. nunc aliqua.
verſic. xvi. & Bal. in. l. I. C. de condi. inſer. poſt prin-
cip. ibi. Quæro an dicatur decedere ſine filio maſcu-
144 lo &c. † Nunc quæro ſi dicat ſtatutū ꝙ extantibus
maſculis fœmina non ſuccedat, an debet intelligi tam

de bonis maternis quàm paternis, ita generaliter & indi-
ſtincte loquẽdo vr̃ quod non, quia tale ſtatutum, vt in ſu-
perioribus dixi debet intelligi quod excludat ſi ſit dota-
ta per glo. in. l. i. C. de legi. hęre. Ergo ſi iſta eſt dota-
ta de bonis patris non debet excludi a bonis matris,
quia limitata cauſa limitatum debet producere effe-
ctum. l. in agris limitatis. ff. de acquiren. rerum domi.
145 † & diſpoſitio ſeu excluſio debet perſtringi ad ca-
ſum de quo loquitur. l. cancellauerat. ff. de his qui in
teſtamen. delen. l. ita autem. in principio. §. primo. ff.
de admi. tu. l. lucius ff. de fideiu. Sed cauſa excluſionis
eſt dos ſeu dotatio. l. qui volebat. ff. de hære. inſti. Er-
go debet reſtringi ad hæreditatem dotantis per iam
dicta poſtquàm ſtatutum aliud non diſponit, & hæc ven-
dicāt ſibi locum ſi ſtatutum ſimpliciter diceret quod mu
lier dotata non ſuccedat extante maſculo vel ſi dice-
ret ſororem dotatā nec diceret vltra. Ita caute loquitur
Bal. in dicta. l. prima. quaſi dicat quod tunc ſtatutum non
declarat a cuius hæreditate frater vel maſculus exclu
dat ſororem vel fœminā, quia debet reſtringi ad hę-
146 reditatem dotantis tm̃. † Si vero ſtatutum ſpecifi-
caret perſonas a quarū hæreditate mulier dotata eſt
excluſa, vt ſi diceret nō ſuccedat pr̃i vel matri, vel fra
tri, vel patruo, tūc dico quod ſi eēt dotata ab vno iſtorū,
puta a patre ſufficeret hoc ad excludēdum eam etiam
a ſucceſſione matris etiam extante maſculo eiuſdem
gradus, & ſic etiam fratris & patrui, quia quātum ad
dotationem ſeu dotantem loquitur in rem dum dicit
mulier dotata nec dicit a quo, vnde non refert a quo
ſit dotata quantū ad hoc vt excludatur a ſucceſſione
omnium perſonarum nominatarum in ſtatuto. ff. de
petitio. hæredita. l. item veniunt. §. a quo. ff. de conſti.
pecu. l. eū qui. §. quod exigimus. ff. de ritu nup. l. pa-
lam. §. fina. ff. de acqui. hære. l. ſi ſeruum. §. non dixit.
ff. ex quibus cau. in poſſeſ. ea. l. hic autem. §. fina. Inten
tio enim fuit ſtatuti quod debeat ſtare contenta dote nec
debeat aliquid petere de hæreditate ſpecificatorū in
ſtatuto. Et ita etiam in dicto caſu debet reſtrictio fieri
ad hæreditatem dotantis, puta quod dotata a patre non
ſuccedat patri, dotata a matre non ſuccedat matri, tm̃
quia verba poſſunt habere largiorem ſignificatū vi-
delicet vt dotata a quocunque non ſuccedat alicui prę-
dictorum in ſtatuto nominatorum. Ideo nō debemus
prædictam reſtrictionem facere, ſed intelligere vt di
xi per iura ſupra allegata. Et ideo Bal. in dicta. l. i. non
ſine miniſterio dicit ſi ſtatutum prædictū non diceret
147 vltra &c. † Quando igitur ſtatutum loquitur ge-
neraliter, vt quia excludit mulierem dotatam ab hæ-
reditate aſcendentis, nomine aſcendentis comprehen
ditur nō ſolū pater ſed etiā mater. l. quicunque. §. parē
tes. ff. de in ius vo. perinde eſt ac ſi dixiſſet ab hæredi
tate patris & matris, quia tm̃ valet genus quàm ſpecifi
catio ſpecierum. l. ſi duo. in prin. ff. de admini. tuto. l. ſi
chorus. in princ. de leg. iij. Si diceret ab hęreditate pa
tris & matris, clarum eſt quod dictum Bal. in dicta. l. i. nō
haberet locū, immo dotatio facta ab vno prædicto-
rum excluderet eam a ſucceſſione vtriuſque per iam di
cta. Et quia ſtatutum prędictū principaliter habuit
reſpectum ad ſexum maſculinum quantum ad exclu-
ſionem non quātum ad dotationem, licet ſecundario
etiam ad dotationem, quod patet, quia ſi propter do-
tationem principaliter excluderet requireret quod mu-
lier eſſet dotata tempore quo hæreditas deferretur
iuxta. l. in delictis. §. extraneus. ff. de noxa. ſed hic etiā
ſi tunc non ſit dotata excluditur a ſuccedendo ſi extat
maſculus dūmodo poſtea dotetur. ſuperexiſtentia er-
go maſculi eſt illa quæ principaliter & prius exclu-
dit, ergo non eſt curandum a quo ſit dotata dūmodo
ſit dotata. l. i. C. de inſtitu. quātum ad hoc vt exclud-
tur a ſucceſſione patris & matris, aliàs ſequeretur incō-
148 ueniēs. † Pone enim quod tempore mortis patris mu
lier non erat dotata frater vult eam excludere ab hæ
reditate vtriuſque, ſcilicet patris & matris dotādo eam
habebit ne neceſſe dare duas dotes, vnam de bonis pa
ternis vt excludat eam a paterna, alterā de bonis ma-
ternis vt excludat eam a materna, certe ſi diceremus
hoc caſu locum habere opinionē Bal. dicendum eſſet
quod ſic, quia ſicut dotatio facta a patre de bonis alterius
eorum vt de bonis patris non excluderet eam ab hæ
reditate matris nec econtra. Ita & facta a fratre de bo
nis alterius eorum. & ridiculum eſſet dicere quod habe-
ret duas dotes. Nam dotatio non eſt actus reiterabi-
lis ſicut alimētatio, vt nota. in. l. dominus. ff. de vſufru.

Concludendū eſt igitur quod licet fuerit dotata a pa-
tre tm̃ excluditur ab hæreditate matris & etiā patris
præſuppoſito quod ſtatutum prædictum locum etiam
habeat in materna hæreditate poſtquàm non ſpecificat a
quorum hęreditate excludatur, ſcilicet aſcendentium
ſub quo verbo comprehenditur pater & mater. d. l.
quicunque. Nec hoc caſu locum habet dictum Bal. in di
cta. l. i. ſed ſolum quñ diceret quod frater vel maſculus ex-
cludat ſororem vel fœminā, nec ibi Bal. dicit. Sta-
tutum ergo prædictum locum etiam habebit in hęre
149 ditate materna † immo plus dico quod etiam habebit lo
cum in hæreditate aſcendentium per lineam fœmini-
nam. Nec obſtat ſi diceret ſtatutum maſculis quibuſ-
cunque per ordinem legitime deſcendentibus ſuccedāt
maſculi & non fœminæ, quia non dicuntur maſculi
deſcendentes per lineam maſculinam niſi ſint agnati.
150 † Quia proprie loquendo agnati ſunt illi qui deſcen
dunt per lineam maſculinam. inſti. de legi. agna. ſuc-
ceſ. §. i. & de legiti. agnatione tute. §. primo. Sed mu-
lier non poteſt habere ſuos deſcendentes agnatos, li-
cet aſcēdētes & tranuerſales agnatos bene poſſit habe
re. Ideoque deſcendentes mulieris non poterāt venire
de iure ciuili ex. l. duodecim tabularum. tanquàm agnati,
ſed ſolum iure prætorio vt cognati propter quōd ema
nauerunt ſenatuſconſulta tertulianum & orficianum.
Et de hoc vr̃ eſſe tex. in. l. prænunciatio. in ſi. de verb.
151 ſignifi. & l. ſequē. §. fœminarum. vbi dr̃ quod † liberi fœ
minarum non ſunt de earum familia in agnatione, eo
quia etiam maſculis & per lineam maſculinam cum
non ſint agnati. Sequitur quod nec diſpō ſtatuti ſibi ven-
dicet locum in ſucceſſione mulieris, id eſt aſcendentiū
per lineam maternam ſed ſolum in paterna in qua di-
cta verba poſſint verificari, ergo &c. l. hos accuſare.
§. omnibus. ff. de accuſa. & l. iiij. §. totiens. ff. de dam.
infec. Sed ad hoc reſpondetur, & primo per dedu-
152 ctionem ad abſurdum. Pone enim quod † ſtatutū dicat
expreſſe ſic quod hæreditas patris & matris & aliorum
aſcendentium per eos deferatur maſculis quibuſcūque
deſcendentibus per lineam maſculinam excluſis fœ-
minis, an dictum ſtatutum inquantū loquitur de hęre
ditate materna poterit habere locum, & certe ſecun-
dum prædicta quæ inferunt quod mulier non poteſt ha-
bere deſendentes agnatos, quia non eſt dare vnum ſi
ne alio. conſequenter nō poteſt dici quod habeat vel ha-
bere poſſit maſculos per lineam maſculinam & agna
tos, quia non eſt dare vnum ſine alio, & ſic nō poſſet
dici ſtatutum valere vel aliquid operari tanquàm ſtatuēs
aliquid impoſſibile. iiij. diſtin. erit autē lex, videlicet
quod hæreditas mulieris deferatur ad ſuos deſcendē
tes agnatos

tes agnatos. & agnatos deſcendentes habere non poſ
ſint. Et ſic erit dictum ſtatutum inane quantum ad
hæreditatem mulieris vel deſcendentium per eam.
153 † Et propter hoc dicimus quod quantum ad eas de-
bent illa verba intelligi, prout poſſunt non de agnatis
ſed de filijs maſculis earum & etiam de nepotibus vel
pronepotibus maſculis deſcendẽtibus ex illis, quia il
los poteſt mulier habere ſine dubio licet nõ ſint agna
ti. Et ſic illa verba deſcendentibus per lineam maſcu-
linam intelligantur de his qui poſſunt dici deſcenden-
tes per lineam maſculinam, id eſt per maſculos, licet
non ſint agnati. Dicemus ergo eodem modo in caſu
154 præſenti, † quia licet ſtatutum non faciat expreſſam
mentionẽ, ſed generaliter diſponat de hæredita. aſcẽ-
dentium, tñ illud verbum ſit adeo generale ꝙ poſſit
cõprehendere non ſolum patrem & aſcendentes ꝑ li-
neam paternã, ſed etiam matrem & aſcendentes ꝑ li-
neam maternã, quia paria ſunt ſpecificare aliquid ver
bis generalibus vel ſpecificare ſpecialibus, iuxta not.
in l. i. de vulga. & pupilla. ꝑ Bar. in. l. ſi chorus. de le-
gatis. iij. & l. ſi duo. de adminiſtra. tuto. Nam hoc ſta
tutum non habuit reuera reſpectum ad agnationẽ, ſed
ad ſexum virilem & ad votum parentũ ꝙ pariter vi-
get in matre ſicut in patre, quia optant vt filij maſculi
& nepotes & pronepotes maſculi deſcendentes ex
eis ſuccedant eis vniuerſaliter tanq̃ per eos magis cõ
ſeruetur eorum memoria q̃ per fœminas quę ſunt in
aliena familia, ſcilicet patrum earũ. inſti. de pa. po. in
155 fi. Et hoc per experientiam videmus, quia † mulieres
ſicut & viri inſtituũt hęredes vniuerſales filios maſcu
los non fœminas, immo iubent eas eſſe contentas ſuis
dotibus. Et ꝓ hoc adduco tex. in c. i. de eo qui ſibi &
hæredibus ſuis & ma. in vſi. feu. vbi maſculus deſcen
dens ex fœmina, licet non ſit agnatus potior eſt q̃ fœ
mina in materia in qua ponderatur ſexus maſculinus,
licet enim cum ſimpliciter loquatur de cõiunctis vel
deſcendẽtibus ꝑ lineam maſculinã alio non dicto de-
beret intelligi de agnatis tm̃ per iura in contrariũ alle
gata. Sequeretur ex hoc reſtrictio alterius verbi ge-
neralis prout eſt in caſu noſtro de verbo aſcendenti-
bus, vel ſequeretur abſurditas, quia ſtatutũ eſſet nul-
lum vel inaniter diſponeret de matre vel eius linea.
Et ideo talia verba debẽt magis late accipi, ſcilicet ꝓ
deſcendentibus ex maſculis, licet non ſint agnati illius
l.cum auus de condi.& demon.& ita poteſt eſſe ratio
l.defunctus de legi.hæredi.vt ibi illi ſui non tranſmit
223 tant, ſed veniant ad fratrem defuncti.† Item non eſt
veriſimile quòd hoc caſu ſtatutum velit excludere fi-
liam, quando filius maſculus non adiret, vt prępona
extraneos ipſi mulieri.d.l.cum acutiſſimi &.l.gene-

raliter.§.ſi.de inſti.& ſubſti.& quia ſtatutum defert fi-
lio portionem ſororis ſub nomine naturali filij, non
ſub nomine ſuitatis & ſic non habeat eam hęreditatē
iure ſuitatis non tranſmittat. Eſt enim quoddam irra-
tionabile ꝙ filius maſculus excludat fœminam.l.ma-
ximum vicium de libe.pręte. meritò ius tranſmitten-
di non debet operari hoc caſu, & per hoc videtur ca-
ſus in.l.non pro numero.C.ad officia. intelligendo
eam vt quidam intelligunt, & ideo ibi non fiet tranſ-
miſsio in patrem in quem deberet fieri tranſmiſsio ſi-
cut in deſcendentes per.d.l.apud hoſtes & per.l.i.C.
de his qui ante aper.tabu.in gl.in verb.liberis. Sed di-
cit Iaco.de belui.ꝙ ideo in.d.l.non pro numero, non
tranſmittitur hæreditas ad patrē, quia fratrum exiſtē-
tia impediebat tranſmiſsionem & ſm hoc eſſet ibi ca-
ſus ꝑ bal.ibi.& in.§ in nouiſsimo.nō ꝑſuppoſita illa
opi.pro vera ꝙ qñ minor moritur hæreditate nō agni
ta quòd detur hæredi eius reſtitutio in integrum pro
adeunda hæreditate per.l.qui duos.ff.de rebus du-
bijs &.l. pantonius de acquirenda hæreditate.&.l.ſi
infanti de iure deliberandi, tamen eſt verum ſecun-
dum Baldum. in dicta.l.non pro numero niſi æqui-
tas impediret beneficium reſtitutionis, ſicut in caſu
noſtro per exiſtentiam ſororis.d.l. non pro numero
per exiſtentiam fratrum. Ego tamen Laurus propter
multa teneo contrarium in hoc caſu maximè. Primò
quia cum iſta ſit hęreditas paterna trāſmittit̄ ad quoſ-
cunq; non agnita etiam ſi ſuperſint fratres defuncti &
filij teſtatoris per tex. in.l.non pro numero quem com
communiter doctores intelligunt quòd loquatur in
hæreditate materna quæ licet tranſmittatur ad deſcen-
dentes, non tamen ad aſcendentes. Nec ob.l.apud ho
224 ſtes quia † loquitur in hęreditate paterna q̄ beneficio
ſuitatis tranſmittitur ad quoſcunq;. Vnde intelligen-
do has.ll.ſecundum iſtos intellectus in.d.l.non pro
numero ſi fuiſſet hæreditas, fuiſſet facta tranſmiſsio
ibi ad matrem ſi ſuperfuiſſet, & ſic non obſtante quòd
fuiſſent alij filij teſtatoris quibus videbatur magis debi
ta hæreditas eorum patris quàm matri, nihilominus
cū ad eā matrē fuiſſet facta trāſmiſsio per.d.l.apud ho
225 ſtes. Non ob.ꝙ † filius qui excludit ſororem, ita de-
mum eam excludit ſi hęreditatē agnoſcat aliàs ſi ſibi
non prodeſt, ſorori obeſſe non debet.d.§ ſed ſi ſint.&
l.i.§.ſi pater de coniungen.cum emanci.libe.quia illud
eſt verum vbi non extat alius cui ſucceſsio deuolua-
tur ex conſequentia qui non ſit remotior perſona ex-
cluſa vel ſi ſit remotior ſit in locum perſonę remanen
tis ſurrogatus.l.ij.§.ſed ſi ſit conſanguinea &.l.ægſsi-
mum.&.§.i. Sed ſi ille in quem fit tranſmiſsio ſurroga
tur in locum tranſmittentis, ergo licet tranſmittens
non proficiens ſibi, quia non adiuit tamen non exclu
dit ſororem. quia vadit ad illum qui ſurrogatur in lo-
cum eius, & iſta ſunt de mente Bar.in.l.i.§.penulti.de
contratab. dico etiam quòd cum per tranſmiſsionem
hæreditatis defuncti, reperiatur hęreditas tranſlata in
collaterales, quòd ita cenſebitur tranſlata portio ſoro
ris q̄ ipſi cōpetijſſet, ſi ñ fuiſſet excluſa ſicut illa ſua por
tio quę competebat ipſi tranſmittenti iure proprio. Et
hoc duabus rationibus. Primò ne iſtud ius adeūdi
hæreditatem diuerſo iure cenſeatur, argumen.l.eum q̄
ædes.ff.de vſucap.facit.l.iam hoc iure de vul.& pu-
pilla. Et hoc videtur in ſi.determinare Barto.in.l.ticio
centum.§.ticio genero de condi.& demonſtra.in quæ-
ſtione quæ incipit quid ſi relinquatur pro dote in fine
226 dictæ quæſtiōis.† vbi vult ꝙ ſi legatum ſit pro dote ex
quo debeat rejci iſta conditio tanquā grauamen in legi
tima.l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſta. iſta de

tractio debet fieri de dicto loco nō ſolùm vſq; ad cō-
currentem quantitatem legitimę, ſed etiam in eo quod
eſt vltra legimam, ne tale legatum diuerſo iure cenſea-
tur. Secundo moueor quia hæreditatis aditio non
debet ſcindi ſiue diuidi.l.verbis ciuilibus de vulga.
& pupill.ſecundo reſponſo.&.l.ſecunda de acquiren
da hęreditate. Tertiò quia iſtud ius adeundi erat in
bonis ipſius mortui quod ius vt dixi tranſmittit, fa-
cit.l.bonorum appellatio de verborum ſignificatio.
&.l.item in bonis de acquiren.rer.dominio. Nec ob.
etiam quòd ſtatutum non videtur voluiſſe exclude-
re filiam quia immò cōtrarium. nam patet ꝙ etiā trāſ
uerſales tertij gradus excludebant ipſam filiam, & ex-
cludunt reſeruata tātum eis tertia parte eius quod fuiſ
ſent habituri ab inteſtato. Et ſecundum quod ſtatutum
diſponit videtur etiam ſenſiſſe teſtator, & hoc vult bar
to.in.l.hęredes mei §.cum ita.ff.ad tre.in fi.illius op.
quæ incipit oppono & nunc intro materiam. Nam di
227 cit ꝙ † quando per ſtatutum nepos ex filio maſculo
excluderet filiā vel neptē fœminā teſtōris ꝙ tūc talis ne
pos illas excluderet ex ꝑſumpta volūtate teſtōris q cre-
ditur ſe voluiſſe conformare cum ſtatuto. Iſta enim fi-
lia excluſa debet reputari extranea, quia per excluſio-
nem qua excluderet per ſtatutum perdidit iura ſuitatis.
l.i.§.ſciendū.ff.de ſuis & leg.& ibi Bar. & ꝙ tranſmit
228 tat, probatur quia ſtatuta communiter dicunt ꝙ † ex-
tantibus filijs maſculis ipſa filia fœmina non ſuccedat
ſed iſti ablatiui abſoluti habent vim non ſolùm exclu-
ſionis fœminarum, ſed etiam includunt mares in por
tionem earum.l.ſeruio legato.§ ſi teſtator de leg.i.&.l.
fideicom §.cum eſſet de le.iij. Et ideo iſti maſculi habēt
totum & iſtę fœminę habentur pro mortuis.d.l.i §.ſi
pater de coniungen.cum emancip. libe. Et par eſt exhę-
redatio legis & hominis, & confirmabitur iſta exhęre
datio per aditionem illius in quem eſt facta tranſmiſ-
ſio ex his patet quòd ſit tranſmiſsio in collaterales a-
gnatos vel tertij gradus vel vlterioris ſecūdum quod
ſunt Laurus de Palatijs.

229 Item quæritur nos habemus quòd † ſi filij filię quę
repudiauit hæreditatem paternam cum iuramento iu-
xta capitul. quamuis de pactis libro ſexto fuerint prę-
teriti in teſtamento aui quòd ſi filia mortua ſit viuo
auo poſsint dicere teſtamentum nullum de iure com-
muni quia quodam modo ſubintrant in eius locum.
Secus ſi mortua eſſet poſt mortem patris quo caſu
pactum noceret filijs.l.qui ſuperſtitis.ff.de acquiren-
da hæreditate.& plenè per Baldum in.l.pactum.C.de
collationibus.& per eundem clarius in.l.finali. C. de
230 pactis verſicu. ſed hic incidenter quæritur.† intelligen
do quòd filia quæ iurauit non firmauit contractum,
ſed ſolùm ipſa ſe obligauit, & conſequenter illum con
tractum tranſire fecit ad hæredes cum in dubio iura-
mentum firmet contractum ſecundum communem
opinionem & veram de quo plenè in capitulo cum cō
tingat de iureiurando. & in capitulo quamuis pręalle
gato. An hoc ſit verum quando mater excluditur per
repudiationem vel ſtatutum & Iacob.de belui. diſpu-
tauit hanc quæſtionem, & concluſit quòd aut dos re
dijt ad patrem & filij nō ſunt excluſi à ſucceſsione aut
231 quia † de iure dos redit ad dotantem etiam extantibus
filijs illius matrimonij.l.dos à patre.ff.ſoluto matri-
monio. Aut remanſit pœnes filios ex conſuetudine
vniuerſali de qua ibi notat gloſ. Et tunc filij ſunt exclu
232 ſi quia † quando dos remanet pœnes filios tunc nō ſo
lū filia excluditur propter maſculos, ſed etiā q̄ habuit
dotem & hoc tenuit.d.Pau.de ca.in.d.l.qui ſuperſti-
tis. Fortiter tamen eſt dubitādum cum filia ſit ſubla-
ta de

ta de medio viuo patre vnde ſtatim filij ipſius ſcilicet
nepotes quodammodo aſſumunt primum gradum. l.
poſthumorum. ff. de iniuſto. teſta. Et per conſequens
cum ſint præteriti licet non poſſint dicere teſtamentū
aui nullum tāquam proceſſerit de radice infecta vt in
ſimili dicit Bald. in. l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. &
licet debeant dotem matris computare in legitimam.
l. quoniam nouella cum ibi notatis. C. de inof. teſta.
& l. illam & l. aliud. C. de colla. tamen ſi dos non eſſet
ſufficiens ad legitimam poſſet dici ꝙ poſſent agere ad
ſupplementum. l. omnimodam. & l. ſi quando in hn.
iuncta. l. ſi quis filium. C. de inof. teſtamen. &c.

233 Quæro autem hęc ſtatuta communiter dicunt quòd
non ſuccedat mulier extante maſculo ſed quòd dotē
mulier cum eſt in. xij. anno petit à fratribus dotem ſibi
aſſignari poſtquam eſt excluſa à ſucceſſiōe. Dicunt fra
tres quando tu contraxeris matrimonium aſſignabi-
mus tibi dotem quia dos non poteſt eſſe ſine matrimo
nio. l. iij. ff. de iure do. l. fi. C. de dona. ante nupt. Di-
cit mulier. ego volo ꝙ interim mihi augeatur.

Quæritur quid iuris Barto. in. l. ticio. §. fi. de cōdi. &
demon. dicit quòd ſuper hac quęſtione eſt dicendum
234 † An dies petendi dotē ſit dies nuptiarum vel dies ęta
tis nuptiarum. Et reſpondetur quòd relictum dotis in
vltima voluntate factum maiori intelligitur relictum
in die feſtiuitatis nuptiarum quando contrahitur ma-
trimonium per verba de præſenti poſito quòd ad do
mum viri non ſit transducta eo. ti. l. ſi cū fuerit & ibi
nota. Si verò relinquitur minori tunc requirunt duo
ſcilicet quòd veniat ad ætatem legitimam & ꝙ nup-
tię contrahantur eodem. titu. l. ſi cum fuerint hæc cō-
ditio. & l. ſi pupillę. ff. quando dies legati cedat &c.
Et prædicta dicit vera ipſe quando relinquitur ꝓ do
te & in tempus nuptiarum. Sed quando relinquitur mu
lieri pro ſe maritanda vel ad ſe maritandam tunc ſi re
linqueretur pupillę. & idem eſſe quia non poſſet ante
tēpus legitimę ætatis. Nam requiritur quòd inſtet cā
ꝓpter quàm relinquitur. l. nec ſemel. §. ſi inhabitum.
ff. quando dies legati ce. & l. ante penul. §. i. de lega. ij.
Sed ſi ad ętatem nubilem mulier peruenerit tunc petet
dotem pręſtita cautiōe de nubendo ratio enim hoc re
quirit ꝙ nuptię contrahantur. Nā ante cōtractas nup
tias mulieris expenſę neceſſariæ non poſſent fieri pro
ea maritanda, & hoc verbo℞ ſignificatio demonſtrat
l. ſecunda in fin. de condi. & demon. Sed idem Bart.
in ſuo conſilio mihi. xvij. quod incipit vbertus lega-
235 uit. † Quærit ſi pater legauit filiæ ſuæ centum ꝓ dote
an debeatur dictum legatum incōtinenti an expectari
debeat nubilis ætas. Et dicit quòd iſta quæſtio multū
pendet ex forma ſtatutorum diſponentium quòd filię
ſint dotibus contentę. Et ſi dicta ſtatuta videātur di-
cit ipſe quòd nō ideo poſſet dari verum reſponſum.
Tñ de iure communi loquendo conſtat quòd quate-
nus dicta dos eſt relicta vſq; ad legitimam portiōem
tunc dicta dos poſſet peti incōtinenti abſq; aliqua di
latione. l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſtamen.
In eo verò quòd eſſet vltra legitimam, aduertendum ē
dicit ipſe quòd aliud eſt ſecundum propriam ſignifi-
cationem vocabuli de iure communi ſcripto, aliud
ſecundum communem vſum loquendi ꝙ in ciuitate
eſſe conſueuit. Nam cum de iure dos non poteſt eſſe ſi
236 ne matrimonio. vt. ſ. dixi † legatū ſiue diſpoſitio do-
tis habet conditionē ſiue diē nuptia℞. C. de nup. l. ſan
cimus. ff. de iure dot. l. ſtipulationem. Sic debet intel-
ligi. l. ticio §. finali. præallegata, licet quidam illū tex.
aliter intelligant.

Et hoc dicit ipſe probari expreſſè in auctentica niſi
rogati. C. ad trebellia. & in corpore vnde ſumitur vbi
expreſſè patet quòd relictum nomine dotis in ſe ha-
237 bet conditiōem nuptiarum. † Verùm eſt tamen quòd
vſus loquēdi aliter ſe habet in quibuſdam partibus,
& cum illud ſit facti debet probari, quia facta non ꝑ-
ſumuntur. l. in bello. §. facta. ff. de capti. In quibuſdā
enim ciuitatibus dos dicitur eſſe patrimonium mulie
ris etiam nō nuptę vt cum dicimus talis mulier habet
bonam dotem licet ſit puella virgo vel vidua. Et ſic
dicimus de ingreſſa monaſterium. Talis domina
dedit monaſterio bonam dotem. Et ſimilia ſecundum
quem communem vſum loquendi debemus verba in
telligere. l. librorum. §. quod tamen caſſius de legatis
tertio. & l. cum delanionis §. aſinam. de fun. inſtru. l.
labeo de ſuppelle. leg. & l. & alphenus. & l. in vulga
ri. ff. de verborū ſignificatio. vnde ſi appareat talem
modum loquendi eſſe in ciuitate dicemus legatum ſi-
ue diſpoſitionē de dote non eſſe conditionale & poſ-
ſe incontinenti peti Bal. nota. in dicta. l. ſancimus di-
cit quòd Barto. in. l. qui habebat. ff. de vulga. & pu-
pilla. tenet quòd nō debeat expectari tempus nubilis
ætatis. Super quo paſſu vide etiam Bal. in. l. cum mo
ra. C. de tranſactioni. & in. l. generalem. C. de epiſ. &
cleri. & gloſſ. in. l. cum plures §. penul. de adminiſtr.
tutorum. & Cyn. in dicta. l. ſancimus. Scias etiā ꝙ
Alberi. in lege qui negociationem. §. pupillo de admi-
niſtra. tut. format quæſtionem ſimilem. dicit enim ip
238 ſe † pone quòd pater non habeat neceſſe inſtituere fi-
liam. Sed ſufficit quādo habet maſculum quòd relin
quat filiæ quantitatem congruam nomine dotis quā
habere debeat tempore nuptiarum. Quid faciet tu-
tor iſtius filiæ nunquid ſtatim ſeparabit portionem fi
liæ à portione filij vt exinde eam alat, vel illam dotē
ad lucrum poſſit dare vel aliter locare pro vtilitate
puellæ. An verò alet puellā de bonis filij & ſic fra-
tris ipſius puellę vt tempore nuptiarum habeat inte-
gram ſummam ſibi relictam. Et dicit ipſe Alberi.
quòd non eſt dubium quòd tutor poterit hanc ſecun
dam viam eligere quia dicit eſſe caſum in lege qui filiū
ff. vbi pupillus educa. debeat. Sed quid ſi vellet eli
gere primam viam nunquid ſtatim petere poterit par-
tem filiæ & eam ſeparare à bonis pupilli ex hoc §. vide
tur quòd ſic dicit Albericus, ſi nihil erit dictum de
tempore nuptiarum ibi. Et ideo dicit quòd aliqui di-
cunt quòd ſi teſtator reliquit in tempore nuptiarum fi
liæ quòd ſtandum ſit ordinationi teſtatoris, Demum
adueniente ætate nubili ſeparari debeat à patrimonio
pupilla & non ante & dicit videri expreſſum. ff. quan
do dies lega. ce. l. penul. iuncta illa. l. ſancimus. C. de
nup. ſecundum Rayne. pro hoc etiam facit iſte titulꝰ
maximè. l. nec ſemel §. ſi in habitatione. & l. nec nūmis.
§. finali. ff. de alimen. lega. & ff. de iure dotium lege ta-
li ſtipulatione.

In contrarium quòd ſtatim peti poſſit videtur expreſ
ſum. ff. de conditione & demonſtratio. l. ticio §. finali
verſiculo ſed cum ante nuptias. Sed dicit quòd Ry-
card. malumbra, qui hanc quæſtionem pleniſſimè diſ
putauit tenuit quòd portio filiæ ſtatim non expectatis
nuptijs peti poſſit cum iſta dos ſuccedat loco bono-
rum ſubſidij. l. legitimę cui non poteſt adijci con-
ditio vel grauamen. C. de inofficioſo teſtamento lege
quoniam.

239 Vltimò quæro ſi filia quę de iure communi ſucce-
dit & eſt ſua patri. l. maximum vitium cum ſit ex-
cluſa à tali ſtatuto extante maſculo vtrum maſculus
habens partem ſororis illam tranſmittat ad quoſcūq;
prout regulariter ſuus tranſmittit ſecundum cōmunē

opin. de qua in. l. apud hoſtes. C. de ſuis & le. in. l. vẽ
tre. ff. de acqui. hære. & in. l. ex militari. §. fin. de teſta.
milita. Et videtur ꝙ non, quia illa filia cuius erat ta-
lis portio erat talis perſona quæ non erat ſua patri, q̃a
deſierat eſſe ſua propter excluſionem ſtatuti vt ſingu-
lariter dixit Barto. in. l. i. § ſciendum de ſuis & legiti.
240 † Et quia ſi de benignitate fratrum illa hæreditas con
cederetur filię excluſæ ex ſtatuto, talis hęreditas niſi ꝑ
eam adeatur non tranſmitteretur per dictam rationẽ
ſecundum Ludo. de Roma. in. l. ventre. qui dicit hãc
eſſe ſingularem limitationem & nouam ad regulã ꝙ
hęreditas non adita non tranſmittatur de qua in. l. qm
241 ſororem. C. de iure delibe. † ergo idem debet eſſe cõ
uerſo in ipſo filio, licet ſit ſuus, quia illa portio ſoro-
ris quæ ſibi defertur prouenit à perſona non ſua. Sed
dicit dictus domi. Ludo. hanc eſſe notabilem dubita-
tionem & eã neminem tangere excepto Bald. in. quo-
dã ſuo conſi. quòd incipit. In chriſti nomine factum
proponitur. Quidam nomine &c. qui dicit primò vi
deri hanc portionem filiæ non aditam tranſmitti eo
quia defertur ipſis filijs hæreditas ſub nomine natura
li non ſuitatis. l. cum ratio de bo. damn. ergo &c. l. le
gatum. ff. de cap. dimi. do. Lud. addit idem videri di
cendum quòd dictum ſtatutum quod excludit fœmi
nas debet intelligi ipſis maſculis hæreditatem volen-
tibus aliter fœmina ſuccedet ſecundum Barto. in. l. ij.
§ ſed ſi ſini. ff. ad tertu. ſed cum dicti maſculi abſtinue-
rint, nec vnquam ſe immiſcuerint dictę portioni vi-
dentur pariter noluiſſe ſororem excluſam hæredibus
extraneis anteponere & eam ſibi ſucceſſuram. C. de fi
deicommiſ. l. cum acutiſſimi. l. cum auus. ff. de con-
242 ditio. & demonſtratio. † Secundò quia eſſet abſur-
dum videri quem pro parte eſſe ſuum hæredem pro ꝑ
te non. ff. de cõditio. & demonſtra. l. ticia ſi non nup-
ſerit. Et vna & eadem res non debet diuerſo iure cen-
ſeri. c. tua nos de deci. l. eum qui edem. ff. de vſucap.
Item quia dicta portio filijs prædictis delata videtur
eſſe portio accreſcens ei quàm primò iure habent. &
ſic hiſdem regulis debet terminari ad hoc. l. ſi ex toto
de legatis primo & . l. inter ſocerum §. cũ inter de pac.
dota. l. etiam. C. de iure dotium Ita etiam determinat
idem Bald. dictis rationibus in dicto conſilio quòd ẽ
notabile & menti tenendum ſecundum domi. Ludo.
quia accidit ſepiſſimè in facto. Adde ad eos ꝙ idem
Ludo. notat in. l. apud iulianum §. idem iulianus. ff.
ad trebel. vbi poſuit plures effectus ſuitatis. Et inter
243 cæteros dicit quòd † ſicut filius ſuus tranſmittit vi-
gore ſuitatis. Ita etiam ſubſtitutus fratri pupillariter,
quia quos poſſum mihi neceſſarios facere eoſdem ẽt
poſſum filio meo pupillo. l. ſed ſi plures. §. quos poſ-
ſum de vulga. & pupil. Et dicit etiam dictum Angel.
in. l. iij. §. aperturę de hære. inſti. Sed tu dic quòd bar.
etiam dixit in. l. ſecunda in fin. de vulga. & pupilla.
Et hęc pro iſta parte. In cõtrariam verò partem primò
dicit do. Lud. deciſionem Bald. primò eſſe ſatis dubi
tabilem quoniam dicta portio defertur filio beneficio
ſtatuti non ſuitatis, vnde cum ſuitas ſit fundamentũ
ipſius tranſmiſſionis hęreditatis non aditę. l. ſi fratres
de iure delibe. & in. d. l. ventre. Per conſequens di-
camus hũc filium dictam portionem non tranſmitte
re quia ad eam non vocatur filius vt filius ſed ex præ
dicto beneficio. Et hoc dictum videtur multò minus
poſſe procedere ſi prædictum ſtatutum factum foret
ab his q̃ habent poteſtatem prætoris vt eſt marchio
epiſcopus & ſimiles de quibus in capitulo fina. de of.
delega. per Barto. in lege ſecunda in princip. de verb.
244 obligationib. & in. l. fina. ff. de pœnis. † Tali enim
caſu cum prętor ſeu ſimiles non poſſent quem ipſo iu
re abſq; aditione hæredem facere inſti. de bono. poſ.
§. quos autem tum etiam quia ipſe ſuitatẽ obruit quæ
eſt ipſa res tranſmiſſionis fundamentum inſti. de hę-
re. quali. et diff. § is qui tranſmittit & . l. neceſſariũ de
acquiren. hęredita. videtur talem beneficio ipſius ſta-
tuti prętorij adijcientis portionẽ admiſſum abſq; adi-
tione non tranſmittere vt in ſimili videmus de bono
rum poſſeſſione vnde liberi quæ conceſſa liberis à p̄-
tore ad hęredes non agnita non tranſmittitur. l. ſi mu
nicipali. C. qui admit.
In contrarium tamen & ſic ꝓ prima parte dicit Lu-
do. quem mouet gloſ. ibi dicens. l. vnicam. C. de hijs
qui ante aper. tabu. prouidentem vt deſcendentes hæ
reditatem non aditam ad alios deſcendentes tranſmit
tant habere etiam locum in bono. poſſ. à prętore cõ-
ceſſa vt hęc etiã non agnita ad deſcendentes tranſmit
tatur quàm glo. dicit domi. Lud. notabilem eſſe et mẽ
ti tenendam ad extẽſiõem. d. l. vnicę. Dicit autem co
245 gitate ſuper. d. Bald. † Adde vltra omnes rationes ꝙ
frater tranſmittat ratione ſuitatis in totum licet exclu
ſa ſorore. primo. d. l. eum qui ædes ex cauſa æquali-
tatis ſeruandę ag. l. hęreditatẽ. & . l. q̃uis. C. de impu.
246 & . l. iam hoc iure de vul. & pu. † Item quia vbi fit
vnio duorũ potentius inſpicit & trahit ad ſe minus
potens iuxta not. ꝑ Bar. in. l. i. de le. i. in. l. ij. cõmunia
de lega. in. l. i § cohæredem. ff. ad. l. falcidi. facit. l. quę
ritur. ff. de ſta. ho. & quod legitur in capitulo. æqua.
de conſe. eccle. vnde portio filij quę ſibi defertur de iu
re communi & ei accreſcit portio filij per ſtatutum &
ſic per ius ſpeciale.
Item ne pro parte ſit ſuus & pro parte non argu. l. ſi
pariter in fi. ff. de libe. ca. & quod not. in capitu. cum
inhibitio de clan. deſpon.
247 Item quia in tranſmiſſione non debet conſiderari
quo iure deferatur. Sed ſolùm an filius tranſmittẽs ſit
ſuus. Itẽ quia ex forma ſtatuti ſoror eſt facta inſuc-
ceſſibilis. Item quia ſi diceremus fratrem non tranſ
mittere pro parte ſororis iam ſoror non veniret, quia
vbi quis venit ad lucrum de iure ſpeciali & exclude-
retur etiam ex facto ſuo vt conſequenter veniret fiſ-
cus. l. prima in fine cum gloſ. de ſucceſ. edicto. Et ta
men non poſſet opponi de iure fiſci. l. hijs conſequẽ
ter & ibi gloſſ. ff. fami. herciſcun.
Item quia in poteſtate legis & poteſtate ſtatuti pro-
248 cedit. vt no. Bal. in. l. i. de ſum. tri. † Item q̃a repudia-
tio lapſu temporis. & hominis excluſio paruificant.
l. i. §. ſciendum de ſuc. edic. & in. l. ſi quis filiũ in fi. de
inof. teſt. & in. l. ſcimus. in fi. e. ti. et. l. bonorũ. ff. rẽ ra.
ha. & . l. i. & . iij. C. qui admit. vt not. in. l. ij. C. vñ le
gi. Sed ſi repudiaret & excluderetur ipſe quo caſu ac-
creſcit & continuaret p̄s ſororis cũ parte fratris ſine
dubio trãſmitteret totã ꝑ nota. in. d. l. ſi fr̃es & in. d.
l. vẽtre & in. l. vnica. C. quando nõ pe. par. ergo &c.
249 Quid autem ſi dicat ſtatutum ꝙ filia non ſuccedat
an hęredes patris illam teneãtur dotare bar. ꝙ ſic i. l.
ſi marito. §. ſi voluntate. & . l. poſt dotẽ. ff. ſol. ma. &
bal. in. l. fi. C. de do. ꝓmiſ. & do. Lu. de ro. in. l. i. ff.
ſol. ma. probat eſſe verum quia etiam tenentur alimẽ
ta præſtare. l. ſi quis à liberis. §. idem reſpondit ita. ff.
de lib. agno. Sed quid de patruo. dic ꝙ non reperitur
lege cautũ quidã allegant leges quę nihil faciunt.
250 Commodiſſimè quæſitũ eſt vtrum filia excluſa à
ſtatuto p̄dicto poſſit ſimul cũ maſculis venire ad em
phyteoſim receptã per patrem pro ſe & filijs. Et bart.
in ſuo conſi. quod incipit do. Iacobus mihi ſecundũ
ordinẽ meũ. ccxxviij. dicit ꝙ ſic. & allegat ſpe. de lo-
ca. §.

ca §.nũc aliqua ver. lxxviij.et dicit bar.ꝙ licet arguat
ſpe.p et contra non bñ ſe firmat ſed veritas eſt ꝙ rema
net ſibi ius petendi ex vigore ſtipitis paternæ partem
ſuam,& hoc tam ex impotentia patris. Cum.n. filiꝰ
non habeat vt hæres diſpoſitiõ patris per hoc nõ va
let per.c.i.in princi.de ſucceſ.feu.Et ſpec. dicit ſimilẽ
emphyteoſim & feudum eſſe.Idem dicit videri in ac
tione de dote,quæ quæritur filiæ ex diſpoſitione pa-
terna quòd ius pater minuere non poteſt niſi ex eo ꝙ
ſibi vltra de bonis ſuis reliquit.l.ſi cum dotem.§.ſi pa
251 ter ſolu.ma. †Item poſito quòd pater poſſit filiam
per diſpoſitionem ſuam priuare de iure communi vl-
tra legitimam & etiã in legitima vigore dicti ſtatuti,
tamen ſi pater iuſſit filiam eſſe contentam certa quan
titate,hæc verba non important.debuiſſet enim pater
hoc exprimere ſi volebat ꝙ apud ſolũ maſcu. remane
rent iura emphyteotica.nã pater poteſt vni ex filijs aſ
ſignare libertum,tamen ſi vnũ ex filijs inſtituit in por
tione magna alium in modica propter inſtitutionem
ex modica non expellitur quin æqualiter cum alijs ad
mittatur.l.vt iureiur.§.ſi liber.de bo.li. item ſufficit fi
lium ex quacũq; parte etiam modiciſſima inſtitutum
eſſe ad hoc vt iuſpatronatus conſeruetur ſibi.l. ſi ex
modica.§.ſi filius de bo.lib. Nam prędicta verba in-
telliguntur ꝙ ſtet contenta & quòd plus petere nõ poſ
ſit de bonis defuncti.ſ.iure hęreditario, ſed p hoc nõ
priuatur iure quod habet tanquam filia. Non obſt.l.
fœminę de ſecundis nup.quia ibi iure non cogitur fi-
lijs reſeruare vigore alicuius cõuentionis habitę cum
alio ſed ex diſpoſitione illius legis quæ ſic expreſſè diſ
ponit vt iure poſſit vnum ex filijs eligere. Sed in caſu
noſtro eligendo vnum ex filijs veniret cõtra cõuentio
nem cum alio habitam.Non ob.ꝙ pater non ſoluen
do canonem poſſit priuare filium iure emphyteotico
quia hoc eſt ex natura contractus celebrati à princi-
pio & in hoc non offenditur legis conuentio, ſed eli-
gendo vnum bene offenderetur conuentio quæ voluit
filios æqualiter admitti. Iuxta prædicta formandam.
252 q. cenſeo †ſtatuto cauetur ꝙ filia dotata à patre non
ſuccedat, modo cõtingit ꝙ ticius deceſſit relicta poſt
huma in vtero. Ita ꝙ eam dotare non potuit vel reli-
cto infante vel relicta filia fœmina furioſa nunquid
fratres hæredes vniuerſales dotando excludant eam.
videtur quòd ſic,quia nil poteſt imputari patri,& ga
quod tranſit ad hæredem quando eſt ex cauſa onero
ſa vt notaſ in.l.ij.de pac.inter empto.& not. Bald.in
l.diem proferre §. ſi hæredis.ff.de arbi. licet ſecus quã
do eſt ex cauſa lucratiua.i.à teſtatore de conditio. &
demonſtratio.nam ſtatutum habet intellectum ꝙ do-
tetur & per hoc incipit à præcedenti diſpoſitione. er-
go conditio annexa ad effectum conditionis tranſit
ad hęredem.Item non ſtetit per patrem argu.l.vtrum.
ff.de conditio.inſtitu.Contrarium determinat Bal.in
l.ſi plures in antepe.colum.C.de condi.inſer.quia ille
caſus eſt obmiſſus à ſtatuto. ergo relinquitur diſpoſi
tioni iuris communis quod eſt verius dicit ipſe & alia
quædam etiam dicit circa hoc ſtatutum quæ vide.
253 † Circa prædicta quæritur quid ſi iudęus mori-
tur ab inteſtato relictis filijs maſculis & fœminis vtrũ
fœminę pariter ſuccedant cum maſculis, dubium fa-
cit illud quod legitur numeri in capitu.xxxvij. quod
incipit acceſſerunt in verſi. ſi homo tñ mortuus fuerit
abſq; filio ad filiam eius tranſibit hęreditas. Si filiam
non habuit habebit ſucceſſores eius fratres, ꝙ ſi fra-
tres non habuit dabitis hæreditatem fratribus patris
eius. Si autẽ nec patruos habuit dabitur hęreditas hijs
254 qui eis proximi ſint. †.Ex quibus verbis patet quòd
lex iſta moſayca diſcrepat à iure ciuili & canonico in
duobus. Primò quia ſecundum ius ciuile prima cã
ſucceſſionis eſt liberorum non facta differentia ſexus.
l.maximum vitium.C.de libe.pręte. Sed iſta moſay-
ca vult filiam fœminam ita demum admitti ſi maſcu
lus non extat.

Secundò diſcrepat quia de iure ciuili ſecunda cauſa
eſt aſcendentium cum quibus ſuccedunt fratres & ſo
rores vtrinq; coniũcti vt in auctenti.de hęr.quę ab in
teſta.defe.in.§.primo & ſecundo columna.ix.ſed ſecũ
dum iſtam.l. moſaycã ſolum fratres admittuntur &
non aſcendẽtes. videtur ergo quòd ſoli maſculi ,quia
iudęi vtuntur lege moſayca & illa ligantur.xiv. diſt.
255 qui ſynceras iudęi. †Et ſic videtur poſſe dici quòd
illud ius veteris teſtamenti datum iudęis per moyſen.
vij.diſtinc.moyſes. Sit ius ciuile proprium hebręorũ
ſuprà diuina conſtitutum.i.diſti. ius ciuile. Et ſic quo
ad eos præferatur iuri communi romanorum in .l.
omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in.l. de quibus.ff.de
256 legi.†Pręterea ius legitimarum hæreditatum videtur
ſolùm ad romanos ſpectare non ad alios de quo ta-
men dic vt habetur .i.diſtin. ius quiritum pro quo fa
cit quod no.glo.in.l.prima.ff.de acquiren.re.do.&
tex.inſti.de vſu.& ha §.fina.pro quo etiam poteſt ad-
duci quia iudęi non humanis, ſed diuinis conſtitutio
nibus ſubijciuntur.xij.diſti. omnia .ea.diſtin. ſi ſolus
Chriſtus cum ibi no. Et iſtã partem firmat Cal. titi.
de teſt.& in.ccc.conſilio quia iſta.l.moſayca data fuit
iudęis & eccleſia illos tollerat, & papa & imperator
patiuntur vt inter ſe legem ſuã ſeruent, ergo ſecundũ
illam legem debent ſuccedere. Et pro hoc adducit tex
in.l.iudęos ad fin.C.eodem. vbi litera dicit amiſſuri
ſine dubio permiſſa niſi ab illicitis ſe compeſcuerint.
257 †Nam ex illo text.datur intelligi quòd lex ſua con
tra ipſos ſeruari debet niſi in eis quæ eis ſunt prohibi
ta.præterea lex moſayca eſt ſpecialis iudęorum igitur
inter eos derogat.l.generali & communi ſicut ſpecies
generi in regula generi per ſpeciem de regulis iuris li-
bro ſexto, pro quo etiam adducitur illud quòd ſcri-
bitur in euangelio ſecundum legem noſtram debet
mori,quaſi dicat lex noſtra debet nobis ſeruari. Nec
obſtat.l.nemo.l.iudęi romano.l.nullus.C.e.cum ſi-
milibus in quibus dicitur legem ciuilem ſeruandam ,
quia fateor in his quæ ſunt iudęis expreſſè prohibita
ſed in his in quibus.l.ciuilis nõ derogat tunc ſi eſt quę
ſtio inter iudęum & chriſtianum ſeruatur.l.cõmunis.
Et ſic lex chriſtiana, ſed ſi eſt quæſtio inter iudęos tunc
ſeruatur lex eorum ſpecialis diſponens ſuper illo caſu
vt ſicut inter chriſtianos primò ſeruãtur eorum ſtatu-
ta deinde lex communis. Ita iter iudęos primò debet
ſeruari lex moſayca, deinde recurrendum eſt ad ius cõ
mune. & ita debet intelligi.l.iudęi cum ſimilib.

In contrarium poſſet adduci quia illa quæ ſcripta
ſunt in veteri teſtamento non ligant in nouo nec aliter
ſunt ſeruanda, niſi ſint in nouo repetita vt nota. ſuprà
diſtinctio. hijs itaq; reſpondetur.

Et ſolet notari per Modernos qui allegant. Tho-
mam de aquino in capitulo finali, de conſuetu.in lege
ſtipul.hoc modo concepta.ff.de verborum obligatio
nibus . niſi dicas iſtud verum inter chriſtianos vel iu
dęũ & chriſtianum, ſecus inter iudęos.

Præterea iudęi poſt aduentum chriſti perdiderũt om
nia priuilegia & omnes immunitates.l. iuſſio.C.eo.
vbi dicit Angel.quòd illa.l.bene ſeruatur in terris ec-
cleſiæ in quibus iudęi magnam ſoluunt collectã po-
terit ergo in terminis quæſtionis noſtræ dicere filia fœ
mina maſculo illud priuilegium prælationis ibi da-

tum per.l.moſaycā eſt renouatū per.l.iuſſio.C.eo.Ex
258 quibus videtur poſſe inferri ꝙ † ſtatuta quæ cōiter
ſunt per Italiam diſponētia ꝙ ſtantibus maſculis fœ-
minæ non ſuccedant.ligare debeant iudęos habitātes
in loco ſuo, vbi ſunt talia ſtatuta, quia per talia ſtatu
ta reponuntur in diſpoſitione legis moſaicę & iſte re-
ditus ad legē antiquam eſt cōmendabilis in.l.lege.C.
259 de legi.hære.† Et quia iudęi dicuntur eſſe de eodem
populo & corpore ipſius trinitatis ꝗuis non dicant
eſſe de corpore ſpirituali in.l.chriſtianis .C.de paga.
ritu tollen. Sunt ergo de maſſa & ciuitatē faciunt ma
gis populoſam vt ꝓbat text. in auc. de quæſtore poſt
prin.ibi ciuitas noſtra populoſa eſt turbis diuerſorū
hominum colla.vi.Et facit ꝙ per illum tex. dicit Bal.
in.c.i.de forma fidelitatis. Vltimò ad hoc adde ꝙ.l.
moſayca videtur differre à lege ciuili & communi ēt
260 in ſucceſſione ex teſtō quia † de iure ciuili & canoni-
co error in corpore vitiat inſtitutionem. Et ideo ſi te-
ſtator volebat inſtituere ticium & inſtituit ſeium neu-
ter erit hæres.l.quotiens.ff.de hęre.Inſti.per quam.l.
dixit ibi glo.i.ꝙ nec Eſau. nec Iacob debuit eſſe hę-
res prout habetur numeri.xxvij.Sed do.Io. de imol.
ibi dicit ꝙ inſtitutio facta de Iacob.fuit valida dupli-
ci de cauſa.Primò quia Iſaac pater ſuus nō fuit omni
no errans ſed dubitans, vñ dixit vox quidē vox Ia-
cob eſt ſed manus ſunt Eſau, q̄a ſenſit manus illas pi-
loſas ꝑꝑ pellem alligatam ad manus. Et in illa titubā
tione & dubitatione elegit ipſum Iacob inſtituere.

Secundò quia poſtea ſuperuenit Eſau, & certificat⁹
fuit ꝙ ille q̄ venerat ante Eſau, fuerat Iacob & appro
bauit benedixit ei & erit benedictus numeri.xxvij. vt
261 ibi per eum. † Et ſcias ꝙ bar.dixit in.l.Iudęi.C.de
iudęis ꝙ iudęi poſſunt ſtatuere cōtra ius cōe vt hic in
verſi.præter vos & hoc quando ipſi ſtatuerent ex cā
& ita tenet barto. Non ob.not.xij.diſtin. omnium in
fi.qm̄ ibi loquitur de ſuperſtitioſis conſtitutionibus q̄
bus vtebantur olim iudęi inhærentes conſtitutionib⁹
ſcribarum & phariſeorum.c.ſi ſolus chriſtus.viij.di
ſtin.& ita tenet Archidi.in.d.c.omnium in verſi.prę
ſumptiōibus.& ꝙ poſſint ſtatuere contra ius cōe vbi
non ſunt ſuperſtitiones eſt tex.hic. Solū enim repro-
262 bantur iure ciuili eorum leges circa † matrimonia vt
non contrahant ſecundum leges eorum ſed ſecūdum
l.cōem.l.nemo la prima.C.eo. Ergo in alijs remanēt
ꝙ poſſit ſtatuere quia exceptio firmat regulam in non
exceptuatis vt in.c.in noſtra de ſepul.quia ꝙ poſſint
vt alij populi etiam contra ius commune legem con-
dere iſtud eſt ſecundum diſpoſitionem iuris commu-
nis.l.omnes de iuſti. & iu. vnde ſi ē facta exceptio in
matrimonijs ꝙ non poſſint ſtatuere contra, in alijs re
manet ius cōe vt poſſint & maximè quando conſue
tudo hebręorum longiſſimo tp̄e ſic fuit, habent .n.
iudęi omnia quæ ſunt ciuium romanorum.l.iudęis.
263 C.de iudęis, † & ꝙ populi ſubditi romāo impio poſ
ſunt condere leges & introducere conſuetudines, de
hoc videtur tex.in.c.ſicut iudęi eo. tit.ibi aut eorum
bonas conſuetudines immutare etiam contra diſpo-
ſitionem cōem iuris ciuilis eſt tex.in.l. omnes populi
de iuſti.& iure.& ideo ſtatutū vel conſuetudo iudęo-
rum poteſt excludere diſpoſitiōem iuris communis ꝙ
filia non habeat bona materna ſed potius pertineant
ad eorum parentes cōtra diſpoſitionem.l.i.C.de bo.
ma.quia iſtud etiam olim erat de iure communi ꝙ pr̄
hæreditates delatas filijs in poteſtate occuparet iure
peculij in totum.l.ij.ff.de ca.pec.inſti. per quas per
ſonas no.acqui.circa princip. licet hodie ſit immuta-
tum, vt in.l.i.C. de bo.ma.& ita fuit conſultum per

do.An.roſel.& multos ex nobis. Quærit inſuper
Bald.in auc. ſi quas ruinas in .v.colū.C.de ſac. ſan.
264 eccl.† An filia dotata excluſa ex forma ſtatuti à ſuc
ceſſione paterna ſuccedat nihilominus in emphyteo-
ſim vna cum fratribus vel quando eſt hęres ſolùm in
re certa & dicit ꝙ ſic. Et ideo ſubdit ꝙ ſi quis recipiat
emphyteoſim pro ſe & vxore, vel pro ſe & fratribus
iſti admittentur ad emphyteoſim licet non ſint hære-
des. Subdit etiam ꝙ ſi quis receperit emphyteoſim ꝑ
ſe & filijs poteſt prælegare illud feudum vni filiorum
265 cum filij capiant tanq̄ ex donatione paterna.† & ideo
pater poteſt quoad filium in poteſtate eam reuocare
ab vno filio & conferre alteri filio.l.ſecunda.C.de in
offi.dona.& in ſpecu.de loc.§.nunc aliqua ver. clvi.
266 † ſecus in dona. materna, quia irreuocabiliter tenuiſ-
ſet donatio à matre in filium à principio, & ſic non ha
bet ius aſſignandi.l.liberi patroni.ff.de aſſignā. lib.
Et quoniam iſte paſſus eſt vtiliſſimus dicam quid ſen
297 tio, † An pater qui ſtipulatus eſt feudum pro ſe & fi
lijs poſſit illud vendere in prę iudicium filiorum, qui
bus eſt facta ſtipulatio vel vni filiorum prælegare.&
Ange.in.l.apud inl.§.ſi quis alicui de legatis primo.
tenet contra Bal.vbi.ſ. & dixit quòd non, quia ſunt
duę ſtipulationes vna in perſonam patris, alia in per-
ſonam filiorum quibus poteſt ſtipulari.l.quodcūq̄.§.
primo de verbo.obliga.Et ſic illud ius ſemel contra-
ctum ex ſtipulatione non poteſt ſine voluntate eorū
auferri.l.ſi.ff.de pac.& idem Bald. tenuit contrariū
in.l.item vidēdum.§.item videamus. ff. de peti.hęre.
Idem ibi Ange.eandem ſententiam quòd pater poſſit,
prout Bald.tenet in auc.ſi quas ruinas tenet Specu.de
loc.§.nunc aliqua verſi.lxxviij.& de teſta.§.i. Sed opi.
Ange.tenuit primo Dyn.& idem Bald.in auct. quas
actiones.C.de ſac. ſan. eccle. Eandem tenet in ſimili
Barto.& Rapha.cu.in.l.qui rome.§.flauius de verb.
obli.Dominus verò Pau.de caſt.in.§.fin.ſi quis ali-
cui. concordat bal. cum prædictis Docto. & ipſum
Bal. ſemetipſum, quia ſi pater ſtipulatus eſt feudum
ſimpliciter & ſic eſt feudum nouum, & non dixit pro
ſe & filijs, & tunc poſſit iuxta ea quæ no. per bal.poſt
268 Nico. matarel.in.l.q̄ ſe patris.C. vnde liberi, † nā in
feudo nouo liberi ſuccedunt patri etiam ſi non ſint
hæredes, vt in titu.an agna.vel filius, hæc autem di-
ſtinctio fallit in duobus caſibus quos non tangunt
docto. in.§.ſi quis alicui. Primus quando ex pe-
cunia ſua pater fuiſſet ſtipulatus & acquiſiuiſſet &
non ex liberalitate concedentis, vt dixit notabiliter ip
ſe Bald.in lege prima in fin.C.per quas perſo.no. ac-
qui. Secundò fallit in feudo iuriſdictionali ciuita-
tis vel caſtri, quia vtilius eſt quòd ſubditi regantur
ab vno quàm à pluribus.l.ſecūda.§.nouiſſimè.ff.de
origin. iuris. & ſeptima quæſtione prima in apibus,
ideo ratione publicæ vtilitatis tollerari poteſt quòd
tale feudum transferatur ad vnum filiorum in prę iudi
cium aliorum iuxta nota.in.l.prima in principio.ff.
de iuſtitia & iure in glo.quę incipit hoc poteſt intelli-
269 gi ad finem. † In feudo autem antiquo & paterno
in quo frater ſuccedit fratri ex diſpoſitione iuris & ſuc
ceſſiōe patris aitàs aui, clarum videtur quòd vnus ex
fratribus de ſua parte feudi diſponere non poſſit con-
ferēdo in perſonam alterius fratris alios fratres exclu
dendo.quia nō habet illud ex prouiſione ſua. Et opi.
Ange.& Dyn.in.§.ſi quis alicui, tenet etiam Odofre.
in ſumma in titul.qui poſſint in feudo ſuccedere.
270 Sciendum ē etiam quòd ſucceſſio iuriſpatronatus
& præſentandi clericum ad eccleſiam regulatur ad in
ſtar ſucceſſionis bonorum patrimonialium, vnde
ſi dicas

ſi dicat ſtatutum quòd filia dotata extãtibus maſculis
non ſuccedat patri, excludetur etiam vigore talis con
ſuetudinis & ſtatuti à iurepatronatus & p conſequẽs
à pręſentatione rectoris, ita dicit Pe. de anch. in. c. ex
271 inſinuatione de iurepatro. † Dicit etiã in. c. cum ſe
culum ꝙ filia dotata excluſa ab hæreditate patris pec
renunciationem non poſſet pręſentare quod poſſet ſi
iuſpatronatus non exiret hæredes ſanguinis, contra-
rium dicitur in feudo ꝙ filius ꝗuis renũciet hæredita
ti paternæ, poteſt tamen retinere feudum iuxta not. p
doc. maximè bal. in. c. i. an agna. vel filius. Quæro in
ſuper pone ſtante hoc ſtatuto ꝙ extantibus maſculis
fœminę non ſuccedant, ſed debeant dotari pro modo
272 facultatum & dignitate perſonarum. † Modo pater
in teſtamento filijs maſculis hęredibus inſtitutis lega
uit filię certam quantitatem ei dandam cum aduene
rit tempus nubilis ætatis, filia vult ſtatim quantitatẽ
legatam, hæredes nolunt dare niſi cum aduenerit legi
tima ætas nubilis. & hanc. q. ponit & refert Cy. in. l.
ſancimus. C. de nup. & ibi Raph. & Ricar. pro deci-
ſione recurrit ad aliam dubitatam. q. nunquid per ſta-
tutum poſſit minui legitima. Et ſimiliter circa primã.
q. formatam dic vt ibi per Cy. & circa ſecundam fina
liter, ſed plenius per Bar. in. l. titio centũ. §. fi. ff. de con
di. & demon. Et hæc pro nunc ſufficiant. Laus Deo.

FINIS

REGISTRVM

a b c d e f g h i k l m n
o p q r ſ t u x y z &
A B C D E

a, Quaternus eſt, Cæteri ſunt Terni.

REPERTORIVM

MATERIARVM, AC QVAESTIONUM omnium & principalium & incidentium quæ in tractatibus cum elegantiſsimis, tum uſu practico ubiq; terrarum approbatiſsimis Clariſsimorum uirorum. I. V. interpretum D. Alberti Bruni. Aſten. Do. Georgij Natæ, D. Ioan. Campezij, & D. Lauti de Palatijs de ſtatutis fœminas propter maſculos excludentibus, reperiuntur.

MIRA QVADAM BREVITATE ATQVAE *adeo facili ordine ad amuſſim Complexum: ut nonmodo quæſtiones materiáſq; omnes, uel etiam leuiter inquirentibus exhibeat: ſed eas quaſi perſ̃t deciſas aliud agentibus offerta.*

QVOD NVNC RECENS CVM PRAEdictorum tractatuum ſummarijs, vt de viris ſtudioſis aliquid ſemper bene mereremur in omnium gratiam edidimus.

De litera. A

ABbatiſſę appellatione non uenit abbas, numero.30.fo.128.

Ablatiui abſoluti nullo ſuperſtite maſculo, conditionem faciũt. ita q; extãtibus non audiatur fœmina. nu.75. fo.81

Ablatiui abſoluti nõ exiſtentibus maſculis &c. licet regulariter in cõditionem reſoluantur. in hmõi tñ ſtatutis diſpoſitionẽ faciũt. n.97. fo.100

Ablatiui illi extantibus agnatis, reſoluuntur in duo præcepta, quorum vnum eſt affirmatiuum, & incluſiuum maſculorum: & alterum negatiuum excluſiuum fœminarum, nu.4. fo.118.

Ablatiui abſoluti natura eſt conditionem importare numero.182. fo.171

Ablatiui abſoluti filijs maſculis extantibus filie &c. non ſolùm habent uim excludendi fœminas, ſed & includunt mares in portionem earũ nu.128. fo.173.

Abſoluere prohibitus vltimo menſe ſui officij, non intelligitur prohibitus pronunciare abſoluendum numero.220. fo.36

Aſurditas minor eſt amplectanda nu.25. fo.10

Abſurditates admittere mentis ſtatuentium non eſt, numero.115. fo.15

Abſurdum nihil magis eſt, quàm inducta ad vnum effectum trahere ad alium nu.xxi. fo.47

Abſurditas & verborum ſuperfluitas in legibus, & ſtatutis uitanda eſt, nu.clxxxv. fo.171

Accreſcendi ius eſt eiuſdem conditionis & rationis, cuius eſt ſuũ principale nume.lxxxi. fo.79

Accreſcit ne fœminæ portio repudiata per alterum ex maſculis vocatis fœmina excluſa per ſtatutum numero.lxxx. fo.eo.

Accreſcendi ius locum non habet reſpectu filię excluſę ſi nihil ſit ei relictũ, & ſimus in cã teſtati. n.84. f.e.

Accreſcit totũ filię cui aliquid relictũ eſt noie inſtitutiõis, puta dotes vel res alię: ſi eius frater hęres vniuerſalis repudiet uel nõ ſuccedat, etiam ſi teſtator adiecerit clauſulã, q; plus petere nõ poſsit. n.85. f.e.

Accreſcendi ius nõ habet filia vbi ſunt duo fratres vniuerſaliter, ſeu in certa quota inſtituti: & filia in re certa licet alter fratrum repudiauerit nu.86. fo.eo.

Accreſcit maſculis portio deficiẽs fœminis excluſis, limitatur nume.87. fo.72.

Accreſcendi ius regulariter locum non habet in contractibus nu.88. foi.eo.

Accreſcendi iure ad totum admittitur mater, quæ excluſa fuerat propter maſculos præter octauã partẽ ipſis maſculis repudiantibus nume.118. fo.101

Accreſcit portio repudiãtis nõ repudiãti, qñ ſunt duo maſculi quorũ alter repudiat, alter nõ. n.181. f.101.

Accreſcendi ius diuidi nõ poteſt, cum locum non habeat niſi in portione defecta nu.29. fo.114.

Actiones ad res mobilis cenſentur quo ad effectũ res mobiles. Et actiones ad res immobiles iudicãtur, vt res immobiles nu.134. fo.52

Actio ad dotem an dicatur de territorio vbi exigi debet, an verò de territorio mariti nu. cxxxvij. fo. 63

Actio furti etiam pro re minima datur. n. cviij. fo. 73.

Actio an detur contra patrem pro dote, an verò officium iudicis tranſitorium ad hæredes nu. vi. fo. 85.

Actus dotis conſtituendæ eſt purus: actus verò dotis exigendæ & ſoluendæ eſt conditionalis. Si ſtatutum mandet filiam dotari per hæredem, et donec nuptui tradatur ali. nu. xxx. fo. 86.

Actionem ad rem habẽs licet rem habere videatur nõ tamen verè rem habet nu. liiij. fo. 88

Actio ei competit cuius contemplatione facta fuit diſpoſitio: licet ad eum verba expreſsè non dirigantur, numero. xiij. fo. 112.

Actiõe qua petaẽ pars debita nõ excluſis. n. xviij. f. 113

Actionem an habeat filia contra patrem, quæ eſt ſine dote maritata nu. cxxvi. fol. 168.

Actor ponens clauſulam iuſ, & iuſtitiam miniſtrari, videtur interpellare iudicem vt poſsit ſupplere, & ſuum officium interponere, etiam ſi aliter non petatur, numero. v. fo. 122.

Actus iurati non comprẹhenduntur ſub ſtatuto prohibente contrahi, ſiue loquatur in rem, ſiue in perſonam, numero. 18. fo. 81.

Actus pro parte geſtus & pro parte gerendus ſub cõſtitutione noua dante formam actibus gerendis non includitur nu. lxxx. fo. 137.

Adiectiua duo ſimul ſtare non poſſunt ſine copula, uel puncto quod habetur loco copulæ. Separatim verò ſic & tunc ponunẽ pro coniunctis nu. x. f. 127

Adire videtur qui bona tangit nu. 204. fo. 157

Admiſſa certo caſu ad ſucceſsionem an in cõtrario videatur excluſa numero. ij. fo. 47

Admitti quis non debet ad petendum id, cuius contrarium non fuerat petiturus nu. xlij. fo. 69.

Admittetur ne fœmina ſi maſculus decedit hęreditate non adita nume. cxxij. fo. 101.

Admittuntur ad ſucceſsionem vocati excluſis fœminis, eo ordine quo ex iuris ciuilis diſpoſitione admitterenẽ, ut pximus quiſq; priori loco admittaẽ, non ſimul & ſemel nõ obſtãte copula. n. lx. fo. 116.

Admittitur ne filia ex tacita voluntate patris ab inteſtato morientis ad eius ſucceſsionem nu. 75. fo. 130

Admittitur ne filia mortuo filio ad ſucceſsionẽ, quę per maſculum exiſtentem tempore mortis patris excluſa fuerat nu. 110. fo. 132

Admittatur ne filia ad bona patris reſeruata filijs ex gr̃a, ſi aliàs ſit excluſa à ſucceſsione pr̃is. n. cc. f. 157

Adminiſtrator bonorũ paternorum, qui filiabus dotes dedit pręſumitur dediſſe de bonis paternis. numero. ccxl. fo. 37.

Adoptiuus an intelligatur vocatus in ſtatuto mentionem faciente de filio nu. 15. fo. 95. & nu. 174. fo. 134

Adoptiui filij non veniunt in cõceſsione emphyteoſis, facta pro ſe & filijs nu. xvi. fo. eod.

Adoptiui non veniunt ſub lege loquente de filijs primi gradus nu. 16. fo. 98

Adoptiui legitimatis æquiparantur ibidem.

Adoptiuus nunquid excludat filiam ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo nu. 17. fo. 134

Adoptiuus grauatus reſtituere hæreditatem, an poſsit detrahere duas quartas virtute iuriũ dictiũ filium legitimum & naturalem grauatum reſtituere, poſſe derahere duas quartas nu. 24. fo. eod.

Adoptiuus vel arrogatus an excludat filiam ſtatuti auctoritate nu. 173. fo. 156

Aeſtimatio relicti facti mulieri nuptæ extra territoriũ non debetur, Statuto prohibẽte relinqui mulieri nubenti extra territorium. nu. 89. fol. 72.

Aeſtimatio legati facti forẽſi debetur, licet prohibitus ſit acquirere nu. 90. fo. eod.

Aeſtimatio bonorum in dotem datorum debetur, licet illa alienari prohibita ſint nu. xci. fo. eod.

Aeſtimatio rei per viam contractus alienari prohibitę non debetur. limitatur. nu. xciij. fo. eod.

Aeſtimatio legati rei immobilis fratribus minoribus facti licet incapacibus debetur nu. 94. fo. eod.

Aeſtimatio rei ſeu cariſtia, quę modico tempore durauit non conſideratur nu. 104. fol. eo.

Aequitas variatur in rebus, ſecundum varietatem tẽporum & locorum nu. 14. fo. 163

Affines fœminas non excludunt, cum in eis nõ ſit dare ſucceſsionem nu. 296. fo. 180

Affinis affini non ſuccedit, nec ex capite affinitatis datur ſucceſsio nu. 296. fo. eo.

Affinium mentione facta qui veniant nu. ccix. fo. 172

Affinis affini non ſuccedit. nec ex capite affinitatis datur ſucceſsio nu. 298. fo. eo.

Agnatis per ſtatutum vocatis non intelliguntur agnatæ fœminæ uocatę nu. 81. fo. 14.

Agnati qui per ſtatutum in ſucceſsione præferũtur cognatis, per illud etiam in tutela illis præferuntur numero. cxij. fo. 15.

Agnatę fœminæ an videantur excluſæ per ſtatutũ excludens lineam maternam, quod vocat agnatos. numero. 75. fo. 26.

Agnatis ſtãtibus, verba illa habẽt non ſolũ virtutẽ excluſiuam, ſed ẽt incluſiuam agnatoꝝ nu. ci. fol. 28

Agnatus an matrem & ſororẽ excludat ſtatuto excludente matrem tranſeuntem ad ſecũda vota à ſucceſſione filij, ſi adſit ſoror defuncti ex parte patris, tantũ, & ſi in alia parte ſtatuti ſoror tali agnato præferatur. nu. cxvi. fo. 29.

Agnatus ſuccedit non obſtante, q; iure communi excludatur à ſorore conſanguinea tantùm ſi ex forma ſtatuti patrui excludunt matrem, & concurrant filius patrui, mater, & ſoror conſanguinea tantùm, numero. clv. fo. 32

Agnati ſi per ſtatutum præferantur in tutela cognatis, an per hoc etiam videantur in ſucceſsione præferri numero. 53. fo. 49

Agnati proximiores an præferentur amitæ in omnibus bonis pupilli ſi nulla ſubſiſtat ſoror vterina, an verò amita p̃feratur agnato Statuto diſponente q; ſoror vterina ſuccedat in his quæ à linea materna proueniunt: & in alijs bonis agnati proximiores, numero. 147. fo. 63

Agnati fœminas ex ſtatuto excludentes hñr loco inſtitutorũ, fœminæ verò excluſæ eis exiſtentibus loco ſubſtitutorũ in materia ſubſtituibili. nu. 54. fo. 76

Agnati æqparanẽ cognatis in ſucceſsiõibus. n. 4. f. 95.

Agnati præferuntur cognatis, in quibus verificatur hoc numero. 28. fo. 96

Agnatorum cauſas debere compromitti ſtatuto mandante, compræhenduntur filij emancipati, & nepotes ex eis concepti nu. 29. fo. eo.

Agnatus an deſinat eſſe pater filij emancipati, nu. 59. fo. e. & an ſaltẽ agnationis iura pręſeruenẽ ei ibidẽ.

Agnati vel maſculi inſucceſsibilis exiſtentia, an fœminam excludat nu. 85. fo. 99.

Agnatus non ſuccedens, eò quia alius agnatus eũ pręcedit nõ excludit fœminam vel perſonam aliam de

iure

Iure communi ſuccedentem nu.cv. fo.100
Agnatus poteſt dici excluſus facto teſtatoris, ſi teſtator extraneum inſtituat nu.cxi. fo.101
Agnatæ fœminæ an excludant perſonas per ſtatutũ propter agnatos excluſas nu.128. fo.eod.
Agnata fœmina etiam intra quartum gradum matrẽ nõ excludet, Statuto excludẽte matrẽ pp cõiunctos de linea pr̃na vſq; ad quartũ gradũ nu.133.fo.eod.
Agnationis ratio non attẽditur, vbi tractatur de ſucceſsione mr̃na, ſeu lineę fœmininæ nu.clv.fo.102
Agnatus qui ex ſtatuto fœminam excludit illam non excludet ſi ſit clericus, quia onera non ſuſtinet numero.clxxv. fo.103
Agnatum vlteriorem in gradu veriſimile non eſt ſtatuentes prætuliſſe fœminæ, exiſtenti in priore, numero.clxxxix. fo.104.
Agnationis præſeruandæ habendam eſſe rationem, quomodo intelligitur.nu.216. fo.106
Agnationis præſeruãdæ ratio in ſtatuto habetur pro expreſſa nume.221. fo.eo.
Agnatus remotior excludit fœminam, quam ex identitate rationis excluſiſſet proximior agnatus numero.ccxxv. fo.eo.
